Sm 77

2 131

a dar y entregar a
y se obligò a traer despacho del cumplimiento
desta Guia dentro de
Y desta queda tomada la razon en el libro de
Guias a fojas que valga por termino de
dias

DE

PONTIFICIA ET REGIA IVRISDICTIONE IN STVDIIS GENERALIBVS

ET

DE IVDICIBVS ET FORO STVDIOSORVM.

AVCTORE

Don Alfonso de Escobar & Loaisa Iurisconsulto Hispano, & in Salmanticensi Academia Collegij Maioris Conchensis Alumno, & Iuris Pontificij pro primario.

INTERPRETE.

Cum iudicibus rerum, & capitum locupletissimis

Opus posthumum.

Cum priuilegio, Matriti apud Ioannem Sanchez, anno 1643.

Expensis Petri Coello Bibliopolæ.



EXCELENTISSIMO Principi D. Garciæ de Haro, & de Auellaneda, Comiti de Castrillo,

REGIO CVBICVLARIO, ET Consiliario in Status, Belli, Castellæ, & Cameræ Consilijs, Indiarum, & rei Dominicæ Præsidi,

CONCHENSE COLLEGIVM HOC OPVS DICAT

De eius mandato scripsit Doctor don Garcia de Porres, & Silua eiusdem Coliegij Togatus.

MAgum tuum nomen huic operi præscribimus, Excellentissime Princeps, & reuerẽter, atque, vt spes est, tutò in libri huius patrocinium te aduocamus: Vocata pia Numina propitia semper adsunt, & quidem non possunt non esse piissima vota, quæ pro defuncto iam filio apud indigitem Principem, & tutelare huius Domus Numẽ nũcupamus: Scripserat D. Alfonsus de Escobar tractatum hunc, calamoq; præluserat abituro posteà in egregia scripta. Erat quippe labori assiduus, & in Iniurisprudẽtiæ Enodationẽ accinctus, immatura (heu dolor!) mors illi hanc mentem,

& nobis fulgentissimum lumen occlusit: sed vero nō prorsus extinxit. Durat, durabitque ingenio, id est, meliori sui parte: & quàndo fatum ei viuere non dedit, reliquit, quo se vixisse testetur vltimis precibus, quemadmodum à necessitate, ita & ab assentatione, & fuco alienis filio huic posthumo tutorem te nominauit: & fati solatiū fuit tantum Patronum spectare post fatum: nō fuit nobis liberum aliam tutelam quærere, nec tibi legitima huius muneris excusatio esse potest. Scriptionis etiam argumētum obstringet in protectionem: etenim est de studijs generalibus, & præcipuè de Salmantino nostro: scilicet, cui tu egregius assertor, illustratorq; fuisti, dum Rector Dignitatem eius eleuasti, & Iuris Pōtificij publicus antecessor eruditionis radijs perfudisti. Vix patitur animus hūc campum non decurrere, qui ex Scholasticis laboribus in laudes tuas stylo prosternitur Ægrè tacemus doctos frontis sudores æternitati fusos, quos victricibus cereaminis folijs, & lauru sua Apollo, aut abdidit, aut restrinxit. Erumpit affectus; ambitque commēdare auspicem fœlicitatis diem, in quo nostræ Conchensi familiæ adlectus es: nostra toga ingentibus luminibus supra mensuram lucis clarissima, ipsa tamen ex te altissimè refulget. Habuit te hæc domus olim in honorem, & habebit perpetuò in exemplum: nam cum in studia laborem, modestiam, temperantiam aliquem ex nostris impellimus, te ad imitandum proponimus, vt non magis tibi pro tuis moribus, quàm & pro nostris debeamus. Grata in his recensendis materies, & copia suppetit: sed verò non persistimus.

mus. Porrò hæc fuerunt tyrocinia malè se retinentis ingenij tutis, & ante dignam materiam impatienter erumpentis. Postquam verò publicis Hispani Imperij negotijs interfuisti, te occasionemque nactus, alta, excelsaque diu cogitata deduxisti in opus; quæ relatu digniora sunt, refundi in te cœperũt omnia Reipublicæ munia, non tam Regis, quàm proborum hominum consensu, in horum functione licuit tibi Principis confidentem amorem, & Principi licuit capacissimum tuum pectus experiri. Solers probitas plus tibi conculit, quàm vllus alius vnquam potuit, vel ambitiosissima diligentia asciscere; neque adeo vllum clam est, non cæcæ fortunæ indulgentia, sed occulatissima meritorum ratione, in te tacentem, immò, & reluctantem Magistratus, Dignitatesque confluere, & cùm omnium fere publicarum rerum functiones geras, nullus vllibi mortalium, tam probatus, aptusque vni fuit, quàm tu vniuersis. Te habẽt aulæ Principis Cubicularium, Status, Belli Iustitiæ, & Cameræ cõsilia Senatorem, Indiarum, & rei Dominicæ Præsidem. Quid singula percurrimus? vbilibet de pace, belloue decernitur, ades tu, dirigisque. Tuæ præterea operæ est milites bello instaurando cõscribere, dilectum facere, cõiurare, euocare: Equites in exercituum robur conquirere, pecunias in subsidium militum congerere: Omnia tandem Castris necessaria parare; vnde est, vt in ipsa pace operosius, & militarius, quàm in Castris viuas: quantò laboriosius est, exercitus facere, quàm regere: dimittenti occupationi alia te poscens insidiatur; & vtique occupationum nusquam est finis, sed

mu-

mutatio materiæ. Inde est, vt cum alij diuitias de potesta-
te quærant, patrimonium tuum quotidie decrescit, obser-
uas quippe summam abstinentiam in potentia summa. Di-
tissimi Indiarum tractus, sub tuo Imperio sunt, mittis
illuc classes, quas summa diligentia paras, vt inde ad nos
re latæ Regi gazas, Reipublicæ subsidia, priuatis diui-
tias reportent: ast tibi nihil aliud, quàm ex solicitudine
gloriam, & ex abstinentia laudem; His virtutibus de-
bes, vt inuidia omnibus incrementis aduersa, in eosque,
quos Princeps attollit procax, te tamen (quod fortè nulli
contingit) reuereatur: etenim incorrupti mores tam supra
liuorem, quàm supra hominem te extollunt. Gaudet, gau
det hæc Domus, quòd tam ingentium virtutum, & adeò
Reipublicæ salutariũ genitrix, vel certè altrix, artifexq;
fuerit. Decora ista hæc, quæ intra te sunt laudamus, & co-
limus. Cætera quæ te circumsplendent (& quàm magna
hæc!) tua sunt, sed nascendi sorti magis, quàm tibi adnu-
meranda. Vera, & solida gloria non ab his est, si alijs ge-
neris excellentia, & longa auorum serie clarissima Fa-
milia perenniter deriuata magis placeat: affatim, quod
mirentur, inuenient, refricare poterunt annalium memo-
riam, & in Carpiensi domo fere tot Heroes, quot personas
numerabit magnæ vitæ, magnæq; mortis capaces, ex nul-
la alia familia fulgentiora lumina Hispanis illuxerunt,
quàm de Haros, & Sotomaior, & præcipuè in regu-
lis del Carpio Hari, olim Vizcaiæ Heri, ex tam ampla,
supremaque ditione tempore, & fato deturbati, patri-
monio, non virtute minores in te, tuosque continua serie

san-

sanguinem, excelsosque mores traduxerunt. Nota hæc omnibus, quæ adorare facilius fuerit, quàm adornare. Sistimus ergo calamum vltrò currentem: & tuum rursus patrocinium, Excellentissime Princeps, huic Operi inuocamus. Votaque Deo facimus, vt vel de nostris tuos augeat annos.

De mandato Collegij scripsit

Doctor D. Garcia de Porres y Silua.

Apro-

Approbatio don Petri Gonçalez Salcedo, à Consilijs Aduocato.

SVpremi Senatus iussu, tractatum de Iudicibus, & foro studiosorum, quem posthumum, ad ominium vtilitatem, ad sui regenerationem reliquit scriptum don Ildefonsus de Escobar & Loaisa Collegij Maioris diui Iacobi, Maioris in Salmanticensi Academia fausta proles, Primariusq; Iuris Pontificij antecessor, & vidi oculis, & animo reuolui: scribebat dùm inter Cõs. studiosos erat, obijt, vt cura parentis succursus eis caneret Claud.

Nunquam
Fallitus, egregio, quisquis sub Principe credit
Seruitium.

Nunc Collegium exoptat licentiam, vt filij de Collegio translat i ad tumulum opus typis mandetur, iustè equidem, vt eius doctrina viuat in æuum, qua omnes studiorũ professores iura sua scrire, viuere in Academia, & valere possint: noua vtriusque cura Collegij, vt omnibus pateat filij doctrina, Collegæ, vt floreat, cnm

Libera per vacuum posuit vestigia Princeps.

Quare cum nihil contra Fidẽ habeat, omnia verò, ad omnium vtilitatem conscripta, censeo, iuste exorare licẽtiam, iniustè denegari quod exorat. Matriti, die 18. mensis Iulij. Anno 1640.

Lic. Don Pedro Gonçalez de Salcedo.

Pro-

PROBATIO D. ANTONII DE FE-
loaga, è Maiori Archiepiſcopi Toletani Collegio Pur-
purati, in Salmanticenſi Academia Clemen-
tinarum Cathedræ Ante-
ceſſoris.

EX cõmiſsione præſtantiſsimi viri D. Laurentij de Iturriçarra in Primate Diœceſi Toletana Generalis Vicarij vidi non ſolùm oculis, vt legerem, quin & animo, vt expenderem luculentam de Põtificia & Regia iuriſdictione in ſtudijs generalibus tractationé, quam D. Ildefonſus de Eſcobar & Loaiſa Maioris Conchenſis Collegij olim Togatus, Canoniciq; Iuris Proprimarius Salmanticæ Anteceſſor ſummis vigilijs diù elaboratam, fœlici tandem genio produxit, perfecit ingenio, in qua & rei nouitate venuſtauit ſtylum, & doctrinæ vtilitate ditauit materiem: tanto Aſſertore priuilegiorum, ac vindice glorientur Academiæ, præcipuè Salmantina, concrepent plauſibus litterarum Theatra, maximè Conchenſe Collegium, cui bellè auxit Scribentium numerum, quem multiplicem adeò, velut natiuum ſcientiarum ſolum fert hoc diuo ad miraculi merita: lugebat ægrè Iuriſprudentia, tùm Theorica, tùm Practica ſepultum cum authore, proh dolor, immaturè erepto, hunc de Iudicibus, & foro ſtudioſorum commentarium, impensè gaudeant Iuriſperiti, tùm Academici, tûm forẽſes, excuſſit quippè cinerem digniſsimus qui fruatur luce, nec Catholicæ Fidei diſſonus, nec bonis moribus contrarius. Ita cenſeo, ſic iudico. Matriti, die 14. Iulij, Anno 1640.

Don Antonius de
Feloaga.

LICENCIA.

NOs el Licenciado don Lorenço de Iturriçarra, Chantre de la Iglesia Magistral de la villa de Alcala de Henares, Vicario general de la villa de Madrid, y su partido, &c. Por la presente, por lo que à Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima el libro contenido en la censura de estotra parte, compuesto por el Licenciado don Alonso de Escobar y Loaisa, Colegial del Colegio Mayor de Cuenca, y Catedratico de Prima de Canones de la Vniuersidad de la Ciudad de Salamanca, intitulado De Pontificia, & Regia iurisdictione in studijs generalibus, Atento no ay en el cosa contra nuestra Fè Catolica, y buenas costumbres. Dado en Madrid a catorze dias del mes de Iulio de mil y seiscientos y quarenta años.

Licenciado Lorenço de
Iturriçarra

Por su mandado.
Iuan Perogila Notario.

ÆTER-NATVRÆ IN HOC OPE-
re posthumæ gloriæ D. D. *Alfonsi de Escobar &*
Loaisa, Collegij Maioris Conchensis Alumni, &
in Salmantino Licæo Canonum Primariæ Cathe-
dræ Anteceſſoris, D. Aluarus de Benauides, &
Baçan ex eodem Collegio Togatus, & Militiæ
Iacobææ purpuratus Eques, ac Præceptoriæ de la
Puebla de Sancho Perez Commendata-
rius, Syncerus gratulator
indulget.

ET verè huius aurei operis obijt Author? mirum eſt, tantum virum cedere fato potuiſſe.

——— *Media cecidere abrepta Iuuenta.*

Gaudia florenteſq; manu ſcidit Atropos annos. *Statius tit. 3. Sylu.*

Inuidioſum ſanè Parcarum opus, ſed, credo, neceſſarium fuit; nec enim ſponte. *Sylu. 3.*

Iniqua raro maximis virtutibus fortuna parcit: Magnitudo delictū eſt, culpa fœlicitas; acſi ſcelus eſſet maximum aliquem eminere ſapientia; morte piatur eo namque ſidere mortales naſci didicimus. *Seneca tragi in Hercule.*

Vt nulli fere, & magna, & diuturna bona contingant; Quidquid ad ſummum venit, ad exitum propè eſt. Adeo eſt periculoſum attolli mortales ad fortunæ faſtigium. Ergo ea, quam Parcis, quamque Fortunæ poteſtatem nocendi conceſsimus, Sublimi Alfonſi noſtri, & gloriæ imputanda; niſi etenim doctis ſtrenuisque laboribus, quorum index prodit hic liber, humani ſudoris metam attigiſſet. Licuiſſet forſan vlterius famam extendere factis; at quia velociori tetigit curſu, vita breuiori gyro ſuit conſtringenda; *Ne quid poſt illud diuinum, & immortale fa-* *Seneca de conſol. ad Mart. c. 23* *Plin. in Pa-*

Ali (ſcilicet hãc eius ſummæ eruditionis poſthumã prolem) *mortale faceret*. Quid enim diutius viueret, iam multo prætergreſſus, quàm grandæuus laudẽ appeteret? Rectè ei illud Senecæ aptauerim. *Eripit ſe, aufertque ex oculis perfecta virtus, neque vltimum tempus expectant, quæ in primo maturuerunt; Ignis quò clarior fulſit, citius extinguitur: ſic ingenia quò illuſtriora, breuiora ſunt, nam vbi incremento locus non eſt, vicinus occaſus eſt, & paulo poſt ipſe inſiſtit, eſt indicium imminentis exitij maturitas, & appetit finis, vbi incrementa conſumpta ſunt.* Non iam dolco, citius quàm par erat, Alfonſum noſtrum extinctum. *Incipe virtutibus illum, non annis æſtimare.* Quid grauius? Quid inſtituto noſtro concinnius? Dicam de illo quod de Iuliano Mamertinus aiebat; *Grandæuum iam Imperium videbitur ijs qui non ratione Dierum, aut Menſium, ſed Operum multitudine effectarum rerum modo, Iuliani tempora mentiuntur.* Quippè, etſi Alfonſus non alia, & plura, & magna ingenij diſciplinæque ornamenta proferret, quibus & Salmantica Litteraria, & Curia, & Hiſpania, adhuc geſtiunt, Opus hoc totius vitæ ſufficiſſet. Compendium: tanta in eo eſt eruditionis, & omnigenæ litteraturæ congeries, *Quòd ſi fructus editus prodit Authorem, & quidquid à diuinitate meremur, de fœlici prole coligitur*, iniuſtè negaretur Cœleſtibus optimè de æternitate promeritus; qui nobis germaniſsimam prolẽ genuiſſet; *Eo ipſo charus, ac deſiderandus, qui proſpexit, ne deſideraretur quem Deus vindicauit.* Deſiderandus profecto fuiſſet vir iſte Clariſsimus, qui ijs oppleuerat adoleſcẽtiam laudibus, quæ ad plurium ſenectutem ſufficerent; *Et quem ſingularem gentibus ſæcula fœcunda genuerunt.* Deſiderandus inquam, niſi ſuis propriam coloribus depinxiſſet imaginem, quæ viuidè in his ſcriptis perdurans, patientiam im-

Senec. de cõſol. ad Mart. cap. 23.

Senec. ibid. cap. 24.

In Panegyr. Iuliani.

Caſsiodor. lib. 8. Epiſt. 9.

Plin. in Panegyr.

Caſsiod. lib. 8. variarũ Epiſt. 9.

impetraret, triſtitiamq; levaret amiſsi. Prælibarat iam Author quæ nunc plena manu effunduntur. *Et in annis primoribus iam ſunt ductæ lineæ, quibus virtutum ſuarum effigies poſſet includi.* Opinor egregiam illam vmbram hoc in libro lucem habere; omneſq; in vno, quaſi in ſpeculum, rediuiuo miraculo, coactis ſapientiæ imaginibus iterum Orbi donari. At Deus immortalis! qualis, quanta iſta effigies! *Splendent iam quidem in ipſa ea exempla, quæ ſequi cupiat ventura poſteritas, & ſi rerum natura pateretur, adſcribi ſibi voluiſſet antiquitas.* Nimium igitur in morte fortunatus, cui tam ingens reſtat poſthuma fœlicitas, qui non periclitabitur laudes ſuas vllo fortunæ caſu labefactari, qui, dum ſuperis aſſeritur, gratæ in terris poſteritatis memoria à fama ſuperſtite comparatur. Gratuletur iam ſibi Lector, quòd volumine in hoc fœcunda exhibet diſciplinæ fluenta. Gaudeat Emerita Vrbs, famoſis proauorum *Alfonſi* decorata imaginibus; recenteſque addat antiquis illuſtriores Effigies. Geſtiat Guareña Oppidum Authoris nobilitatum natalibus, & iam maius ſe ipſo ſine æmulatione ſuperbiat. Ouet Salmaticenſis Academia, & Alumno, & Illuſtratore Celebrior. Conchenſe demum amplius adhuc exultet Collegium, quod ingenuum pepererit ſcientiæ miraculum. *Sed tamen domeſtica nos exempla ſubmonendo ſemper accendant; quia magnus verecundiæ ſtimulus eſt Laus parentum, dum illis non patimur eſſe impares quos gaudemus Authores.*

Nacar. in Panegyr. Conſtant.

Auſon. ad Grat. Hug.

Caſſiod. li. 1. Epiſt.

——— *Neque enim externo monitore petendus*
Virtutis tibi pulcher amor cognata miniſtrat,
Laus animos, præſtatque Domi nouiſſe Triumpho.

Claudianus.

DON PETRVS DE SILVA ET MENDOZA

ECONCHENSI COLLEGIO

De Authore ſcripto ſic cenſebat.

VÆrit hic liber lucem, ingemit reperta; Autori ſuo haud faniæ riſu blanditur. Obijt D. Ildefonſus de Eſcobar, noſtræ Togæ decus, nomen, Dignitatem aſſerui, queis alios honores addere vanum fuiſſet, ſi ex his clariùs cæteri non vulgarentur. Habeatur honos patriæ, cui debere gratamur virum; Guarenæ Oppidū reuerere; Itacham adoras ex Vllif. ſe. EmeritaHeroum Altrix ſuum nuncupat; Homerum repetijt metallochio; ſed ſuæ Origini vindicaſſe fas, & religio eſt. Extulit ab hac indolem & ingenuitatem, diuitias animi, venuſtiores ingenio, & virtute, queis profectu ſtudij lucratus Opinionem. Aulam Mineruæ coluit, ambitiosè, & induſtriè promeritus honore plauſu dignitates præmiaq;

Cu-

Curulem ſcientiæ ſellam tenuit, primarium ſuggeſtum preſsit, inluſtrem ſanè litterati herois baſim, vt altior lingua, & ſtylo iura loqueretur. Verùm hoſtes, quorum obſidione Cathedra premebatur, fuſos diſiectoſq; dolorem admiratione expreſsiſſe, põpamq; ſtipatu adornaſſe, ne triumphus eſſet de nomine, ſatius decuit; nec intereſt *Defectum* victoria vno eucntu mõſtrari; celeritate incurrentium præmiorum hæc occultata, ſeueritaſq; fortunæ de cæteris damnis tranſegit, ſuo fatalis invidiæ odio conſumpto, quo mortales quaſi veneno abſorbuit, & obſcura uit. Iuſtitiæ ſydus Egregio merito perpetuo illuxit, vltima fœlicitatis nota, os populi & virtute meruiſſe, fortunamque occulis ſortiri. Hij fuere Scobarij haud inglorij ſucceſſus: qua arte induſtria laureas repetijt, Salmantinus circus pronuntiauit, fœlix, docilis, perita diligentia, metas difficultatum ſic ſtringebat, vt euitaſſet feruida ingenij rotta. Aſperrima ſtudijs virtus blandiùs corrigebatur: Apolline, & Muſsis certatum eſt, humaniores litteræ iuris tractationem miti-

ga-

gabant, facili vrbanaque notitia instruebatur ne incuriæ, inscitiæ vtique simularetur; risui fuit, vel Priscus Iabolenus responso ad Possienum: instituebat Orationem more recitaturi (Prisce iubes) ad quæ Iabolenus; ignorabat hunc morem (non iubeo) licuisset in chachinos effundi, si Plinius hoc responso facetius non lusisset; Prouolutus ad amæniora studia facūdiam efformauit, inde animus, decor, lautiticsque dictionis, cui accedebat nobilis veritate, libratusque iudicio sermo, quod veluti musicum præficiebat linguæ lubricosane instrumento. Fuere aliæ moribus virtutes, genius illi rectitudo, studium honos, sub queis modestia, grauitas, temperantia stetere, sanctiorque religio amicitiæ, inturbataque animi serenitas, huic illisa infortunia, hac non prærupta constantia: longiùs reputatio virtutum traheret, si immaturum fatum non offenderem, cui suggerenti obliuionem in mortalitate succursum est; liber supereſt famam replicaturus ad memoriam, cuius beneficio vixisse credatur, monimentū ære perennius, cælatum chartis nomen; flu-

xa caduca marmora, vetustate absumpta, vel ruinam abscõdunt; Æternitatem fert opus, fæcla fæclis trudet memoria, nec prætensa ab inuidia calumnia iniuria virum Opusque contriuit, affectari (est) vmbræ soli impone re labores, lux illæsa tenebris detinetur, nec labor illi, nec maculæ. O ignarę liuentium mentes! quis illustriori flumini cursum inter pellet! Obice maior vis sonitusque aquarum lene fluerent, si haud præcluderentur; facces sat inuidia, cuius vafricies publicam lucem fraudauit; exiguis plane forma & materie forum studiosorum discutit liber alibi plura, forsan inæqualia, hic selectiora pumice prudentiæ læuia, illustrioraque; contracta forma aliquãdo admirationi fuit; nauis Musæ alis contecta olim artificem commendauit; nec validiora opera defuere: Iurisconsultissimi Triphonini lineamenta finxit: sed quis Apellis tabulam renouauit? vel cui licet pinxisse Iurisconsultum? Scobarij Triphoninus adhuc in lineis Cuiacij Papinianũ refert: viuida Scobario mens, Iuris præstans scientia, accubua in libris intentio, nec mi-

norem se Cuiacio ferens, vel discipulatus honore, sic agebat interpretē, vt Claudius ageret Iurisconsultum, quamtumvis Papinianū præceptoris titulo insignisset; sed tanti operis capax ambitiosusque succumbit fato, cuius acerbitatem improbe indignaremur, ni paruulus hac literarū aula luderet hic libellus, qui vel ore tantum Scobarium nostrum referret.

Hæc præmonitu tuo, ò Lector, prælibanda recensui, gratitudinisque officiosus tanto viro, vel memoria parentasse, dum ille sibi æternitatem, orbique admirationem obloquitur: verùm vibaniori obsequio iuvat in tumulum iecisse Epigramma.

Sancte geni Iuris, numine & arbitrio,
Cui Vestæ doctas instruxit flamma lucernas,
Quà possit studijs feruere mentis opus.
Cui decuit Sophiæ facili disquirere tractu,
Eloquium studio, ludicio ingenium.
Vt Themidos responsa dares rarissimus Orbi,
Iuraque culta forent clarius arte sua.
Cultus amicitiæ sacra tibi laude parentat,

Quæ

Iustitiæ Cultor, legum clarissime vates,
Quæ iacit in tumulos officiossa Liuium,
Quæ pretiossa nimis Pallãtis dona sepulchro
Debuit Æneas imposuisse pius.
Non pretiosa nimis, sed dulcia munera Elissæ
Quæ pretiosa nimis fecerat (vsit) amer.

Fe de erratas.

ESte libro intitulado *De Pontificia & Regia*, corresponde con su original. Dada en Madrid a quinze de Abril de 1643. años.

Doctor don Francisco Marcia de la Llana

Suma del priuilegio.

TIene priuilegio de su Magestad don Alonso de Escobar y Loaisa para poder imprimir vn libro, intitulado *De Pontificia & Regia*, despachado en el oficio de don Diego de Cañiçares, escriuano de Camara, su fecha en Madrid a veinte y seis de Iulio de 1640.

Tassa.

EStà tassado este libro por los señores del Consejo, a quatro marauedis el pliego, como consta de su tassa, despachada ante D. Diego de Cañiçares, a quinze de Abril de 1643. años.

DE

DE PONTIFICIA, ET REGIA IVRISDICTIONE IN STVDIIS GENERALIBVS,

ET

DE IVDICIBVS, ET FORO studiosorum

PROLOGVS.

RO varietate prouinciarum, & temporum, varij etiam fuerunt & sunt adhuc iudices studiosis designati; (studiosos appellare malui quam Scholares, aut Scholasticos; latinius enim studiosos, dicimus scientiarum, tàm discipulos, quã professores, tradit Cuiat. 7. obs. cap. 25. & ego probo ex l. 2. §. Post hunc 47. de orig. iur. vbi de Labeone, Pomponius ait: *Vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset*, Iustinianus in proœmio Digestorum, §. Sed

quia 5. *Sed quia* (ait) *filium est aui quærit studiosos*, l. Diuus 4. de vac. & extra ord. cognit. l. librorum 52. §. Quod tamen 4. ibi: *Qui nihil aliud, quam libros habebat studiosus studioso*, l. Ad exhibendum 19. ad fin. ff. Ad exhibendum, Cicero de optimo genere oratorum: *Suscepi laborem vtilem studiosis*. Nostra autẽ scriptio ad omnes, tàm Magistros, quàm auditores pertinet, quos forte non tam latino ore Scholares, non semel Fridevicus Imperator vocat in authent. habita. C. Ne filius pro patre. siue Scholasticos alij notati dotte ab Alciato ad titulum, C. de priuileg. Schol. plura de his, sed non hæc, Cuiac. supra, Gothofr. l. 2. C. de lucris aduocat. Renard. 2. coniectaneor. cap. 10. Donel. 18. comentar. cap. 2. lit. G. vbi Osswald. & faciunt l. 2. de Officio adsessor. l. Moris 9. §. Nõnumquam de pœnis.) Varij
1 (inquam) Iudices studiosorum fuere, M. Anton. Triũvir post deuictos Parthos suscepit præfecturam Athenienſis Gymnasij, teste Appiano Alex. de bellis Parthicis, & (vt propius accedam) Iustinianus in proœmio Digest. §. Et hæc omnia. pe-
5 nultimo. tres Iudices constituit Berytensiũ studio (ciuitas Phœniciæ fuit tunc stúdijs celeberrima, l. 1. iunta inscriptione. C. qui ætate, vel professione, lib. 10. Volaterranus lib. 6. studiorũ mater declamata ab Eunapio, apud Hortelium in Grografia Augusti beneficijs Gratiosa, & Agustana Colonia, apud Vlpianum, l. 1. §. 1. de Censibus, vbi male Haloander Bertyensis scribit, Berytos enim à Gaio, & Paulo nuncupatur, l. 7. & 8. §. 3. eod. titul. de Censibus. & Metropolis Berytus erigitur, l. vn.
4 C. de Metropoli Beryto. lib. 11.) Byzantinis verò, seu Constãtinopolitanis studiosis ipsum Præfectum vrbis vnicum Iudicẽ dedit, idem Iustin. d. §. pen. qui tres Berytensibus constituerat, Præsidem, Episcopum, & professores; quam iudicum constitutorum differentiam non video aduertisse Cuiatium, & alios; moneo tamen eum qui plura de his amabit, vt adeat eximiæ diligentiæ virum Petrum Greg. de republic. lib. 18. cap. 7. & per tot. librum. Camilum Borrellum de Regis Catholici præstantia. cap. 40. vbi ferè omnia orbis studia generelia sigillatim enu
5 merat, & à num. 121. de nostro Salmanticẽsi. Nouissime Fride
6 ricus authentica habita. C. Ne filius pro patre. generalius studiosis duos Iudices statuit præceptorem, vel Episcopum, non
7 etiam sæcularem Magistratũ, vt male scripserunt plures, quos refert Barbosa de iudicijs. l. 1. art. 4. à n. 140. Petrus Gregor.

dicto

dicto lib. 18. cap. 10. n. 2. vers. *consentiunt*, Rebufus in d. authē. habita, & priuilegio Scholar. 152. decepti forsitam, d. 5. pen. in proœmio Digestorum quo Berytensium studio tres Iudices dā tur interquè eos Præses Prouinciæ, sed specialis constitutio est, & d. authentica antiquior, rectè tamen diuinaui Iustiniani constitutionem lapsui causam dedisse; nā posteà eam legi apud Soc. in c. licèt, n. 90. col. pen. de foro comp. quorum error notatur à Donelo GilKenio, Cuiacio ibidem, Ossualdo 17. comment. c. 20. lit. K. vbi non omnino improbat Rebufum, qui existimauit verbum *Dominum*, d. authenticę accipiendum de Rectore quo numerato quatuor Iudices habere studiosos, & quēlibet insolidum scribit Marta de iurisdict. 4. part. cent. 1. casu 39. n. 1. Horat. Lucius, priuilegio 65. in tractatu de priuilegijs Scholarium, & in Magistro, Rebufus priuilegio 159. sed vulgarem sententiam, & verba *Domino*, vel *Magistro*, vt synonima accipiētes sequuti sunt compilatores Altonsini, l. 7. tit. 31. part. 2. & in l. 6. peculiariter de officio Rectoris cauetur. Tādē præceptorum iurisdictione partim non vsu perdita partim singularibus cōstitutionibus abrogata, vt notant Donel. dicta authent. n. 20. Petr. Greg. d. lib. 18. cap. 2. ad vnum Rectorem iurisdictio redacta est; plerisquè studijs, Ossuald. d. lib. 17. c. 20. lit. K. ad princip. 8 9 10 11

In Hesperia nostra Pintianam, & Complutensem Academias Rector electione annuus ordinaria, & priuatiua (vt aiūt) iurisdictione moderatur, idem de Bononiensi Vniuersitate ex Pij IV. cōstitutione testatur, Petr. Gregorius supra. In nostra florentissima Salmantica, duo adhuc supersunt Iudices. Rector qui annuatim ex Illustrioribus studentis iuuētutis eligitur, & Scholasticus, quem nos *Maestre-Escuela*, cuius munus perpetuum est, de quibus singulis dequè eorum iurisdictione, an Pontificia, an Regia sit, scribam priori loco; posteà acturus de foro studiosorum, id tamen interim non omittam eam vulgo rationem tradi cur studiosis suus iudex detur, fauore scilicet studiorum, & ne si ad alia trahantur tribunalia distrahantur à litteris, nec istam rationem damno: libet tamen duas addere. Prima, quia plusquam vulgaris est de studiosis ad milites comparatio, l. aduocati 14. C. de aduocat. diuers. iudic. & in auditoribus, hoc est discipulis, glossa, verbo *dignitate*, in l. nepos 125. de verb. significat. Rebufus, priuileg. 62. & 112. Ossuald. lib. 12 13 14 15 16

27.c.9.lit.N.quibus addo elegantem Cicer.locum in topicis à comparatione, *el segundo*, & vero milites nõ alium habent Iudicem, quàm sub quo militarunt.l.de militibus 9.de cust.& exhibit.reorum.l.Magisteriæ 6. C. de iurisdict. omn iud.l.1.C. de exhibend.reis,l fin.C.de re milit.lib.12.l.11.tit.18.part.4. l.15.tit.1.part.7.l.3.tit.24 ead.part.habent enim milites domicilium vbi merent.l.municeps,23.§.1. ad municipal. exornant Cuiac.C.de exhibend.reis col.1.& ad Papin.in obscura ad hanc rem,l.fin.ff.de accusat.Donel.& Ossuald.17.com.c. 12.K.& c.20.H.Barbosa l.si quis postea.n.169.de iudic.Bobadilla,lib.3.c.2.à n.67.Azebed.l.1.n.70.in fine tit.16.lib. 8.Recop.Pradilla, *Leyes Penales*, in iudicio militari, Iunenalis Satyra.16.vers.17.

Iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite: nec mihi desit
Vltio si iustæ defertur causa querelæ.

17 Qui nimo,& aliarũ societatum Magistri in suæ artis sibi subditos iurisdictionem iure communi accipiebant,l.fin. C.de iurisd.omn.Iudic.vbi cõtra Acurs.id notarunt Bartolus,& Baldus,quos refert Petr.Gregor.d.lib.18.de republica,cap.10.n. 2.in fin.huc respiciunt singularia iura, in l.1. C. de Decurial. vrb.Rom.l.2.C.de Suarijs;& susceptor.vini,libro 11.nouell. 151.

18 Secunda ratio est; vt ex ipsa professione, ac veluti familiæ electi Iudices credant non sibi acerbiorẽ committi iurisdictionem,sed æquissimam,& ei similimam quæ Magistris triuialibus,modica nempè coercitio,ac veluti æconomica castigatio, l.sed si 5.§.si Magister cum legibus sequẽtibus ad leg. Aquil. l.item quæritur 13.§.item Iulianus 4.ff.locati, Donel. & Ossuald.lib.3.c.vltimo, (in quibus iuribus forsitam primus notaui Vlpiani incuriam, qui in d.l.5.ad finem, ait: *An ex locato Iulianus dubitat*, in d.verò l.13. cum eandem omnino Iuliani authoritatem referat, ait absolutè,& sine dubio, Iulianum respondisse: *Competere actionem ex locato*, his scriptis incidi in Horat. Lucium de priuilegijs Scholarium in præfatione, n. 23. qui hanc meam notam ad Vlpianum præscripsit) tandem huic secundæ rationi annuunt verba statuti Salmanticini a tit. 68. ibi: *Que el*

19

Maestre-

Maestre Escuela est à puesto por padre de los Estudiantes, y Maestro de estos seminarios, Faciunt latissimè tradita à Rebufo, priuileg. 69. & 71 & 158. Ex qua ratione eleganter inferas generalem pœ 20
næ temperandę causam esse, si studiosus sit qui crimen admis-
sit, neque inspicere opus erit an eximij ingenij, aut spei vir sit,
prout ex vulgo notatis, in l. ad bestias de pœnis. minus argute
scripsit, Rebuf. priuilegio Scholarium 109. non enim pœna mi
nuitur ob eius industriam tantum, sed ob professionis honorē
in studiorum gratiam, & denique, quia iurisdictio nō acerbior,
vt dicimus sed mitissima, & æquissima mandatur; quod huius
Academiæ praxis admisit, vix enim vnquam ordinaria pœ-
na studiosi puniuntur quantumcunque atrox sit facinus. Be- 21
ne verum est, quod si studiosus, etiam insignis ingenij fuerit a-
liam etiam, & sic duplicem pœnæ temperandæ causam habebit
vt iam aliquando scripsi, pluribus agens de sententia dictę l. ad
bestias in recitationibus ad legem fin. de fugitiuis, dum commē
tarium ad Triphoninum, I. C. prosequerer, quod opus (si
res mea ferant) luci polliceor, & nisallor posteritatis memoria
dignum auguror: hanc generalem in studioso tēperādæ pœnę
causam, postquam hæc scripseram, inueni præsensisse Horatij
Lucium priuilegio Scholarium 48.

De Rectore Academico qualis eligi debeat, & qualiter; item de oriundis non eligendis.

Caput Primum.

QVÆ alius communè expectant circa hanc partem 1
de Rectore, & Rectoris potestate, item de vsu siue sta
tutis aliarum vniuersitatum abunde scripserunt vete-
res, d. authētica habita præcipuè, Baldus à num. 44.
Salycet. à num. 38. idem Salycet. latius, l. fin. num. 6. & 8. &
ibi omnes, C. de iurisd. omn. iud. Abbas in celebri sua quæstio-
ne 6. Socinus, c. si quis clericus à num. 17. & cap. significasti à
num. 43. de for. compet. & cap. licèt, num. 90. Rebuf. priuileg.
152. & d. authent. verb. *Peregrinantur*, & verbo, *Domino*, Gisa-
bius, num. 7. & §. Donel. & Cuiac. d. authentica, Ossuald. 17.
com.

com.cap.20.litt.K.& alij inferius adducēdi,est etiam, l. 6. tit. 31.part.2.nobis in proposito est rem hanc iuxta Salmanticen sium statuta explicare,aut si quæ alia similia erunt: nec enim possumus omnes Academias complecti cum vnius cuiusquè singularia statuta,& vsus respici opporteat.

Ergo qui Rectores eligi possint,& qua forma, difuse tradit Martinus V.Pontifex,constitutione 1.ampliata postea , fol.
2 137.tit.1.in libro statutorum Academiæ nostrę.Inter alia caue tur,his locis:*Vt electio publicetur in festo S.Martini de mense Novembris*,forte,quia Pontifex ipse legislator Martinus fuit nomine, nec primum erit hoc monumentum in memoriam proprij nominis,imò res notior est,quã exornatione,aut probatione egeat, sed non solis scribimus Catonibus.Iulius,& Augustus Cæsares singulos mẽses à suis nominibus dici fecerunt relegato pristino Quintilis,& Sextilis nomine, Octobrẽ suo Domitianus inuasit,infauste tamen,vt cum sale Macrobius lib. 1. saturnal. cap.12.& in iure nostro de amore,& honore propij nominis inditia habemus in l.cum filius 16.§.pater de legat.2. l. vxorem 29.de manumiss.testam.docte Cuiac.d.§.pater Hoc idem experimur passim in maioratuum fundationibus alijsquè pijs operibus,& Basilicarum dedicationibus.Sic magnus, sic rarus
3 ille vir cuius memoria in benedictione est:Dominus (inquam) ac Dominus meus D. Didacus Ramirez de Haro Conchens. Episcopus, Collegiũ (cuius toga mea maxima fortuna fruor) quodquè in hac vrbe erexit, in animis hominum, in ęternitate temporum,in fama rerum mansurum,D.Iacobo Zebedeo dicauit , causamquè ipse expressit initio constitutionis primæ: *Quod in baptismo* (ait) *Iacobi nomine insigniti sumus.*

Addit præterea dicta constitutio Martini V. *Vt eligi nequeat in Rectorem neque Consiliarium oriundus huius vrbis , vel de ciuibus eiusdem aut de ys qui propter longissimam mansionem pro ciuibus habeãtur.* Noto primùm , quod & si confundi & vsurpari sæpissime
4 soleant hæc verba.*Oriundi* , *ciues*,*& incola*,tamen cum simul exprimuntur , vnum quodque suo significatu accipiendum esse perspicuum est,ne vacare videantur argumento l.si stipulatus. 4. de vsur.L.si quando 109.de legat.1: Et in specie est elegans l.si quis officium de ritu nuptiar.pro cuius sensu videatur Cu-
5 iac.lib.1.obser.c.11.& lib.4.c.22.& ad Papin. l. libertos 17. §.patris.ad municipal. faciunt tradita per Barbos. l. hæres §.

proin-

proinde articulo de foro oratione originis. à num. 43. Cùm ergo in dicta constitutione, simul expressi fuerint oriundi, ciues, & qui pro ciuibus habentur: sequitur vt in verbis illis, *qui propter longissimam nauigationem*, &c. Incolæ significentur l. ciues 7. vers. incolas, C. de incolis lib. 10. iuncta l. 2. ibidem l. 32. vers. *Longe-* 6
na, tit. 2. part. 3. l. 2. vers. final. tit. 24. part. 4 verbum autẽ *Ciues* 7
significat in ciuitate natos, siue adlectos, & in numero Ciuium adscriptos ad optatos ve d. l. ciues in princ. qui & municipes dicuntur l. 1, in princ. ff. ad municipal. tandem verbum *Oriundus*, 8
eos comprehendit, qui licet nati non sint parentes tamen eorũ nati fuerunt, l adsumptio 6. in princip. & §. filius l. pen. in princip. ad municipalem l. filios 3. C. de municipibus lib. 10. l. pen. de Senator, l. Diuus. de tutoribus & curatoribus dat. eleganter Cuiac. l. libertos 17. §. patris. ad municipal. vers. *quod dixi*. Dif- 9
ferre etiam ortum, & oriundum notauit Alciatus l. prouinciales 190. de verbor. signific. est etiam alia elegans diferentia inter oriundum & domiciliarium in l. relegatorum 7. §. dubitatũ 10
cum sequenti, ff. de interdictis, & relegatis. De his tamen & a- 11
lijs in hoc consarcinarũt plura scribẽtes in l. hæres 22. §. proinde de iudicijs, inter quos Barbosa articul. de foro ratione originis, Boerius decis. 13. & 260. & 272. Azeuedus l. 19. tit. 3. lib. 1. & l. 5. tit. 2. lib. 7. l. 1. tit. 3. eodem lib. recopil. Burgos de Paz l. 3. Taur. concl. 3. num. 69. & à num. 365. Gailo 2. obseru. c. 35 Sylua respons. lib. 1. c. 74. part. Mascardus, Menochius, & alij relati à Farinacio in fragmentis versic. domicilium Tusch. verbo *forenses*, conclusione 410. & alibi sæpè, & verbo *incola*, & similibus, Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 23. Gutierrez eodẽ tractatu c. 63. Zeualios quæst. 458. Gratian. tom. 2. c. 181. Nauarrus consil. 4. Cefalo consil. 317. & 451. Surdus consil. 313. & 343. Toletus in rubrica, C. de municipibus.

Hoc supposito duo dubitantur. Primum an hæc origo, vltra 12
patrem aut avum extendatur. Secundùm an origo materna inspicienda sit. Et de primo quidem Accursius in d. l. filios, C. de municipibus, & d. l. 6. §. filius ad municipalem, credidit originem non vltra patrem extendi: nam si cæterorum ascendentiũ origo attendi deberet, procedi posset, vsque ad agrum Damascenum, quo natus dicitur Adamus omnium parens; sed contra Accursium ferè ab omnibus receptum est, vt vsque ad avũ pro-

tendatur ex l. libertos 17. §. in adoptiua, ff. ad municipalem, ità cum innumeris, Barbosa d. l. hæres 22. §. proinde ar.. de foro origin. num. 27. vsque ad 34. Boer. decis. 13. num. 7. & 8. Ant. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 30. definit. 24 Benedictus c. Raynuntius verb. & *vxorem* num. 489. in fine, Greg. Lop. l. 32. verbo *natural.* tit. 2 part. 3.

13 Notandum tamen est, tunc demum protrahi originem, ad auum si nepos eo viuo natus sit: nam si auo mortuo nascatur patris tantum originem sequetur, Cyn. Bartolus & alij relati à Barbosa d. num. 27. & 28. Cuius ratio sub obscura est, apud interpretes, & quidem Bartolus d. l. assumptio, §. filius, num. 1. in fin. ait procedere ratione potestatis, Barbosa tamen Bartolum reprehendit d. n. 27. & 28. ego credo inique Bartolum notari ne dicam non percipi, & in hanc rem nouam huius articuli explicationem, Bartolo tamen & Acursio ducibus agredior quos etiam sequitur. Greg. Lop. l. 32. verbo *natural.* tit 2. partit. 3. Villalobos in antinomijs lit. F. nu. 33. Azeuedus l. 19. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 12. Gonçalez. Regul 8. glossa 9.

14 §. 1. num. 98. & 99. Ergo existimo nihil verius esse, quàm quod Acursius scripsit originem non vltra patrem extendi, sed hoc intelligendum nisi nepos viuo auo nascatur, & in eius potestate, vt ait Bartolus, tunc enim etiam aui origo attẽditur, ratio est quia ita ius se habet, vt filius sequatur cõditionem patris quod si postea nepos ex eo, auo viuo nascatur auitam originẽ sequitur etiam nepos, non tàm quia auita est, quàm quia pater eius aui originẽ ad strictus reperitur, quo tempore ipse nepos nascitur, si vero mortuo auo nascatur nepos, cum iam dissoluta potestate aui, sit etiam dissoluta origo auita, sola patris origine tene-

15 bitur nepos: Aę dices, sic fieri posset, vt filius emancipatione amitteret originẽ paternam aut si alio quouis modo exiret de patris potestate, & consequenter etiam adoptione (nam adoptio iure Pandectarum à patris naturalis potestate liberabat l. 2. §. hoc vero. de adoptionib. l. cum in adoptionis 10. C. eodẽ) quod falsissimum videtur ex l. ordine 15. §. final. ex l. libertos 17 §. in adoptiua. ad municipalem, vbi non solùm filius in adoptionem datus, sed filij eius hoc est nepotes post adoptionem habiti origine patris eiusdemque aui naturalis retinentur; hoc est vnicũ Barbosæ fundamẽtum. Cui respondeo verissimum esse stricto iure filium in adoptionem datum, aut emancipatum liberari ab

origine

origine sicut à patria potestate, sed quia adoptio fraudulenta 16
præsumitur, quando filius in alia ciuitate se dat in adoptionem,
aut etiam emancipatio fraudulenta videtur, quando in diuersa
ciuitate filius domicilium habet, ne adoptionibus, aut emanci-
pationibus origines & munera publica fraudarentur, placuit
ex his causis originem regulariter non amitti, sed tantum mor-
te in qua semper fraus cessat, & in adoptione quidem apertissi- 17
mè, & elegantissimè hæc probãtur à Papiniano in d. §. in adop
tiua. iuncta explicatione magni Cuiacij, lib. 17. quæst. Papin.
d. §. in adoptiua quem hanc nostram secutum fuisse sententiã,
ex ibi dictis odorari potest, quod vt liqueat fingamus speciem
dicti §. in adoptiua. Filius naturalis dedit se in adoptionẽ in alia
ciuitate, & cum iam esset in adoptiua familia filium procreauit
quærit Papinian. an nepos iste aui naturalis originem sequa-
tur, & respondet in adoptiua familia susceptum (idest) nepotẽ
aui quoque naturalis originem sequi exemplo dati (hoc est) si-
cut ipse filius naturalis in adoptionem datus, constat ergo tam
filium quàm nepotem sequi originem patris eiusdẽque aui na-
turalis licet in potestate eius neuter eorum sit, quod nullatenus
summo iure procederet, vt male credidit Barbosa, sed ex res-
cripto Diui Pij, quod ad hoc fuit necessarium: nam summo iu-
re simulatque per adoptionem liberati fuerunt à naturalis pa-
tris eiusdemque aui potestate pariter etiam ab origine exuti,
sed ob fraudis præsumptionẽ Diuo Pio placuit adoptione ori-
ginem non amitti.

Obijcies rursus cum Papiniano in nepote post adoptionem 18
habito in adoptiua familia, nec suspitionem quidem fraudis in-
teruenire; adoptio potuit fieri cõmento nostro, fraude nostra,
natiuitas verò nepotis, non fraude nostra, sed opere naturæ
fit, vt eleganter Cuiac. cur ergo nepotem aui origini adstringi
mus qui etiam à potestate liberatus fuit aui naturalis, per patris
adoptionem? §. penult. inst. quibus modis. ius patr. potest. solu.
& vt hoc obiter notem, iam vides Papinian. in illo versiculo
quamuis in isto fraudis nec suspicio quidem interueniret: quam apertè
probet fraudis ratione durare originem filij adoptiui, quæ su-
mo iure statim extinguebatur, atque filius de potestate exibat
alias quid opus esset fraudis inspectione.

Respondeo nunc ad id dubium scilicet quare nepos in quo 19
nulla fraudis suspitio est etiam auita origine tenetur, & iam di

xi, italus esse vt conditionē patris sequatur filius ex iustis nup
tijs procreatus; sed in hac specie quo tempore nepos nascitur
inuenit patrem duarum ciuitatum, origine detentum, ergo &
duarum ciuitatum, ciuis erit nepos ex eo susceptus, sic adposi-
ta specie ad Papin. iam vides originem maiorum regulariter nō
vltra obligare, quā ius potestatis durat, proinde in filio in adop
tionem dato necessaria fuit suspicio fraudis & Diui Pij rescrip
tum.

20 Ex quo principio plura inferuntur rarissima certissimaque:
Primum quoad forum, item & quoad munera & onera ciuilia
morte omninò extingui parentum originem cum etiam patria
extinguatur potestas, & in morte omnis absit fraus, quod non
solum in auo procedit (quod in comperto est) sed vt dicā quod
21 sentio, patre mortuo paterna origo extinguitur quoad mune-
ra & onera, & forum de quibus rebus in titulo ad municipalem
agitur cum enim originis obligatio à iure potestatis patriæ in-
ducatur eo soluto quis negabit, siue in auo siue in patre origi-
nem disolui?

22 Secundo infertur Papinianum d. §. in adoptiua: necessariò
locutum quādo nepos viuo auo natus fuit: nam si mortuo quis
dubitat prorsus contrarium Papinianum responsurum fuisse si
quidem morte aui dissoluta fuit patria potestas princ. inst. qui-
bus modis, ius patriæ potest. soluitur. & consequenter filius,
qui se in adoptionem dederat à patris naturalis origine libera-
tus: ergo nepos iam hoc tempore susceptus, nec ratione condi-
21 tionis paternæ, nec fraudis vlla præsumptione aui originem se-
qui potest.

23 Tertio infertur ineptissimam videri rationem Acursij, & cę
terorum omniū (nec Antonio Fabro excepto) de Adami ori-
gine non inuestigāda, ex qua procedere dicunt regulam, quod
origo non extēdatur vltra auum, quid enim clarius est ex di-
ctis, quam hanc rationem & restrictionem falsissimam esse? cū
natura facilimum esset, vt proauo viuente pronepos nascere-
tur in eius pótestate, quo casu euidens est originem proaui secu
turum pronepotem, vltra autem progredi & conseruari pote-
statem patriam penè impossibile sit, vnde cessat inconueniens,
ne in infinitum procedamus ad Adamū, imò ipsius naturæ lex
& vitæ breuitas facit ne regulariter, origo vltra auum proten-
datur, aut proauum cum omninò requiratur patria potestas ad

originem in posteris deriuandam.

Et pro hac sententia, quod origo ad proauum protendi pos- 24
sit aliquando dicebam esse textum expressum in l. filij. 22. §. se
natores, ad municipal. qui ex dictis optimè intelligi poterit abs
que emendatione Cuiacij in l. 8. C. de incolis. lib. 10. de cuius
textus specie nonnulla infra dicemus.

Quarto infero, vt nepos tres possit habere origines diuersas 25
propriam, paternã, & auitam, si viuo auo nascatur, si verò mor-
tuo duas, imò & propriam tãtum si posthumus sit, nisi dicamus
pro nato habendum si vtile id sit posthumo secus si noceat l.
qui in vtero 26. versiculo item patris, l. qui in vtero. 7. de stat. 26
hom. in qua specie illud subtiliter noto pro nato habẽdum quo
ad id tempus solùm quod post eius conceptionem pater vixit
deinceps verò liberari origine morte patris, non minus quam
filij fãm. iam nati morte liberantur, vt diximus, medio enim illo
tempore quo pater ipso iam concepto vixit succurritur ei ac si
in potestate fuisset. l. 3. in princ. de iniust. rupt. l. final. de colla-
tion. sed cum morte patris extinguatur originis vinculũ, quo
filij in potestate tenebantur pariter posthumus à die mortis pa
tris originis necessitate liberatur. Et sic dũ in ventre est & obli
gatum origine patris, & liberatũ rectè dicemus respectu diuer-
si temporis. Tandem fieri poterit, vt proauo viuente natus in 27
alia ciuitate pro nepos quatuor ciuitatum origine teneatur, si
vnusquisque parentum diuersæ etiam ciuitatis originẽ habeat
vltra proauum tamen potestas patria, vix est vt sine miraculo
contingere possit id circo nec originis obligatio.

Quinto infero, quod & si nullus sit in iure locus quo cõstet 28
emancipatione non extingui originem ob fraudem præsump-
tam, tamen iuris ratio facit, vt idem in emancipatione philoso-
phari liceat, quod in adoptione diximus; nempè summo iure
extingui originem per emancipationem, ob fraudem tamẽ præ
sumptam contrarium responderi, facit eleganter. l. fin. §. item
rescripserunt patris. ad municipal. quod tamen limita, nisi emã 29
cipatus sit filius adoptiuus. l. sed si 16. ff. ad municipal. Cuiac.
d. § in adoptiua. & d. l. 15. §. fin. ad municipal. in Papiniani res-
ponsis, lib. 1 faciliùs enim vinculum ciuile adoptionis dissolui- 30
tur, quàm naturale. l. qui habet de tutel. l. fin. C. de his qui
ven. ætat. Nec fraudis suspitioni hic locus esse potest indisso-
lutione adoptionis cum potius fraudis fuerit suspitio adoptio 31
nis factæ tempore,

32 Sexto infero, vt quotiescumquè fraus cessauerit in emanci-
patione, aut adoptione omnino extinguetur patris origo, aut
cæterorum cuius potestati subiectus erat is qui emancipatus,
vel adoptatus est, quod ex eodem principio fit, cum enim ob
fraudem solam origo retineatur cessante fraude cessabit rescrip
tum Diui Pij, veluti si filius in eadem ciuitate adoptetur, vel
emancipetur in qua propiam originem ex sua natiuitate habet;
nam tunc ciuis dicetur illius ciuitatis ex sua origine non ex pa
33 terna. Item si suma patriciatus dignitas filio contingeret post. l.
3. C. de adoption §. filius. inst. quibus modis ius patr. potest.
34 soluit. aut apud nos atenta. l. Tauri, qua per matrimoniũ filius
à patris potestate liberatur quo casu nulla fraus excogitari po
test, vt eleganter Cuiacius. d. §. in adoptiua. in his omnibus casi
bus audacter, sed (ni fallor) verisimè dico etiam iure communi
35 originem parentum extingui simulatque ius potestatis extin-
ctũ est, ita in matrimonio doctissimus Greg. Lop. d. l. 32. glos.
natural. cuius sententiæ eleganter addi potest. cur in l. 19. tit.
3. lib. 1. Recop. qua exprimitur quis oriundus ex his regnis di
catur nulla mentio originis auitæ fiat, & verisimũ credo ideo
procedere, quia ex d. l. Tauri factum est vt penè numquam
nepos originem aui adipiscatur, cum per matrimonium filius
sui iuris fiat, ita sentit Azeuedus. d. l. 19. num. 12. quæ in Reg-
36 no Valentiæ etiam ante nuptiales benedictiones procedent,
nam statim matrimonio inito soluitur patria potestas, Hiero-
nym. Leo decis. Valentin. 55. Carrança de partu. cap. 4. n.
25. ad fin.

37 Sed quantumcunquè verissima sint suprà dicta, vsu veto, &
iure Regio, origo, quoad munera, & onera non attenditur, nisi
concurrat cum domicilio, etiam si origo sit ex propia natiuita-
te, vt ex l. 1. tit. 3. l. 5. tit. 2. lib. 7. Recop. Burgos de Paz, l. 3.
Taur. n. 69. Azeued. dictis legibus. Toletus in lucerna Rubri-
carum. C. de municip. lib. 10. num. 6. Gail. 2. obs. cap. 36. num.
7. apud quos de fori ratione; & de alijs videri possunt, quos
congessimus, supra num. 11.

38 Nec obstat originem iuris naturalis esse. l. assumptio. 6. in
princ. & §. 1. ad municipal. l. 5. tit. 24. part. 4. l. 32. ad finem. tit.
39 18. part. 3. & sic nec vsu, nequè lege ciuili posse reuocari. Res-
pondetur enim communicer, non tolli eam partem originis,
quæ à natura est, sed effectus ciuiles qui à legibus dantur tolli,

etiam

etiam à legibus posse, vt elegantissimè quantum sęculi rusticitas patiebatur probant supra dictæ leges Alfonsinæ.

Ex quo principio infertur, nisi expresse à iure ciuili abro- 40
gentur, effectus originis semper operari, prout resoluunt Ondegentur, effectus originis semper operari, prout resoluunt Ondedeus, cons. 5. num. 43. & ibidem in subscriptione. Marcus Antonius Eugenius, num. 67. & 69. volum. 1. Nicolaus Reusner. decis. 2. n. 27. lib. 2. Bernard. Greueus. in addit. ad Gaill. lib. 2. cap. 36. num. 4. & 5. Surd. cons. 313. num. 6. Barbosa, d. 9. proinde. l. hæres absens, art. de foro ratione originis à num. 108.

His circa originis rationẽ explicitis restat scire qualiter ex 41
jis nostram quæstionem decidi opporteat, & quidem si iuxta ciuilissimam significationem, verbi, *oriundus*, quàm explicuimus circa munera, & onera res expedienda est, facilè id fiet si dicamus in omnibus speciebus in quibus diximus originem contrahi, vel durare, siue per se, siue per patrem auum, aut proauum prohiberi rectorem ne eligi possit ex d. constitutione, in cæteris vero inquibus docuimus originem cessare extinguive nil obstare prohibitionem.

Sed contra hanc resolutionem nonnulla implacabiliter ob- 42
stant. Primum, quod hæc nostra quæstio, & prohibitio de Rectore ciue, aut oriundo non eligendo, eadem est cum illa iuris communis & regij, quæ habet, neminem in sua Prouincia, vel ex qua oriundus est iudicem esse posse. l. si cui 38. Ex quibus causis maior. l. 3. de offic. adsessorum. l, nullus 3. C. de diuersis officijs, lib. 12. l. fin. C. de offic. Rector. Prouin. aliàs est titul. C. vt nulli patriæ suæ administratio. aliàs l. vlt. C. de crimine sacrilegij, quàm constitutionem Dio & Xifilinus tribuunt Antonino, quod Cassius aduersus eum rebellasset, cum esset Præses in patria sua, idcirco tunc primum cauisse, nequis in sua patria imperium obtineret est in idem insignis Iulij Pauli locus lib. 5. sentent. tit. 12. §. 5. vbi Cuiac. de iure Regio est. l. 11. tit. 18. part. 1. l. 4. tit. 6. lib. 3. Recop. explicãt Decius, & Oroscius in d. l. 3 de officio assessorum, Gometius ad Regul. Chancell. de idiomate, quæst. 1. part. 4. Afflictis, & alij plures relati ab Azeuedo, d. l. 4. tit. 6. lib. 3. Recop. Gutierr. lib. 1. pract. quæst. 34. Auiles, cap. 4. Prætor. gloss. 1. Bobadilla lib. 1. cap. 12. à num. 23. Sylua, respons lib. 1. respons. 74. part. num. 22. elegãter Cuiac. lib. 1. respons. Papin. ad l. fin. de officio assessorum, vbi quod Casiodorus fuit patriæ suę Lucanæ Corrector spe- 44

ciali priuilegio,& iure communi abrogato,vt ex eodem C.sio
doro constat,lib.1.variar.epistola 3.Franciscus Patricius lib.
45 3.de institutione reipubl.tit.2.& in Episcopis,& iudicibus Ec
clesiasticis hanc eandem prohibitionem defendit Segura Da-
ualos in directorio,1.part.cap.9. qui author pro sua sententia
potuisset allegare,tex.in cap.accedens 4.vt lit.nõ contest.ibi:
46 *De terra vxoris suæ oriundus existat.* Et de origine ad ordines sus-
cipiendos.Ricius in praxi,decis.292.

47 Rationem autem huius prohibitionis,expręsit Paulus ele-
ganter his verbis:*In ea Prouincia ex qua quis originem ducit officiũ
Fiscale administrare prohibetur,ne aut gratiosus,aut calumniosus,apud
suos esse videatur*,quã etiam rationẽ attigit,Cassiodorus,d.lib.1.
variar.epistol.3.dum ait: *Gloriosum esse in patria sua præsidiatu fun
gi præclare;vbi necesse est,vt vel gratiam parentela prouocet,vel odium
longæ contentiones exasperent.* His eisdem rationibus motum Pon
48 tificem in nostra Salmanticensi constitutione,dubium nõ est,
eas quoquè expresit.l.11.tit.18.part.1.

His positis nemo iam non videt hanc generalem prohibitio
nem,& prohibitionis rationẽ omnino obstare,vt in huius quæ
stionis decisione obseruari possint regulæ originis supra po-
49 sitæ;nam multoties eueniet filium (verbi gratia) liberatum es-
se ab origine paterna aut auita viuente auo aut patre in ipsa ci
uitate cui præficiendus est filius, & adhuc iniquissimum esset
eum pręficere ob id solum quod iuxta ciuilissimam significa-
tionem supra traditam oriundus non esset, cum pariter vigeat
ratio potissima prohibitionis,nempè ne gratiosus, aut calum-
niosus,apud suos videatur.

50 Nec tunc obstabit,quod cessante propia verbi oriundus sig
nificatione non debet extendi lex pœnalis, etiam ob identita-
tem rationis ad casum, de quo non locuta est: quia respondeò
significationem naturalem huius verbi oriundus multò latius
patere comprehenderequè quamcumquè maiorum origi-
nem,licèt quoad effectus ciuiles variè restringatur, vt supra
docui,num.37. & sequentibus restrictio autem, de qua supra
51 tractauimus tantum pertinet ad titulum.ff.ad municip. quoad
munera scilicèt & onera;vnde cum diuersus sit tractatus nos-
ter de oriundis non eligendis,sequitur significationem huius
verbi latius patere,hoc est in naturali significatione, quæ ob-
seruanda est,nisi specialiter restringatur, vt prouabimus supra

num. 40. maximè quando ipsa legis ratio dictat id fieri debere.

Valdè mirandum est, in tanta authorum mole, nec vnum 52
ex his quos legerim in specie disputasse, qui dicãtur oriundi, ne Iudices eligi possint. Verùm enim verò meam interponam sententiam eam repositurus si alius meliora attulerit: ergo ex dic- 53
tis firmiter credo eum prohiberi iure communi, & Regio iudicem esse, item eum, d. constitutione Salmãtina prohiberi in Rectorem eligi, qui ipse natus in ea ciuitate fuerit, aut si ipse natus non sit idem erit si pater eius, aut auus nati fuerint, aut denique si ipse eligendus domicilium habuerit in ipsa ciuitate.

Amplia primo, hanc cõclusionẽ, vt procedat, etiã si filius in 54
dicta ciuitate natꝰ; alibi domiciliũ habeat: nã & prędictę leges, & Salmantina cõstitutio alternatiue prohibent oriundos, aut domicilium habentes: ergo alterutrum sufficit. l. si is qui ducẽta 13. §. vtrum de rebus dubijs, Cuiac. 5. obs. c. 4. cum vulgatis.

Amplia secũdo, siue filius sit in potestate, siue nõ patris aut 55
ãui; nam ea potestatis inspectio ad munera, & onera pertinet hic verò *minimè*; quia illa ratio prohibitionis: *Ne gratiosus, aut calumniosus, apud suos videatur*, pariter viget in filio familias, ac in emancipato.

Amplia tertio, vt procedat, etiã mortuis patre, & auo: nã ad- 56
huc si quilibet ex eis natus fuit in ciuitate eo mortuo durabit prohibitio, quod ex eadẽ prohibitionis ratione pẽdet: nã quis dubitat etiã mortuis parẽtibus regulariter in loco originis manere familiã cognationẽ amicos, quæ omnia prohibitionis iustã causam præbent, nec obstat, quod supra diximus morte patris & aui, originem extingui, quia id in muneribus, & oneribus procedit, de quibus in titulo ad municip.

Amplia quartò, in matre, & auo materno, quorum natiuitas 57
ãut alterius eorũm facit, vt filius neposvè, neque in Rectorem, 58
neque in iudicem eligi possit, ratio est quia ratio illa ne gratiosus aut calumniosus, apud suos videatur pariter militat siue origo paterna, siue materna sit, quid ergo si (quod sæpè euenit) quis in materna ciuitate, & illustrior, & potentior sit cognatione, familia, & amicis?

Secundo probatur, quia verbum, *oriundus*, naturaliter accep- 59
tum significat propiè, tàm paternam, quàm maternam originẽ, quod patet, quia sæpissimè in iure origo materna consideratur, etiam quoad munera, & onera, vt contingit in filijs illegiti-

mis

mis l. 1., ad finem: *quam enim aliam originem hic habet*. ff. ad mnnici
60 pal. l. cum legitimæ. 19. l. cum lex 23. de statu homin. l. eius 9.
eod. tit. ff. ad municipal. & in singul. specie l. 1. C. de posthum. re
61 vers. l. Diui 25. ff. eodem, imò & in filijs legitimis, sicut regula-
riter lex præfert paternam originem maternæ. Sic aliquãdo præ
fert originem maternam, nec vult vt paterna inspiciatur, d. l. 1.
ad municipal. l. eos 22. l. nati 29. l. si ille 62. C. de decur. cũ alijs
relatis ab Acurs. l. 3. verb. non in materna. C de municip. quòd
fieri nequaquam posset, nisi origo naturaliter daretur, tàm pa-
terna quàm materna, aut nisi oriũdus, vterquè naturaliter dice
retur, & qui à matre, & qui à patre originem ducit rerum enim
vocabula inmutabilia sunt, hominum verò mutabilia. l. 4. de le
gat. 1. facit eleganter pro origine materna, Sidonius Apollina
ris, lib. 4. epistol. 21. ibi: *Hæduus pater tibi, mater Arberna est: pri-
mus hæduis deberis: ergo non solis*. Virgil. 8. AEneid.

Gnatum exhortarer ni mixtus matre Sabellâ
Hinc partem patriæ traheret.

Vides quam certum sit originem, & oriundum dici etiam à ma-
tre quo posito simul & eo, quod ratio legis & constitutionis no
stræ æquè militant rectè concluditur verissimam esse hãc quar
tam ampliationem.

Nec tunc obstabit. l. 3. C. de municipibus, ibi: *Non in materna*
62 *ciuitate*. l. nullus 44. C. de Decurionibus, ibi: *Nullus solius mater-
ni sanguinis vinculis illigetur*. Ex quibus plusquam communiter
interpretes notant maternam originem, non attendi inter quos
Boerius, decis. 13. num. 9. Barbosa, d. art. de foro orig. num. 80.
Antonius Faber, lib. 9. Cod. tit. 30. definit. 24. Cuiac. l. 22. in
principio, C. de Decurionibus, lib. 10. cæteriquè relati supra
num. 11. & 40.

63 Nam respondeo prædicta iura & interpretes loqui in mune
ribus & honoribus de quibus in titulo ad municip. & in titulo,
C. de municipibus. & C. de decurionibus lib. 10. Vndè non de
bent extendi ad nostrum tractatum in quo tam diuersa ratio
64 militat. Quod si quæras cur in muneribus, & oneribus origo ma
terna non attendatur eleganter dici potest.

Primum, quia quoties mulier ex alia ciuitate nubit honor
mariti, & matrimonij fauor induxit, vt mulier propriam origi-
nem

dem quo ad munera & onera amitteret, & mariti sui domici- 65
lium sequeretur, l. final. §. item rescripserunt mulierem, ff. ad
municipal. vbi Bart. l. vnica, C. de mulieribus lib. 10. vbi Cu-
iac. & in l. 17. §. in adoptiua ad municipal. Barbosa d. art. de fo-
ro origin. à num. 39 esset que contra individuam matrimonij 66
vitam vt mulier onera diuersæ ciuitatis subiret l. final. C. de in-
colis l. mulieres. C. de dignitatibus; inde domus mariti sola, do- 67
micilium matrimonij vocatur, non vxoris domus, elegan ter Pō
pon. in l. mulierem 5. de ritu nupt. & lar matrimonij in l. 1. §. do 68
mum de liberis agnoscendis. 69

Secunda ratio esse potest ob quam in muneribus, & oneri-
bus materna origo non attendatur quia ferè omnium prædicto
rum munerum præcipuè corporalium incapax est fœmina l. 3.
§. corporalia de muneribus & honoribus, idque indicat d. l. vni
ca, C. de mulieribus. Cũ ergo ob prædictas rationes mater quo
ad hos effectus ciuiles originẽ amittat, sequitur, vt filius etiã
in prædictis casibus origine materno, nõ teneatur cumque præ
dictæ rationes specialissimè procedant in muneribus & hono-
ribus, nequaquam extendi poterunt ad nostrum tractatum in
quo originis propria & lata significatio locum habere debet vt
potè quæ iuris naturalis est, nec abrogata intelligitur, nisi casi-
bus expræssis.

Amplia quinto, vt prædicta prohibitio procedat in filio ille 70
gitimo, seu naturali qui non poterit eligi in ea ciuitate ex qua
mater eius, aut auus maternus oriũdi sunt ex dictis supra in pro
xima ampliatione à n. 59. quid autem iuris erit in patre, aut auo
naturali dicemus in limitationibus, limit. 5.

Amplia sexto, vt si quis iuxta prædicta plures habeat ori- 71
gines, & alibi domicilium in nulla earum ciuitatum iudex esse
poterit id circo sufficiet, vt quamlibet originem ex Salmantica
habeat ne Rector esse possit vel domicilium propium ipsa ciui
tate.

Amplia septimo, vt eadem prohibitio procedat in auia siue 72
paterna, siue materna, cum eadẽ ratio prohibitionis cõcurrat &
verbi significatio omnia ea cõprehendat, vt supra probauimus.

Amplia octauo, vt seruus manumissus ibi originẽ cõtrahat, 73
vbi patronus originẽ habet, sequitur ergo libertus patroni ori-
ginẽ, vndè fit, vt in ea ciuitate ex qua Patronꝰ originẽ ducit li-
bertus iudex esse nõ possit, nec Rector eligi si Salmãtica oriũdꝰ
Patronus foret hãc ampliationẽ probo ex l. assũptio 6. § vlt l.

filij 22. §. municipes, l. eius 17. in princ. ad municipal. Cuiac.
74 lib. 1. resp. Papin. in d. l. 27. in princ. & §. patris ad municipal. quod si patronum non haberet, quia fortè ex lege libertatem meruit, eius ciuitatis origine tenebitur in qua libertatem meruit
75 quod probari poterit ex dicẽdis in sequẽti ampliatione; libert⁹ autem Orcinus, hoc est, directo in testamento manumissus defunctum patronum habet, l. 5. C. qui sine manumis. l. 10. C. de testament. manum. l. 1. §. 7. C. de Latin. lib. tollen. Tiraquellus, l. 8. C. de reuocand. gloss. *libertis*, num. 124. Cel. Rhodigin. lib. 10. antiq. lect. cap. 10. Antonius Faber in Papi nlib. 1. ti. 5. princip. 2. illatione 20. Cuiac. 3. obseruationũ c. 23. Ossual. cum pluribus lib. 2. cap. 12. lit. B. vndè in defuncti ciuitate iudex esse non poterit.

Hanc etiam ampliationem generaliter procedere post mor-
76 tem quoque patroni manumissoris existimo, ita vt si patronus successor in alia ciuitate sit natus, eius originem libertus sequi
77 debeat ex supra adductis iuribus. Quod si quæras cur in libero, nec paterna, nec materna origo cõsideretur facilè respõdebo, seruos pro nihilo haberi, & tunc primum ciuitati agnasci, cum manumittuntur princ. Instit. de seruil. cognat. Cuiac. 4. obseruat. ca. 5 l. 1. §. 2. vnde cognati l. 10. §. 5. de gradibus, sed
78 si parentes serui ad libertatem perueniant iure antiquo dicerẽ nihilo magis eorum originem (si fortè alium haberent) inspiciẽdam respectu filij in seruitute habiti, noui enim homines esse videntur, l. seruus 27. in fine de adimen. leg. sed iure nouiori contrarium suspicor. d. princ. Instit. de seruil. cognat. §. illud certũ Instit. de nuptijs.

Amplia nono in infantibus expositis, aut in ijs qui ad fidem
79 ex infidelium Regnis, apud nos conuertuntur, hi enim in ea ciuitate in qua exponũtur, aut sacro baptismate intinguntur origine contrahunt, cùm nullam aliam habere possint, vt de expositis cum Bartol. & alijs resoluit Gregor. Lopez l. 4. tit. 20. gloss. 1. ad fin. part. 4. Barbosa de potest. Episcopi allegat. 51. num. 150. Carrança de partu cap. 4. num. 53. & in baptismo lotis est text. in cap. debitum versiculo oportet. de baptismo, expressius l. 2. versiculo *la nouena* titul. 24. part. 4. vbi Gregor. verb. *Christiano*, Gonçalez regul. 8. gloss. 9. num. 105. & sequẽbus vbi num. 113. quod potest quis vnam originem ex natiui-

tate

tate aliam ex baptismo habere fraude cessante. Sequitur ergo 80
expositos, aut conuersos non posse iudices esse in ea ciuitate
in qua expositi fuerunt, aut receperunt baptisma. Sed quam- 81
uis hæc ampliatio vera sit originis ratione inspecta, dubia tamẽ
redditur si ad Iullj Paulli rationem animaduertamus: nam quos
suos isti habebunt apud quos gratiosi, aut calumniosi esse pos-
sint? id circo prudẽtis iudicis arbitrio hoc remitterem, vt si præ 82
dictæ personæ, amicis, aut affinibus fortè valerent, l. prohibitæ
pronuncientur, non aliàs.

Vltimo amplia, vt hæc prohibitio non tantum intelligatur, 83
nequis iudex esse possit in ipso loco, cuius ciues est, aut vnde
originem ducit, sed etiam in prouincia, cui ille locus subest, ve
luti si ciuitatis Prætor, aut Prouinciæ Senator creetur, qui ex
quocumquè loco territorij, siue districtus, originem domici-
liumvè habet, dict. tit. C. nequis in sua patria, d. l. nullus 3. & in
Senatoribus in specie, tenet Bobadill. d. lib. 1. cap. 12. num. 23.

Videamus nunc de limitationibus nostræ constitutionis, & 84
conclusionis supra scriptæ, num. 53. Prima est, vt non vltra
annos anias ve extendatur, nouèor, quia verisimiliter creden-
dum est Legislatores, & Martinum Quintum nostræ constitu-
tionis auctorem noluisse, vt in infinitum originis significatio
protenderetur.

Secundo, quia in hoc dubio æquius est communissimam, & 85
receptissimam sententiam sequi, vt origo vltra annum non ex-
tendatur, maximè in materia pœnali ex quo fit vt sententiam,
& rationem quam retulimus num. 12. & improbauimus num.
23. (iuste quidem in illa materia quæ ad munera, & onera ex-
pectat) in hac tractatione vera & amplectenda sit.

Secundo illa conclusionis pars, quę habet iudices esse non 86
posse illos, qui per decenij habitationem, vel per adoptionem
alioue modo ciues sunt, aut pro ciuibus habẽtur; nec ad Recto
ris officiũ eligi; limitatur, nisi amiserint domicilium, aut ei; absq;
què fraude renunciauerint transtulerintvè, nam tunc cessat im
pedimentum, l. domicilium 20. vbi gloss. fin. ff. ad municipal. &
cum pluribus Sanchez de matrimonio, lib. 3. disp. 23. num. 2.
vers. *hinc fit*, facit quod quilibet ad libitum potest mutare domi- 87
cilium, l. nihil 31. ad municipal. in quo est singularis Regia lex
aduersus optimates, subditos suos impedientes, ne domicilium
alibi transferant ea est, l. 1. tit. 4. lib. 7. Recop. in quo etiam di- 88

fert domicilium ab origine, origo namquè mutari nequit l. pen. & vlt. C. de municip. l. ordine 15. §. in fraudem ad municipal. ex qua libertate mutandi domicilium infero, fraudem non præsumi, nisi probetur probabitur autem coniecturis, & probata
89 fraude nihil proderit domicilij mutatio, l. final. & passim, C. de municipibus.

Tertiò limita, vt domicilium nequaquam noceat, nisi in per-
90 sona ipsius eligendi concurrat, nam origo sola ad posteros extenditur non item domicilium, argum. l. 17. §. patris, ad municipal. Vnde fieri potest, vt filius in domicilio parentum iudex esse possit, aut Rector Salmanticensis, si parentes domicilium non originem habeant Salmanticæ, dummodo ipse eligendus alterius domicilij sit, & fraus absit.

Nec obstat, quod in hac specie ratio Iulij Pauli, militare vi-
91 deatur; nam verba legis deficiunt, quæ ciues, & oriundos tantum prohibet; certum autem est, nec ciuem, nec oriundum esse aliquem ex illa ciuitate in qua patres, aut aui domicilium tantũ habent, d. §. patris.

92 Quarto limita, vt origo ex natiuitate, siue propia, siue parentum, ita demum inducatur si non in transitu nati fuerint, quando autẽ in transitu natus, quis dicatur profuisse, disputant quos supra num. 11. congessimus, præcipuè Barbosa, d. §. proinde, l. hæres, art. de foro ratione originis, n. 9. & sequẽtib. & n. 90. & sequẽtib. Sylua, d. lib. 1. resp. 7. p. 4. à n. 11. & 15. vsque ad 30, & est de iure Regio, l. 19. tit. 3. lib. 1. Recop. vbi Azeued. plura cõgerit quem adeas; de iure ciuili elegans, l. 1. C. de postl. liminio reuers. Gratian. tom. 1. c. 75. poterit ergo licitè quis illi Prouinciæ præfici, vel ciuitati in qua per transitũ natus est.

93 Ex qua declaratione illud etiam fit, quòd scilicet si pater in hac ciuitate Prętura, aut alio officio, aut negotiatione fungẽs, non animo cõstituendi domicilium filios procreauerit, nõ ideo minus habiles erunt ad Rectoris officium, quã si in loco pater-
94 ni domicilij nati essent. Hinc etiam summa æquitate niti apparet, quod si pater in Regia Curia, aut alibi Principis seruitio detẽtus filios habuerit, possint admitti ad Collegia Salmanticensia, in quibus non nisi certus numerus ex vnoquoque territorio admittitur, nõ obstãte, quod eiusdem Curiæ, siue territorij quo filij nati sunt nequeat, nisi certus numerus admitti isque in Collegio sit expletus: nã nõ est æquũ hoc casu attendi nati-

uitatis originem, sed domicilij paterni aliàs tot eximij viri, qui
bus respub. debet cum frequentius in Curia perpetuo detinean
tur, hoc cõmuni bono carerent, erga filios quibus cæteris pari- 95
bus prælatio potius, & præexhibitio quędã debetur. Idẽ iuris
erit in alio quolibet per trãsitũ nato, arg. l. ex facto 35. §. rerũ
de hær. in fi. l. ciues in fin. C. de incolis, l. 19. tit. 3. lib. 1. Recop.
vbi plura Azeued. num. 2.

Circa hanc eandem tractationẽ breuiter digredi libet, an sci 96
licet prohibitio illa ne, nisi duo, aut tres de vna Diœcesi eligan
tur in Collegijs; sic accipi debeat, vt siue ciuis, siue oriundus
quis sit ex illa Diœcesi admitti nõ possit si numerus ex eadẽ in
Collegio sit expletus, in qua quæstione verba constitutionis
Collegij ante omnia inspicięda sunt, & siquidẽ expresse prohi 97
beãt, nec de ciuibus, nec de oriũdis, nisi duos eligi posse omnia
erunt obseruãda, quæ in Rectore Salmãticẽsi, cæterisq; iudici
bus scripsimus, quòd si indistinctè fũdator cauerit, prout in no 98
stro Chonquẽsi Collegio habetur per hæc verba: *De vna Diœ-*
cesi nõ eligãtur, nisi duo, tunc is tãtũ de illa Diœcesi cẽsetur, qui
oppositionis, aut electionis, saltim tẽpore (nã alterutrum suffi
ciet) cessante fraude Diœcesanus fuerit ipsius Episcopi, sub
quo est Diœcesis, & vt clarius dicam vbi domicilium, absquè
fraude habuerit quolibet ex prædictis temporibus.

Quinto limita in filijs illegitimis, spurijs, & vulgo quęsitis qui 99
bus pater, aut auus paternus ignorãtur, aut saltim eos ius nõ ag
noscit, l. 1. ad fin. ff. ad municip. cũ cæteris adductis sup. n. 59.
prohibitio ergo in prędictis filijs tãtũ ex linea materna proce
det, vt diximus, n. 70. nõ ex paterna, quã neque habent, neque
à iure consideratur. Sed hæc limitatio iure antiquo indistinctè 100
procedere potest, iure verò nouiori, & Regio attento, quo filij
naturales, quã plurima iura à parẽtibus habent, vt cõstat ex to
to tit. C. de natural. liber. l. 11. Taur. cũ seqq. secus censeo ma-
ximè si apparẽtibus recogniti fuerint, aut alias certi sint, in cæ-
teris verò nothis, & spurijs limitatio sine dubio procedet, quã
differentiam inter spurios, & naturales apertè mihi probat, l.
19. ad fin. tit. 5. lib. 1. Recop.

Sexto limita, si iudex, vel Rector ad modicũ tẽpus eligatur: 101
tunc enim oriũdi, vel ciuis impedimẽtũ ei nõ officiet ex cõmu-
ni sentẽtia, de qua Dec. & Grosc. in l. si eadẽ de offic. assessorũ
Bouad. cũ pluribꝰ, d. lib. 1. c. 12. n. 28. cæteriq; relati sup. n. 43.

102 quod autem tempus modicum dicatur arbitrio iudicis manebit, l. 1. §. fin. de iur. deliberand.

103 Septimo limita, vbi ex priuilegio, aut consuetudine populus ius haberet nominandi sibi iudices, quos vulgo, *Alcaldes ordinarios*, appellamus quæ res frequentissima est in Hispania, vt constat ex l. 1. tit. 2. lib. 7. Recop. l. 2. tit. 4. part. 3. Couarruuias, c. 4. pract. num. 4. versic. 2. & num. 5. Bobadilla. lib. 2. cap. 16. numer. 71. hi enim ex prædicto priuilegio, aut præscriptione ciues eligi possunt, aut oriundi.

104 Octauo limita in officio Rectoris, qui eligi posset ciuis, aut oriundus, nisi expresse prædicta constitutione Salmanticensi prohiberetur. Nec obstat quod cum Rector iudex sit, & iurisdictionem exerceat sufficere videbatur prohibitio generalis iuris communis, & Regij, quia respondeò, quod cum Rector ex gremio studentium sit eligendus, cumquè ciues, & oriundi
105 Salmanticenses, qui studiosi sunt, de gremio ipso verè sint, sequitur etiam habiles futuros, nisi expresse constitutione prohiberentur, argum. l. fin. C. de iurisd. omn. iud. vbi scribentes.

106 Vltimo limita, si princeps specialiter alicui indulserit, vt in sua Prouincia, vel ciuitate iudex esse possit, d. l. nullus, C. de diuersis officijs, d. l. 1 1. tit. 18. part. 1. Segura Daualos in directorio, d. cap. 9. num. 14. Bobadilla, d. lib. 1. cap. 12. num. 23. nullus autem alius à Principe eam potestatem habebit, cum legis derogationem contineat.

107 Et licèt Segura Daualos, d. numer. 14. scribat Episcopum ex causa posse Vicarium siue alium iudicem ciuem, aut oriundum eligere, id iure canonico procedit, quia nulla lege canonica prohibitio expressa extat; iure verò ciuili & Regio, solus Princeps id poterit, quod sæpissimè facere solet in Senatoribus regalis Chancellariæ, cæterisquè
108 qui in supremis subsellijs ius dicunt, quæ res, & si eam rationem habeat, quòd scilicèt ad prædicta munera non nisi viri omni suspitione maiores eliguntur, adhuc ab his electionibus temperandum esset cum periculosissimum sit quemquam, apud suos
109 præclare se gerere, vt Cassiodorus scripsit, d. lib. 1. epistol. 3. dixi solum principem posse prohibitionem infringere, aliud est si ex facto quæratur, an quis in prohibitione legis comprehendatur, an non, ea enim res ad iudicem competentem causę expectabit, & vt plurimum esse solet supremus Regius Senatus, vbi

etiam

etiam frequẽter expediri ſolent Regiæ litteræ, vt ab officijs amoueantur iudices officiales vè, ciues aut oriundi.

Vna reſtat quæſtio ſumme præcedentibus affinis, nempè an Princeps poſsit non obſtante Martiniana conſtitutione Salmanticenſis Gymnaſij efficere, vt ciuis oriúdus vè Rector eligi poſsit, & non dubium eſt eam poteſtatẽ habere, vt Deo annuente latius probabimus infra, prædicta enim conſtitutio gubernationem Academiæ merè ſæcularem reſpicit, hæc autẽ gubernatio ad Regem pertinet, quia ipſa vniuerſitas ſæcularis eſt vndè aprobante & permitente principe durabit conſtitutio, poterit tamen quoties ſibi iuſtum videbitur eã reformare, & alterare prout quotidie in alijs quam plurimis facit, vt infra patebit. Hæc autem reſolutio procedet, ſiue laicus, ſiue clericus ſit ſtudioſus cum quo Princeps diſpenſauerit: nam id principaliter conſtitutionem non perſonam reſpicit. ii

Sed an Pontifex poſsit diſpenſare? & valde dubito, niſi permitente Principe cui in omnibus tẽporalibus Academia ſubeſt aut niſi caſus occurreret, quod ad vniuerſitatis, & Religionis cauſam expectaret talis diſpenſatio, & hoc, monito priùs & nolente Principe, vndè litteræ Apoſtolicę ſi extra hũc caſum expedirentur poſſent à ſupremo Senatu peti, earumque executio ſuſpẽdi interpoſita ſupplicatione ad Pontificem cæteraque fieri, quæ in retentione bullarum ſolent. iii

An quæ de oriundis in Rectore, & cæteris reſpondimus locum habeant in admittendis ad collegia beneficia patrimonialia, & legata pia pro virginibus maritandis, adque non niſi ex certo loco, vel Prouincia oriundi admitti poſsunt.

Caput ſecundum.

NON potui abſtinere quin hanc in pragmaticorũm gratiam quæſtionem cõtexerem; in qua ex interpretibus quos ad manus habui pauciſsimi eam in ſpecie tetigerunt i

rũt, ijque Simonaſo, & craſa Minerua. Eſt igitur quęſtio quis dicatur oriundus, vt admitti poſsit ad collegia, beneficia, legata pia, quæ non niſi oriundis aut ciuibus debentur ex conſuetudine ſtatuto, alia vè lege fundationis, vt in beneficijs eſt celebris
2 Calagurritana & Burgẽſis cõſuetudo de qua in l. 21. 22. & 23. tit. 3. lib. 1. Recop. Couarrubias, Nauarrus & alij relati ab Azeuedo ibidem, Gonçalez regul. 8. Chãcell. gloſſ. 9. §. 1. per totum, Garcia. de beneficijs 7. p. cap. 9.

3 Primo ergo quoties de prædicta quæſtione agatur inſpicienda eſt ſcriptura fundationis, conſuetudo ſtatutum ve, & ſi in eis certæ qualitates exprimantur, quæ explicent quis dicatur originarius ſiue oriundus, aut ciuis, eæ omninò obſeruabuntur,
4 prout ſunt in Dięceſi Burgenſi Pallentina & Calagurritana de quibus Gonçalez d. gloſſ. 9. §. 1. num. 16. 19. & 49. & per totũ Æmilius Veralus Epiſcopus Caputaquen. deciſ. 289. num. 1. part. 1. Carrança de partu d. cap. 4. num. 54. & ex decreto Cõ-
5 cil. Trident. Seſsione 25. de reformatione cap. 5. confirmantur omnes qualitates & onera in quacumque erectione, fundatione, ſeu alijs conſtitutionibus ſeruari iuſſa, plures refert Barboſa in remiſsionibus ad Concil. d. cap. 5.

6 Si vero ſtatutum conſuetudo aliud vè ſpeciale fundationis inſtrumentum, ſimpliciter oriũdos, aut ciues vocauerit, omnia integre obſeruanda erunt, quæ diximus, c. præcedenti à num. 53. vbi videas, nempè admittendos eſſe oriundos, ſiue ex propia, ſiue ex parentum auorum vè natiuitate, & tàm ex linea paterna, quàm materna, quæ concluſio procedit etiam cum omnibus ampliationibus, & limitationibus ibidem per nos traditis,
7 hoc ſolo addito, quod vbicumque ibi ſcripſimus originem cõtrahi, id circo iudices eſſe non poſſe, ibidem dicemus admittendos ad collegia beneficia ſiue legata, vbi verò reſtrinximus, & limitauimus excludendi erunt.

8 Item ſecus erit in ampliationibus & limitationibus quas hic ſubijciam in quibus diuerſimode reſpondendum eſt ac in iudicum prohibitione. Ampliationem vero illam, quod ex linea materna oriundi dicantur inueni vnum comprobantem Bertrãdum lib. 3. conſil. 82. à num. 15. qui hanc ſententiam tenuit in legato relicto pro maritandis virginibus natis, aut oriundis ex certo loco.

9 Animaduertere autem oportet, quod & ſi prædicta ampliatio, & aliæ capit. præcedenti ſcriptæ pariter hic militent tamen

men longè diuersa est ratio, licet vna sit dispositio, nam in Collegijs legatis & beneficijs prædictis verisimilius est funda torem non plus paternam, quàm maternam originem dilexisse cum inter extraneos, & miserabiles disponat: imò in pijs largitionibus maternæ originis fauorabilior præsumptio consurgit vtpotè miserabilioris, & sequioris sexus. quæ ratio simul & causæ piæ fauor; tandem quia naturalis significatio verbi oriundus, hæc omnia capit, nec restrictio ciuilis quoad munera & onera hic protrahenda, vt latè supra probauimus capite præcedenti à numero 62. hæ (inquam) rationes iam pridem me coegerunt in hanc sententiam ire, quidquid in beneficijs quos vocant patrimoniales consuluerit Gutierrez consilio 7. excludens originem maternam secutus à Garcia dicta 7. parte capite 9. Gonçalez dicta regula 8. glos. 9 §. 1. quos omnes misere decepit dicta l. 3. C. de municipibus, quæ tot millia pragmaticorum præcipites egit, ad quam, d. numer. 62. respondemus cap. præcedenti.

Inferes etiam nequaquàm standum decisioni Rotæ, quam refert Gonçalez dicto §. 1. numero 98. quod scilicet patria potestas inspiciatur, vt oriundus quis dicatur, quoad prædicta beneficia, quod quàm falsum sit, constat ex proximè dictis, & in capite præcedenti à num. 55. quàmque iniquum fuit Rotæ iudicium nemo non videt, scilicet, nepotem oriundum non esse quia mortuo auo natus fuit, vel quia ex lege Regni per matrimonium in potestatem aui incidere non poterat.

Imò tantum à meo Iudicio, hæc sententia abhorret, vt existimem originem in his pijs casibus etiam vsque ad proauos paternos & maternos extendendam. Primo per textum in dicta l. filij 22. §. Senatores ad municipal. ex quo probo in fauorabilibus, prout est hæc nostra tractatio, ad proauos extẽdi origine. Sciendũ est senatoribus hoc priuilegiũ cõcessum, vt in vrbe in qua assistunt, & in sua origine, etiam si nõ assistant, domicilium habere videãtur, l. pen. de senatoribus l. 2. C. vbi senator. vel claris l. 8. C. de incol. hoc autẽ priuilegiũ sic accipitur, vt in loco originis conseruetur senatoribus domicilium quoad honores non quoad onera, l. municeps 23. ad municipal. aliàs non fauor, sed odium esset: nunc, d. l. filij, §. Senatores, hoc idẽ priuilegium extẽdit, vsquè ad pronepotes, & proneptes, quos sic: *Etiam origin licèt municipalem retineant dignitatem*, hoc est ab

oneribus eximuntur in loco originis, licèt quoad hõnores reti neant domicilium, vt rectissimè ibidem Acursius interpretatur, verbo, *origini*, [illegible] origo originis priuilegium in fauorabilibus [illegible] proximè petes extenditur.

22 Secundo moueor ex consuetudine, quæ seruatur ferè in omnibus locis in quibus prædicta beneficia filijs patrimonialibus conferuntur: nam sufficit ex proauis originem probare, cuius consuetudinis testis sum, dum enim Calagurritanam Diœcesim præterirem id accepi vidiquè, & hoc tàm ex linea paterna, quã materna, cuius consuetudinis testis est etiam Gonçalez, d. §. 1. num. 14. 19. 20. & 101.

23 Secundò animaduertendum est, quod diximus, cap. præcedenti, num. 79. expositos oriundos dici ab ea ciuitate in qua exponuntur rectè locum habere in hac quæstione quoad legata, & Collegia, vbi tantum oriundus requiritur, sufficitque quècumquè originis probatio, & in hoc assentior Alfonso de Lara de Capellan. c. 21. num. 66. & 78. Carrancę de partu, c. 4. n. 53. ad

24 finem. At in beneficijs contra erit; cum ordines requirantur, ad quas iuxta verissimam sententiam promoueri non potest expositus, de qua latè Garcia de beneficijs, 7. part. c. 2. à n. 6. Castillo, lib. 2. controuers. c. 19. n. 51. Rebellus de oblig. iust. 2. p.

25 lib. 1. q. 2. n. 15. licèt contra sentiant Gratian. 2. tom. c. 257. n. 11. & 14. Barbosa de offic. Episcop. alleg. 51. n. 149. Basilio

26 de matrim. lib. 11 c. 9. n. 4. Carrança de partu, c. 4. à num. 49. expositus enim oriundus præsumitur non legitimus: nã si nulli parentes eius præsumuntur, sed filius terræ vulgo nuncupa-

27 tur. & à seipso ortus, Palleotus de nothis, & spurijs, c. 63. n. 1. 2. & 9. legitimus nullo modo esse poterit, nec præsumi: nam vt legitimus præsumatur necessariò & matrimoniũ, & patres præsumi debent; hæc autem parentum præsumptio absurda est, ergo & legitimi præsumptio, vnde cum qualitatem legitimi probare non possit expositus, nec talis præsumatur ordinari non

28 poterit, ac per consequens, nec beneficia patrimonialia obtinere.

Inde est, quòd nec nobilitatem consequitur expositus, nec in Collegio vbi legitimi, vel puri sanguinis requirerentur admitti posset, Carrança, d. cap. 4. nu. 54. ad fin. Lara de Capell.

29 cap. 4. num. 36. Gironda de priuilegijs, num. 1443. Gratianus 2. tom. cap. 267. à num. 24 Hinc etiam fit in locis, in quibus vl-

tra originem requiritur domicilij paterni probatio ad obtinenda beneficia, aut quid simile, expositum non admitti non ex defectu originis, sed alterius qualitatis.

Hæc omnia dupliciter limita. Primò, si expositus probare 30
possit parentes suos legitimos omnia enim quæ de exposito scripsimus hic & alibi, de eo accipienda sunt cuius parẽtes omnino ignorantur, quod si de ijs constiterit, tunc expositus desinit esse, nisi quoad pœnas tantum patri exponenti impositas, id circo, & iura successionis, & cętera omnia habebit, quæ haberet si expositus non fuisset, textus est elegans in l. vxorem 29. de manum. testam. facit l. Imperatores 29. §. 1. de probat. la te Barbosa, rubr. 1. part. à num. 13. solut. matrim.

Secundo limitatur, nisi puritas sanguinis legitimitas aliave 31
qualitas non affirmatiuè, sed negatiuè requiratur, verbi gratia, *Non sit ex Iudæis, vel Mauris, vel illegitimis*, nam eo casu non tenetur expositus, nisi ad negatiuam probationem, quam ipsam implet eo ipso, quòd expositum se probet patresque omnino ignorentur, cum verissimum sit eum qui nullos parentes nullamque originem habet, qualis est expositus; nec infectam originem, nec infectos parentes habere, nec illegitimum esse, etsi legitimus quoque non sit, sed à se ipso ortus, Lara, d. c. 4. Grasiano, & Gironda supra. 32

Ex dictis infertur lapsum Carrançam de partu, d. cap. 4. nu 33
mer. 50. 52. & 53. vbi scripsit expositum dici posse naturalem, iuxta legem 19. tit. 3. lib. 1. Recopilat. quia origo paterna præsumitur ex quo contrarium non apparet, idem etiam scripserat prius auctor Syluæ responsorum, d. respons. 7. 4. part, num. 25. quo nihil absurdius dici potest ex principio supra tradito, quod expositus nullam aliam originem habet, nec veram, nec 34
præsumptam, nec parentes præsumptos præter locum in quo exponitur.

Sed quod valde mirandum est ipse Alfonsus à Carrança 35
cum eodem auctore Syluæ eisdem locis, nimis inconsequenter dixit, expositum, præsumi naturalem Regni adhoc, vt in eo ordinari, & beneficia obtinere possit non autem præsumi legitimum, aut oriundum, quoad beneficia patrimonialia nobilitatem, aut domicilij paterni probationem exigentia, prout in Burgens. Diœcesi, aut puritatem sanguinis, quæ nisi fallor inter se pugnant: nam ex d. l. 19. apertè requiritur positi-

ua, & vera parentum probatio, cum natiuitate, aut domicilio patris, non minus quam in statuto puritatis, & cæteris: imo in beneficijs nil mouit hunc auctorem, nisi illa domicilij paterni probandi necessitas, quæ eadem imò exactior requiritur, d.l. Regni, ergo vel in omnibus his speciebus excludendus, vel admittendus est expositus, cum omnium vna & par sit ratio, & in omnibus præsumptio, aut sufficiens, aut inanis esse debet.

36 Secundo labitur idem Alfonsus à Carranza, dum d. cap. 4. numer. 51. cum Ceuallos, quæstion. 900. à numer. 135. impugnat distinctionem traditam à Lara supra inter statutum negatiuum, & affirmatiuum, nec video quibus moueatur cum vix sub dubio cadat, aliud esse, aliquem non esse infectum, aliud, esse puri sanguinis; vniuersa eorum fundamenta eo tendunt, vt probent qualitatem quantumuis negatiuam probari debere, quod ego facilè profitear dummodo 37 probatio non plusquam negatiua exigatur, quæ suam formam habet, vt dixi numer. 32.

38 Multò minus obstat, l. 4. C. de Fabricensibus, in cuius specie credo expositum ad Fabricensium Collegium admittendum si solum probasset se expositum & parentes nesciri, quod facilè cuiq; ipsa legis verba suadebũt, aut saltim nõ negabũt, nec ipsi Alfonso à Carranza; in quem hæc scripsi censuique ex animi sententia, non notæ causa, absit multæ lectionis & diligentiæ virum per inuidiam notare, aut substomachari, quod aliquando Salmanticenses professores ad nænias auditoribus suadendas dimiserit, Salmanticę sapitur, & (si dijs placet) non in causidicina solùm consenescere licet.

39 Tertio aduertendum est ad fidem conuersum, in ea ciuitate in qua baptismatis lauacro intinctus fuerit oriundi appellatione comprehendi, id circo si alia qualitas non impediat, vt oriundus ad, supra dicta legata, & Collegia admitti poterit ex dictis supra cap. præcedenti, num. 79. nec obstat non posse dici naturalem Regni, siquidem probare non potest qualitatem 40 originis, aut domicilij in parentibus, prout rectè contra Rebuffum respondit Azeuedus, d l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopilat. n. 11. id circo cum naturalis, siue oriundus ex Regno non dicatur, multo minus dici poterit ex certo loco Regni: nam respon-
41 deo hanc sententiam Azeuedi, veram esse quoad casus, d. l. 19. com-

comprehensos non in alijs priuatis dispositionibus, in quibus
suffic.t oriundum esse iure communi, & tunc rectè admitti po-
terit, & Regni naturalis censebitur, etiam ad beneficia, d.l. 19.
non comprehensa, vt sunt Capellaniæ collatiuæ quæ à priua-
tis fundantur.

Quartò aduertò in illegitimis procedere, etiam in præsenti 42
quæstione omnia quæ scripsimus, cap. præcedenti, num. 79. &
99. & 100. præter quàm in beneficijs patrimonialibus, in qui-
bus defectus natalium non defectus originis impedimento erit,
vt in exposito proximè diximus.

Vnde infero, quod si illegitimus specialem dispẽsationem ille 43
gitimitatis obtineat, rectè admitti poterit ad beneficia patrimo
nialia, dummodo non sit ius quæsitum alteri in beneficio, neq; 46
etiam cęteris paribus præferri debebit ei qui verè legitimus fue 47
rit, sed tunc cũ scientia moribus, aut alijs similibus legitimũ ex
cellit, hæc latiùs percipere & comprobare poteris ex fusissimè
congestis à Molina de primog. lib. 3. cap. 2. & 3. & Garcia, d.
7. p. c. 2. à num. 45 de benefic.

Illud quęri potest si ad beneficiũ legatũ pium Collegiũve, 48
alij à patre, alij à matre originẽ ducẽtes cõcurrãt, aut deniq; om
nes ij quos suprascripsimus oriũdi appellatione comprehẽdi,
quis præferri debeat? Et obscura quidem quæstio est, & quam
ad vtramque partem posse defendi fateor.

Nam primò, quod paternum genus præferri debeat etiã prõ 49
pię origini, est l. 3. C. de municip. ibi: *& si ibi nati sint*, patria enim 50
patris præfertur; ideò à patre dicitur l. 1. C. vbi petantur tutor.
Sydonius epist. 21. lib. 4. ibi: *Heduus pater tibi, mater Arberna; pri
mus Heduis deberis*, eleganter Cuiac. lib. 1. respõs. Papin. l. liber-
tos 17. § postliminio, & §. patris ad municip. Barbosa d. art. de
foro originis num. 36. post paternã vero originem propia vide
tur præferenda. Tertio loco materna; postremò cæteræ origi- 51
nes suprà explicitæ.

Secundo inter ciues ex domicilio siue adoptione, siue adsc- 52
riptione tantum & originarios, constat originem præferri, vt
naturalem, d. l. libertos 17. §. sed eodẽ, ad municipal. vbi Acur-
sius l. ciues (si scripturæ ordinem expendas) C. de incolis, vbi
etiam Acursius, latè Sylua dicto responso 7. parte 4. per totam
maximè n. 20. vers. *ampliã* & num. 29. & 30. iuncto num. 40.

Pro contraria autem sententia vrget quod alternatiuę voca 53

cis ciuibus aut oriundis poterunt electores patroni vē, aūt iū-
dex, quem voluerint eligere, cæteris paribus l.4.C.de verborū
significatione, l.si Titio 16.de legat.2. iūcta doctrina Pauli Ca
stren.in l.cum pater 77 §.penult.de legat.2. Cuiac.d.l.4. C.de
verborum significatione.

54 Secundo sicut inter consanguineos qui in eodem gradu sunt
nulla prælatio datur in successione abintestato, sed omnes si-
mul admittuntur, sublata antiqua agnatorum & cognatorum
differentia nouel.118.§.nos vero Instit.de legitima agnatorū
successione: sic similiter oriundis simul vocatis, aut ciuibus
omnes qui oriundi sunt aut ciues admitti debent æqualiter, ac
proinde gratificationi locus erit. Non obstat quorundam vete
55 rum sententia secuta à Gutierr.d.consil. 7. num. 2. quæ habet
appellatione ciuis in materia statuti, vel consuetudinis non cō-
prehendi nisi ciuem originarium: nam & falsa est contra ver-
bad.l.ciues, C.de incolis, & licet vera esset nō procederet quo
ties alternatim oriundi, aut ciues vocantur, & ita vtriusque fit
56 mentio vt scripsimus c.1.n.7. Tertio facit textus in l.cum ita, §.
57 in fideicommisso de legat. 2. ibi: *Qui de nomine testatoris fue-
rint.*

Vides quā difficile sit in hac quæstione iudicium exprime-
re: ego tamē nisi expresse in fundatione statuto vè ex æquen-
tur prædictæ omnes ciuium, & oriūdorum species, credo pro-
babilius dici, priorem sententiam obseruandam.

58 Planè si in vno plures causæ concurrant simul, veluti origo
paterna & materna, aut origo cum domicilio, & sic in cæteris
proculdubio is præferēdus erit cæteris argum. l. quingenta de
probationibus c.1. de tregua & pace, & in simili notat Sylua
dresponsa.7.4.parte n.29.

59 Pro colophone addimus in libertis sa t explicasse capite præ
cedenti à num.73. quibus casibus, & locis originem habeant,
nunc dicimus eisdem casibus & locis admitti posse ad legata cę
teraque pia imò ad beneficia patrimonialia, non secus ac do-
minus admittendus foret cuius originem libertus refert, quod li-
mita vbi domicilium paternum probari oporteret præter ori-
ginem: nam cum liberti patres nullos ius agnoscat quos in ser-
uitute habuit quomodo poterit eorum domicilium probare, qui
nec sunt, nec domicilium potuerunt habere, coniunge hic, scrip
ta, d.n.73.

Regni

Regnigenam eligendum Rectorem Academicum iux: tal.19.titul.3.lib.1.recopil.

Caput tertium.

PRÆDICTA cõstitutione prima sanxit Martinus Pontifex, vt Regnigena esse deberet eligendus in Rectorem, quod expressius decreuit Philippus II. anno 1594. in statutis conditis à Don Ioanne de Zuñiga, qui Principali authoritate tunc Academiã visitauit; eius verba extant titul. 1. §. 5. ibi: *ordenamos y mandamos, que el Rector sea de estos Reynos de Castilla y Leon; y no pueda ser eligido de otros Reynos, y acerca desto se guarde la constitucion, que en esto habla, y lo proueydo por los del nuestro Consejo.* 1 2

Hucusque egimus de origine & domicilio certi loci, nunc de alia origine tractatur, nõ ex certo loco, sed à Regnis Castellæ & Legionis, in qua certam habemus probationis formam vt quis Regnigena dicatur, expressã in l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopillation. quæ seruanda tantum erit in suo casu, nec extendenda ad tractatũ Originis, & domicilij certi loci; quod & innuit, d. l. 19. in princip. ibi: *Porque se ha dudado y duda quales se digan naturales de estos Reynos para poder tener Prelacias, Dignidades, y otros beneficios*, & sic nullo modo obstabit aduersus ea quę scripsimus, cap. præcedenti. 3 4

Dic ergo, quod si de origine, vel domicilio Rectoris agatur seruanda erunt scripta supra cap. 1. & 2. si verò quæratur an Regnigena sit, omnino seruanda erit forma dictæ legis 19. quod si aduersus eam electus fuerit Rector, nulla erit electio, & hanc differentiam, & restrictionem ad dictam legem 19. rectè præsenserat Carrança de partu, d. cap. 4 num. 52. ad finem, versic. *elicimus*, nisi statim corruisset. 5

Plura in hoc capite discuti poterant quæ consulto omittimus, quia ab alijs scripta sunt, etsi non in Rectore, idem tamen in eo respondendum est, id circo videri poterunt Bald. in authentic. sed omnino num. 35. C. ne vxor pro marito, Rebuffo ad constitutiones Gallicas tract. de litteris naturalitatis, Barbo- 6

bosa d.l.hæres §.proinde art.de foro originis num.6. & 34. & 72.cum sequentibus, & 101. 104. & 116. Azeuedus d.n. 19. Syluad. respons.74 part.num.33.& per tot.Carr.152 d.12. 4.num.52.

b Illud dissimulare non potui, quod scripsit author Syluæ d. respons.7.4.part.num.26 scilicet verba illa dictæ legis 19. *Pero en los espurios, disponemos y mandamos que las calidades que conforme a lo de suso dispuesto se requieren en los padres, ayan de concurrir y concurran en las madres*: ita accipienda, vt spurij requisita dictæ legis probare teneantur in vtroque parente, in patre scilicet, & in matre, quæ res profecto indigna est, vt à iuris professore scriberetur, quomodo enim lex voluisset spurium de patris origine, aut domicilio probare cum ipsa lex nullum patrē ipsius spurij agnoscat? ob id enim vocantur sine patre filij, ergo quod voluerunt prædictæ legis verba iam liquebit ex traditis supra capite 1.num.59.& 70.& 99.nempè quod cũ in spurijs nequeat patris origo attendi, transtulit lex solemnitates in patre legitimorum requisitas, ad spurij matrem, ita vt quę legitimus in patre, illa ipsa spurius in matre probare debeat, vt Regnigena dici possit, quia mater semper certa est: qui sensus cõfirmatur ex eo quod si nõ spurius, sed naturalis tantum sit filius, qui iure noviori in pluribus patris conditionem sequitur, legeque illi patrem agnoscunt, hic inquam filius naturalis de patre tantũ probare tenetur, sicut legitimus ita d.l.19. expresse disponitur, & nos diximus c.1.num.100.

o Secundo ex supradictis infero, eos qui vel patris, vel matris originem, aut domicilium probare non possunt iuxta d.l.regiã, vt sunt liberti expositique, cuius parentes ignorantur, aut in
r seruitute fuerunt, nequaquam in Rectores eligi posse cum Regnigenæ non sint, iuxta d.l.19. Vnde est vt expositi liberti vè, qui originem propiam Salmanticæ habent iuxta scripta supra, duplici ex capite Rectores esse prohibeantur, primum quia oriundi censentur, secundum quia se Regnigenas probare non
z possunt, ne credas ista pugnare, quia vna eadẽque persona non potest præsumi oriundus Salmanticæ, quin consequenter Regnigena præsumatur; nam hæc rectissimè procedunt diuersis respectibus, respectuque diuersarum constitutionum; & verò diuersa est constitutio de oriundis non eligendis, à constitutione de eligendis Regnigenis; vnaquæque ex eis, diuersis iuris prin-

ci-

ex his pōcedit, vndè nihil impedit respectu vnius oriundum 13
esse, respectu verò alterius Regnigenam non esse, iunge hic
scripta supra cap. 2. num. 40. & 41. Habes etiam ex dictis expo 14
sitos libertosque non solum si Salmanticæ originem habeant,
sed generaliter omnes, prohibitos censeri; scilicet, Salmanticen
ses, duplici prohibitione, cæteros, vnica.

Infertur etiam, quid dicendum in studio generali vbi specia- 15
liter non sit prohibitum vt Rector exterà Regno nō eligatur:
in qua quæstione, dico exterum eligi posse dum sit ex gremio
studentium, nec obstabit d. l. 19. aut alia in alio Regno simili-
nam preterquàm quòd restringenda est ad casus in quibus lo-
quitur, etiam alia ratione cessat in Rectore, quia scilicet eo ip-
so quod Rector de gremio studentium eligi debet, quicunque
ex illo gremio fuerit, habilis erit vt eligatur nisi ipsius vniuersi
tatis statuto prohibeatur, argumēto l. final. C. de iurisdictione
omnium iudicum, vbi notatur, diximus c. 1. n. 104.

Quis hāc prohibitionē possit infringere & à Regnis extero 16
indulgere vt Rector esse possit vtilis est etiā & opportuna que
stio; dic brebiter, Principem solum, ex ijs quæ diximus supra
cap. 1, n. 110. & sequenti.

Nota postremo differentiam inter Rectorem & Scholarum 17
Magistrum, quod Rector, cessante statuto eligi poterit etiam
extraneus à Regno vt nuper dixi, sed Scholarū magister iure
ipso Regnigena debet esse, cum dignitatē & præbendam Eccle
siasticam habeat, sitque ex casibus expressis in d. l. 19. imò & iu
re communi idem erit quo beneficia Regnigenis sunt conferen
da, late Gometius regula de idiomate quæstione 1. Lara cú plu
ribus lib. 2. de Capell. c. 3. à num. 19.

De ætate & clericatu Rectoris, & Annali residentia ante electionem.

Caput quartum.

EXTANT in dicta constitutione 1. Martin. 5. hæc 1
verba: *Ita tamen quod sint Clerici non coniugati, & ætatem vi-*
ginti quinque annorum attingant; quæstionis est? an hæ-
duæ qualitates, ætatis, & clericatus, in Rectore concurrere

2 debeant; mouet dubitationem, quod etsi initio constitutionis de Rectore, & Consiliarijs simul actum sit, tamen in verticulo, *Consiliarij vero*, qui immediatè præcedit, de solis Consiliarijs tractatur; vnde inferri videtur has qualitates ad proximè præcedentes Consiliarios, non ad Rectorem referendas; & hunc sensum innuit marginalis adnotatio; quæ sententia difficilis redditur ex sequentibus.

Primò, quod in proœmio constitutionis habeatur hæc ver
3 ba: *Vnus sit Rector, & Consiliarij octo quolibet anno*, ad quæ refertur debet, verticulus, *tamen quod sint Clerici, &c.* Nec obstat, d. vers. *Consiliarij vero*, nam respondetur Pontificem post dictum proœmium separatim locutum de Rectore, & Consiliarijs, solum vt explicaret origines Prouinciasve ex quibus eligendi erant, quod insimul facere non potuit; cæteras tamen qualitates personales, genericè & communiter ad Rectorem & Consiliarios referendas, prout comprobatur ex vers. *insuper*, quem etiã pro prima sententia ponderari posse profitetur.

4 Secundò, & fortiùs vrget, quod hæc interpretatio constitutionis iuri communi conformis est proinde sequenda, l. si extraneus vbi not. de condict. caus. dat. iure enim communi certum est Rectorem clericum esse debere, alias nullam nisi in laicos studiosos iurisdictionem exercere posset, Baldus, d. authentic. hibita, num. 46. Salycetus, num. 38. docte videndus Marian. Socin. cap. 1. num. 17. de for. compet. latè Petrus Lenauderius de priuileg. doct. quæstione 82. per tot. 4. part. tom. 18. tractat. Abbas d. quæst. 6. Marta cum pluribus de iurisdict. 4. part. centur. 1. casu 39. num. 6. & 7. & per tot. Ossualdus d. lib. 17 com. cap. 20. lit. K. versic. *illud pluribus*, videndus Rebuff. d. authent. verb. *peregrinantur*, versiculo, *quod si Clerici*, vbi de cõsuetudine Frãciæ, & vide etiam quæ nos alibi dicemus a-
5 pud quos authores illud sine dubio est, in studiosos clericos, nullam iurisdictionem exercere posse Rectorem laicum, esto
6 quòd electio valeret, nec ei iurare obedientiam posse; Marta cum pluribus, d. casu 39. num. 11. imò & ex aliquorum sententia electio laici non tenet, quod falsum puto, nisi vniuersitas sit
7 Ecclesiastica veluti si maior pars sit clericorum: nam tunc electio laici nulla erit vt in specie Abbas, d. quæst. 6.

8 Quoàd ætatem vero, licèt communior opinio sit viginti annos expletos sufficere, vt quis iudex esse possit; cap. cum vigessi-

gesimum 41. de offic. delegat. l. cum lege 41. de recept. arbitr. l. 5. tit. 4. part. 3. l. 3. tit. 9. lib. 3. Recopilat. & in Rectore in specie resoluunt Bald. d. authentic. num. 45. ad fin. Salycet. l. fin. in fin. C. de iurisd. omn. iud.

Tamen vigintiquinque annos requiri iure communi senten- 9
tia fuit non minus quam Azonis & Rofredi, quam refert Gregor. Lop. d. l. 5. verbo, *maior*, tit. 4. part. 3. & eam sequitur Petr. Greg. lib. 47. syntagmat. cap. 9. num. 16. 3. part. pro qua est expressa, l. ad rempublicam 8. de muneribus, & honor. vbi etiam sufficit si vigesimus quintus annus attingatur, prout in nostra 10
constitutione, quas authoritates respexisse Pontificem Mar- 11
tinum (aut quisquis constitutionem ordinauit) nec sub dubio cadit. Facit quod apud nos iure Regio ętatem viginti, & sex 12
annorum in iudicibus requiri, ex l. 2. tit. 9. lib. 3. Recopilation. defendit Bobadill. lib. 1. Polit. cap. 7. num. 19. & 20. cum Auiles, Segura, Azeuedo, & Paz quos refert litter. I. qui omnes probant d. l. 2. abrogare cęteras iuris communis, & regij leges supra adductas, absquè vlla distinctione inter illiteratos, & iuris professores: denique parum deficit, ne imprudentiæ argui possit Pontifex, si in Consiliarijs, & clericatum & ætatem re- 13
quiriret, vtpotè honestatis & iudicij indicia; in Rectore verò, qui ipsis præsidet, ea non desideraret; contra textum in cap. cum in cunctis 7. de election. Ex quibus in Rectore, & clerica- 14
tum, & ætatem viginti quinquè annorum cæptorum requiri certum iudico, ex d. constitutione, etsi non semel hæc requisita spernantur in electionibus nescio quo iure.

De ætate requisita in iudicibus, vltra supradicta & ordina- 15
rios in allegatis iuribus, & in l. quidam consulebant 57. de re iudicata, videndus Cuiac. lib. 17. obs. cap. 34. pragmatici in dictis legibus regijs, Bobadill. & quos refert d. lib. 1. c. 7. per tot. Sylua lib. 1. resp. 15. quęst. 3. à num. 10.

Vnum etiam notabis; verba illa *non coniugati*, etiam iuri com- 16
muni respondere, vt in specie, Bald. d. authentic. habita, num. 17
45. vbi addit habitum & tonsuram requiri; non tamen cætera opus erunt, quæ Tridentina Synodo & regijs legibus requi- 18
runtur, vt foro Ecclesiastico gaudeant; sunt enim ea iura in suo 19
tantum casu obseruanda, vt correctoria, & noua.

Subsequitur d. statuto 1. tit. 1. *Matriculado antes, ò al tiempo de* 20
la eleccion, y que aya residido antes de la eleccion, por lo menos vn año en

la Vniuersidad, hic quæritur? an coniungi possint interualla mensium, vel dierum, vt hic annus expleatur; & coniungi posse ele-
21 gãter probatur, ex l. seruus 14. §. 1. l. stichũ 39. §. Dama de statu liberis, iuncto Cuiac. lib. 15. resp. Pauli ad l. Paulus 38. §. final de liberal. cauſ. D. D. Frãciſcus de Amaya in ſupremo Pinciano Prætorio Senator, & boni & æqui Senatoris viuidum exemplar, iam olim Salmanticæ anteceſſor, & noſtri Chonqués ſis Collegij clariſsimus alumnus, lib. 1. cap. 10. ſuarum obſeruationum quas, raras Iurisprudentiæ gemmas, imò faces lucidas nulli iam orbi latentes, eruditionis Hiſpanicæ vindices ac-
22 clamare, exigua laus eſt. Cõfirmari poteſt hęc ſentẽtia, ex alia quæ habet, ad annum probationis requiſitum, vt profeſsio in Religione fiat tempora cõiungi; Speculator de ſtatu Monach. quæſtion. 37. lib. 4. part. 3. & plures relati ab Oroſcio, l. ſi idem 11. à num. 9. de iuriſdictione, Manuel Rodrig. 3. tom. regular. quæſt. 15. art. 8. idem in Monacho cui Pontifex indulſerat, vt
23 triennio ſtuderet, quod poſsit diuidere tempora, Baldus, l. non ſolum in princip. de excuſat. tutor. Item in temporibus, vt titu-
24 lo bachalauri Doctoris ve quis decoretur Oroſcius vbi proxi-
25 mè, in quibus & ſimilibus caſibus, quibus materia fauorabilis
26 ſit, probabiliùs credo, coniunctionem temporum concedendam; ſecus ſi materia odioſa, vt docte diſtinguit Oroſcius, d. l. ſi idem à numer. 5. de iuriſdictione, Decius latè à numer. 5. & probant d. l. ſeruus, & d. l. ſtichum. Quòd limita niſi apertè diſponatur de continuo tempore, nam tunc indiſtinctè, ſiue fauo-
27 rabilis, ſiue odioſa cauſa ſit, nulla temporum coacerbatio dabitur, l. fin. §. quotiens vbi Bartol. num. 2. de publican. & vectigal. l. Paulus 38. §. fin. ibi: *Si continuo triennio ſeruiſſet*, iuncto ibi: *Poſt aliquantulum temporis*; credo enim, ſi non ita modicum fuiſſet fugæ tempus, Paulum reſponſurum fuiſſe libertatem in ea ſpecie non competituram, quia continuum triennium eſſe deſierat, modico autem interuallo facto continuum durat, l. ſi quis ita 8. de condition. & demonſtration. l. 3. in fin. de diuort. Nec
28 obſtant dictæ leges 14. & 39. de ſtatu liber. quia vt diximus ibi nihil fuerat expreſſum de continuo tempore, & ideò longa etiam interualla iungũtur. Quod ſi dicas, cur Paulus, de emp-
29 tore prædefuncto dubitationem facit in d. §. final, Reſpondeò ideò, quia ſi emptor viueret neceſſe haberet reſiduũ ad triennĩ ſeruire (non dico totidem dies quot abfuiſſet, ſed reſiduum tan-

tum

tum ad triennium continuum; quia qui parum abfuit nihil
abfuiſſe videtur) emptore verò mortuo nihil temporis ne-
ceſſe habet ſeruire, quia ea obligatio ad hæredem non tranſit
vt poſſit reſtitui, l. cum ſeruus 39. §. ſi quis alicui de legat. 1. l. 30
cum quis 55. de verbor. obliga.. dies tamē triennij expleti ex-
pectari debet, vt liber ſit, ex l. 8. de verbor. obligation. l. cum 31
tale, §. neuiæ de conditionib. & demonſtrationib. & iuxta
hæc accipio, quæ ad d. §. final ſcripſit Caldas, lib. 1. recept.
ſent. quæſtione 3. à numer. 19. Amaya noſter d. lib. 1. cap. 10. à
num. 2.

Sic intellecta, d. l. Paulus eleganter facit pro ea quæſtio- 32
ne de qua Sanchez 2. tom. in ſumm. lib. 3 capit. 4. numer. 11.
nempè ſtudioſos iurantes, conmilitonem curſum in Scho-
lis ex pleuiſſe ſex menſibus & vna die, rectè iurare, ſi to-
to eo tempore, viderint eum, Scholas communiter adeun-
tem, & rationabiliter id credant, quia non de mathematica,
ſed de morali certitudine accipiendum eſt iuramentum: hæc
Sanchez; qui nullo iure aut auctore ſententiam comprobat;
ego addo ex d. l. Paulus modici temporis ignorantiam non 33
officere veritati iuris iurandi, cum continuum nihilomi-
nus præſumatur; latiſsimè Rebuf. priuileg. 23. per totum,
vbi quantum dicatur modicum tempus, & de duobus menſi- 34
bus, & verſicul. *Item computari*, ex Baldo, quod probata maio-
ri parte temporis, & probatis extremitatibus, præſumitur
tempus continuum; ſecundùm quam doctrinam, tempus
quod ſufficeret ad probationem curſus, ſufficiet vt iurare poſ-
ſint ſtudioſi licitè; quæ omnia procedunt quantumuis expreſ-
ſe interrogentur de viſu, quia aliàs eſſet probatio moraliter 35
impoſsibilis, vt Sanchez vbi ſupra ſcribit; his iunge dicta ſu-
pra à numero 20. vide etiam Narbonam, l. 10. gloſſ. 2. à num.
3. vbi diffuſè nimis quando modicum tempus dicatur, ſexcen-
tis exornat exemplis.

Denique illud Sanchez prætermiſsit, quid dicemus ſi is qui
iuraturus eſt certo ſciat, dies aliquot defuiſſe eum pro quo iu-
rare intendit, nec eos alijs diebus ſupleuiſſe; & ex mente ipſius
Sanchez & ſupradictis reſpondeò, periurium co mmitere ſi iu-
rauerit, etiam ſi vnius tātùm diei certā ſcientiā habeat, nā ſupra
dicta procedunt, data bona fide, & ignorātia probabili, hæc au
tem concurrere non poteſt cum ſcientia contraria.

36 Ex dicta limitatione, quod scilicet si exprimatur de continuo tempore non sit locus cumulationi, infero vicennium professoribus statutum, vt habeant commitiuam, de qua l. vn. C. de professor. qui in vrb. Constantinopol. lib. 12. l. 8. titul. 31. part. 2. vtque possint per substitutum seruire, de quo in Eugeniana constit. pag. 73. ad fin. posse coacerbari, & ex varijs in-
37 teruallis confici, maximè in eadem vniuersitate, ratio est, quia nihil de cõtinuitate temporis in prædictis iuribus cauetur, imò expressum est d. constitutione *continuo vel interpolatim*, nisi
38 velis ea verba referre ad octo menses, quos vnoquoque anno legere debent, quod etiam si facias adhuc, idẽ iuris erit in vicennio, cum sufficiat non exprimi quod sit continuũ. Errauunt ergo longè Platea in d. l. vnic. ad fin. & Ant. Gom. l. final. Taur. ad finem, qui contrarium dixerunt moti authoritate Bartol. in d. l. fin. §. quoties, vbi expresse loquitur quando dispositio continuum tempus specialiter requirit, tandem in hanc rem profusus est Decij locus in l. si idem 11. à nu. 5. de iurisdictione, vbi
39 docte aduertit num. 8. in fin. quoties diuersa omnimò ratio ad-
40 sit non coniungi temporum interualla, addo exemplum suprà scriptum de nouitio religionem ingresso, qui nouem mensibus in vna domo transactis eam dereliquit, postea reddit, quo tempore vel religio, vel conditio Monasterij mutata est, aut alia subest causa quæ efficiat, vt si temporum coniunctione vti velimus, non idem finis consequatur, ac in anno aprobationis continuo, hoc inquam casu & similibus, temporum interualla non coniungemus, quæ sententia fuit de mente Specnlatoris. d. quæstione 37.

Addo etiam in nostra specie si Rector in alia vniuersitate
41 quacumque, etiam Pintiana, aut Complutensi, semestre vixerit, nõ cõiũgi, vt semestre aliud in hac vixisse sufficiat, nec temporum coniunctioni locus erit, ex Decio d. num. 8. in fin. quia ratio statuti non æquè militat, quæ fuit, vt experientiam pecu-
42 liarem & notitiam haberet eligendus, credo etiam, Detij doctrina semota, idem respondendum, cum ex-
43 presse residentia ab statuto petatur in hac vniuersitate,

De

De probatione & præscriptione qualitatum, quæ in Rectore requiruntur.

Caput quintum.

OMNES qualitates superioribus capitibus discussas; probare debere eligendum, qui se habilem dicit, absque dubio est; & in qualitate clericatus, latè Mascard. concl. 1145. nisi forte electione facta & possidente in electo, controuersia ei moueatur, tunc enim vulgari possessionis 2
priuilegio potietur, & is qui nullam electionem contendit, probationis onere erit adstrictus.

Ante possessionem verò etiam facta electione quid iuris sit, Innocent. c. super his ad fin. de accusat. Federicus de Senis cõsil. 103. & quos refert Socinus cap. significasti n. 42. col. 2. de for. compet. Abbas c. si diligenti, n. 28. eod. 3

Parimodo si electus excipiat, qualitates siue constitutiones esse præscriptione abrogatas, eum probare oportet præscriptionem, aut quisquis eam alleget, quomodo autem probabitur, facilè percipies si scias duas esse in hac vniuersitate constitutionum species, quasdam Ecclesiasticas & ab Ecclesiæ potestate pendentes, quasdam verò sæculares à Principe, vel etiam à Pontifice ex Regis approbatione prolatas, vel ad Regis instantiam; primæ speciei constitutiones eadem requirunt ad sui præscriptionem, quæ ius canonicũ requirit, inter quæ quadraginta annorum spatium, sæcularia verò statuta eotẽpore præscribentur, quo lex quælibet præscribitur; de vtroque latissimè legiste in l. de quibus de legibus & canonist. in cap. fin. de consuetudine vbi gloss. l. 5. tit. 2. p. 1. vbi Greg. Menoc. lib. 2. de arbit. casu 83. gloss. & Abbas in c. 1. de treg. & pac. vbi latissimè Felin. col. 3. Iaff. l. rem non nouam. C. de iudic. Balbo de præscription. 5. p. 5 part. princ. quæst. 10. & quod non præscribũtur per non vsum, sed per contrarium vsum, Alex. consil. 112. num. 4. lib 1. Bart. d. l. de quibus versic. item quæro col. 6. latè Tusch. lit. C. con. l. 1105. à num. 19. & cæteri supra relati. Denique quæ leges Ecclesiasticæ, quæ sæculares habendę sint, ex cap. 21. intra dignosces. 4 5 6 7

Recta-

Rectoris Iurisdictio, dignitas, eius officij origo apud Salmanticenses.

Caput sextum.

1 ABSQVE dubio est iure communi inspecto, vniuersitatum Rectores (si aprobatæ sint vniuersitates) iudices ordinarios esse, Syluest. in sum. verb. iurisdict. verſic. 4. & quamuis idem Syluester verb. iudex 1. in princ. requirat confirmationem Canonicã, hoc est falsum, Nicol. Lossæus
2 de iur. vniuers. 1. par. ca. 2. à num. 71. & procedit vt possit excommunicare, non vt ordinariam iurisdictionem in cæteris habeat, vt docte distinguit Innocent. cap. 4. nu. 3. de offic. ordin. Abbas quæst. 6. num. 9. versic. restat, Marian. Socin. cap. 1. de foro compet. num. 17. sufficit enim, quòd præcesserit aprobatio vniuersitatis à Principe, siue ab alio qui ius eam aprobandi habuit, vel ab ipsa lege, nam ex eo quod à iure, vel à superiore
4 aprobatur, videntur ei concessa omnia iura vniuersitatis, inter quæ illud potissimum, vt ex gremio siue corpore suo, possit ipsa vniuersitas sibi iudicem eligere, is que sit ordinarius, l. final.
5 C. de iurisdict. omn. iudic. l. 1. & 2. tit. 4. par. 3. Greg. Lop. d. l. 2. gloss. *los menestrales*. Socin. d. cap. 1. num. 17. de foro competent. Innoc. d. cap. 4. de offic. ordin. Doct. in c. cum ab Ecclesiarum eod. tit. & in l. more vbi Oroscius num. 4. de iurisd. Detius
3 in rubr. de offic. delegat. Azeued. l. 1. tit. 13. lib. 3. num. 8. Bouad. lib 3. cap. 8. num. 237. Stracha tit. quomodo in causis mercatorum partic. de iudicibus seu consulibus num. 5. De vniuersitatibus loquimur, quorum Rectores iurisdictionem habent, prout Academiæ studiosorum, & apud nos. *Prior y consules de Burgos, Capitanes y maestros de naos de Bilbao*, aliæ sunt vniuersitates, quorum Rectores nullam habent iurisdictionem, sed quam
7 dam præeminentiam fraternalem (sic eam vocat, magnus Bartolus l. final. num. 13. versic. *debitis* de collegijs) & friuolã Abb. quæst. 6. num. 9. versic. & *attende*. Vterque doctissimè rem explicans.

8 Diximus etiam necessariam esse vniuersitatis aprobationẽ,

vt

vt iudex ab ea electus ordinarius dicatur; aliàs nec Vniuersitas, nec Collegium licitum dici posset, nec erigitur iuste, præ-
dicta aprobatione, aut licentia deficiente, l. Collegia, §. in sum-
ma de Collegijs: Innocent. docte in cap. dilecta, num. 2. & 3.
de excessib. prælat. Nicol. Losæus de iur. Vniuers. 1. part. ca.
2. à num. 72. Gregor. Lop. d. l. 1. gloss. *menestreres*, tit. 4. part. 3.
vbi aduertit, iure nostro Regio expressionem requiri licentiam
& approbationem, quam iure communi ex l. 17. tit. 19. lib. 2.
ordinam. adde l. 3. tit. 14. lib. 8. Recopilationis vbi latè Azeuedas pluraidem Azeued. l. 1. tit. 13. lib. 3. à n. 1. vsquè ad 6.

Cum ergo tot pontificalibus & principalibus priuilegijs 9
Salmanticense studium sit aprobatum, vt inter alia ex præ-
mio constitutionem apparet, infertur Rectorem iudicem ordi-
narium esse; defendit in specie Patius in authent. habita, cap. 9.
num. 13. cum alijs relatis ab Ossuald. 17. com. cap. 20. lit. M.
quod in Complutensi Academia, & similibus clarius erit, vbi
Rector (vt diximus in prologo) omnimodam habet iurisdictio
nem; in nostra verò Salmantica illud dubium mouet, quod fe-
rè omnia, quæ ad ordinariam iurisdictionem expectant, non
Rector, sed Magister Scholarum habet, vt apparet ex consti-
tutione 22. & nos infra dicemus; Rector verò ea tantùm quæ 10
ad Vniuersitatis ipsius regimen expectant, exercere potest,
vt constat ex eadem constitutione 22. versic. *Prater quam*; & in 11
Iumma congregatio Conciliorũ, quę vulgo, *claustros* vocan- 12
tur, prouisio lecturarum, & Cathredarum, cursuum probatio, 13
& alia non multo plura, relata constitutione 11. & 12. in qua
est clausula, vt *decidat sumariè, & de plano, &c.* & constitutione 14
13. vsquè ad 16. electio successoris in officio Rectoris, & Con 15
siliariorum, & de idoneitate, & inhabilitatibus eligendorũ cog 16
noscere; const. 1. vers. *super quo*, & tit. 1. statut. 7. tandem vt stu-
diosis arma auferre possit, in quo, Caroli Imp. concordia cau- 17
sum est, §. 11. fol. 389. & §. 12. vt tàm in Scholis, quàm extra,
armorum ablatio Rectori competat, eoquè negligente Scholę
Magistro; addo de armis Scholasticorum, Rebuff. priuil. 110.
& 129. vers. *item peregrini*.

Hæ inquam in summa sunt, aut paulò plures, causæ de 18
quibus Rector cognoscit, quarum plurimas solus nequa-
quam expedire potest; sed cum Cõcilio Vniuersitatis, aut ma
ioris partis ipsorum, vt ex ijsdem constitutionibus apparet de

19 qua conuocatione concilij) Mathæus Stephanus lib. 3. de iurisdictione p. 2. c. 12. Offualdus d. cap. 20. lib. 17. lit. M. ad princ. & cathedrarũ prouisiones iuxta studentiũ vota regulare debet
20 constit. 26. pag. 3. cui addendæ sunt nonissimæ principis sanc-
21 tiones, ann. 1632. quibus suffragandi ius studentibus ablatum,
22 restitutum fuit, de quibus infra; vix est ergo vt dicere possimus, iudicem ordinarium esse, eum qui adeo correctam causarum cognitionem habet, magisque dominatio quędam, quam iurisdictio videatur, vt eleganter de quibusdam societatum Rectoribus Bartol. lege finãl. numero 13. de colleg. illicit.

Quibus non obstantibus, adhuc verissimum est. Rectorem iudicem ordinarium esse ex supra dictis, quibus addo quòd etsi inter cætera iurisdictionis ordinariæ insignia illud non minimum sit, quod scilicet habeat vniuersitatem causarum; non tamen ideo causarum vniuersitas desinit esse, illa quæ
23 Rectori competit, quòd ad certa causarum genera restringatur, hoc est ad regimen ipsius vniuersitatis, imò tantum abest, quò ob id iurisdictio non ordinaria sit, vt iure communi verissima sit resolutio, iudices omnes ab vniuersitatibus electos (quos ordinarios esse iam probabimus, & proculdubio est) de his tantum causis posse cognoscere, quæ ratione professionis vel officij, ad ipsam vniuersitatem expectant, non de
24 cæteris, glossa verbo in publicis dicta leg. final. C. de iurisdictione, vbi omnes not. doctissimè Bartol. dicta l. final. numer. 13. de collegijs dicta l. 1. & 2. ibi: *por razon de sus menesteres*, titul. 4. part. 3. & in Rectore Scholasticorum, Socin. d. capit. 14 numer. 17. versiculo *item coram Rectore.* Abbas quæstione 6. num. 8. versiculo *item dico*, Syluester verbo collegium num. 3. & 4. & penes Rectorem Salmanticensem iurisdictionem esse,
25 constitutiones ipsæ exprimunt, vt constitutione 23. ibi: *salua in iurisdictione ordinaria superius Rectori*, & constit. 22. versicul. *praterquam* & titul. 9. statuto 5. & 41. commendatur ei causarum cognitio, pœnarum executio, & (quod maximum est) in casum ne
26 gligentiæ scholastici, iurisdictio devoluitur quibusdam casibus ibidem expressis Rectori ipsi, ergo (si verum amamus)
27 iurisdictio illa generalis magistri Scholarum, non tam ablata Rectori, quam non concessa videtur, cum iure ipso non plures ipse causas haberet, quàm quas hodie habet. Vndè etiã rectè infe-

res cæterarũ Vniuersitatũ Rectores qui integrã & vniuersalẽ 28
iurisdictionẽ habent, nõ tã id facere, quia ab vniuersitate eligũ
tur, quàm quia priuilegio, aut consuetudine, ita obtentum est:
nam neque exercent habita iurisdictio illa Rectori datur, ve
rum neque exercuerunt, vt supra in prologo diximus, & notat latè Socinus cap. significasti
sup. in prologo diximus, & notat latè Socinus cap. significasti
num. 43. & cap. licet num. 90. versic. *sed aduerte* de for. compe-
tent.

Secundò infertur, prædictos cæterarum vniuersitatum Re- 29
ctores, (Salmãtino excepto,) duplicem iurisdictionem habere,
vnam à prælato confirmante, vel priuilegio seu consuetudine,
id expresse permitente, quo casu iurisdictio generalis erit, & ta
lis Rector poterit excommunicare virtute confirmationis, aut
priuilegij Pontificalis, aut consuetudinis, dummodo sit capax
id est clericus, cæterisque censuris vti potest ad omnes casus in
priuilegio aut consuetudine comprehensos (etiam si ad vniuer
sitatis professionem non respiciant) iurisdictionemque omni-
modam habebit, vt in specie resoluunt. Innoc. d. cap. quanto 7.
n. 3. de offic. ordinar. Marian. Socinus d. cap. 1. num 17. versi. 30
quod etiam videtur sentire Innocentius. Aliam verò iurisdictionem
habent ab vniuersitate, cuius virtute iudicare tantum in causis,
quibus diximus possunt, & nullam adiungere, Innocentius &
Socinus ibidem: hę ergo duæ iurisdictiones, quæ in cæterarum
Academiarum iudicibus sunt coniũctæ, in nostra Salmanticen 31
si à duabus separatis iudicibus exercentur, prima per Scholarũ
Magistrum, secunda per Rectorem.

Ex his iam intelliges, quare Rector Salmanticensis censuris 32
Ecclesiasticis, nec vtatur, nec vti possit, imò si quando ijs opus
habeat eas implorare debet ab Scholastico, siue Magistro, qui
ad eius requisitionem eas promulgare tenetur, vt constitutione
5 cauetur & alijs, ob id (inquam) censuris non vtitur, quia nul 33
lum simile priuilegium, aut consuetudinem habet, vniuersitatis
autem electio, eam facultatem ei dare non potest, cum requira-
tur confirmatio Ecclesiastici prælati, & hoc maximè quando 34
vniuersitas non est Ecclesiastica cum eo casu, non possit in ele
ctum transfundere ius quod non habet, prout hæc omnia resol
uunt Innoc. d. c. quanto de offic. ordin. & cap. cum ab Eccleſia
rum n. 2. Socin. d. c. 1. num. 17. de foro compet. docte Abbas
quæstione 6. nu. 9. versic. *restat*; quod autem vniuersitas Scho-
larium, non sit Ecclesiastica, latiùs infra docebimus. & in spe- 35

cie tenet Socinus supra. Deniq; authoritas rei iudicatæ, Rectoris obstat in hoc articulo; perlegi enim literas Apostolicas, vul-
36 go, *executoriales*, anno 1521. expeditas à Barto. Pigutio sacræ Rotæ auditore Leone X. Pontifice, quibus omninò Rectori inhibetur ius censurarum, etiam in causis ad eius iurisdictionem expectantibus.

37 Inferes etiã ex dictis, quæ fuerit causa cur Pontifex Martinus 5. const. 8. & const. 33. pag. 67. disponeret administratoris & magistri Scholarũ electionem, confirmari debere, Magistrũ ab Archiepiscopo Toletano, iur legatũ delatere; administratorẽ à Cõpostellano Archiepiscopo, quia scilicet censurarũ potestatẽ habere voluit prædictos iudices, vt aparet ex const. 10. & 23. quibus vniuersitatis electio eam dare non poterat, & licet credã, ipsum Pontificẽ potuisse eam potestatem absque vlla confirmatione concedere; vt satis probat d. const. 8. versic.
38 *quod si facere*, tamen Iustius & æquiùs iudicauit Pontifex, vt prælatus cõfirmans eam traderet, cũ hoc iuri communi conformius sit, & conuenientius, vt electio de idoneioribus fiat.

39 Vltimo inferes ex illo principio quod Rector iudex ordinarius est, omnia in illo obseruanda, quæ in cæteris iudicibus ordinarijs iure statuta sunt, nisi expresse const. aut statuto vniuersitatis contrariũ caueatur, quod accipe in causis tãtummodo suã
40 iurisdictionẽ expectantibus vt diximus à n. 9. Vnde in Rectoris recusatione idẽ dicemus quòd in cæteris ordinarijs Salycet.
41 d. l. final. n. 3. vers. *an autem*, C. de iurisd & nos latiùs infra similiter poterit cognoscere de omnibus criminibus dummodo sint contra suã iurisdictionẽ cõmissa, vt si tabellio falsum in causis ad eũ expectantibus cõmitat, aut testis depònat, aut officiales
42 non obediant impediant vè eius iurisdictionẽ, Salycet. d. l. final
43 n. 4. & est elegans l. 1. in princ. ff. si quis ius dicenti, l. quæsitum 13. de testibus. docte Parisius videndus in addit. ad Bartol. l. fi-
44 nal. C. de iurisdict. lit. B. in nouis impression. vbi quod cognoscit de omnibus connexis. Tandem pro iniurijs sibi factis poterit ipse cognoscere, quibus casibus cæteris ordinarijs permiti45 tur congestis per Abbatem c. cum venissent n. 9. de iudic. & in c. dilectus de pœnis Decius l. qui iurisdictioni n. 11. Iass. ibidẽ num. 9. Menoch. de arbitrar. casu 263. cum pluribus Bobadill. lib. 3. polit. c. 1. n. 33. & 36. Mastrillo de magistratibus lib. 5. c. 3. n. 73. & per totũ, Caballo tract. crim. centur. 2. c. 128. à n. 2.

Fari-

Farinac.1.tom.q.17.à num.40. Sed an si pœna corporalis ve- 46
niat irroganda ob crimem cuius vindicta Rectoris iurisdictio-
ni connexa est possit ipse Rector eam infligere? Et in valde si-
mili specie, Rectoris scilicet electi ab vniuersitate mercatorum,
pluribus defendit non posse Benuenutus Stracha de Mercatu
ratitulo quomodo in causis mercat. particula, de iudicibus seu
consulibus mercat. à num. 15. pagin. mihi 527. huius sententiæ 47
ratio est, quia licet iurisdictionem habeat, non tamen habet me
rum imperium in quo ius gladij consistit l. imperium 3. de iuris-
dict. l. 1. de offic. eius Bartol. d. l. imperium num. 7. eandem sen
tentiam secutus videtur Lossæus de iure vniuersit. 1. p. c. 2. nu.
66. & in Priore & consulibus mercatorum Burgensium eam
aperte confirmat. Regia l. 1. §. 5. tit. 13. lib. 3. Recopil. vbi Aze
uedus num. 9.

Ego contra puto, & horũ interpretũ vnicũ fundamentũ ex 48
Bartolo, quod hi Rectores merũ imperiũ non habeant, parui
æstimo, quippè qui sciam non hoc vnũ errasse Acursianos ve-
teresque omnes in iurisdictionis tractatione, in qua quã lippis
oculis viderint nemo est qui nesciat, & in primis aut fatẽdus est 49
Bartoli lapsus, aut sic accipiẽdus, vt verũ sit non absolutè & in
distincte merũ imperium iudices hos exercere (hoc est) gladij
generalem potestatem de qua in dict. l. 3. tamen cum mixto im-
perio (quod omnes tribunt studiosorum Rectoribus, & signan 50
ter Decius dicta l. imperium numer. 38.) transeat etiam me-
rum, quoties pro sua iurisdictione explicanda tuenda vè id
exercere opus habent, cum concessa iurisdictione hæc sem-
per concessa intelligantur, quod adeò verum est, vt nisi spe-
cialiter dicta leg. 1. §. 5. titul. 13 libr. 3. Recopilat. ablata 51
fuisset capitalium causarum cognitio in delictis mercatorum
iurisdictioni connexis, eam proculdubio exercerent, specia-
liter ergo eis ablata fuit & permissa mulcta omnis criminalis
que cognitio, præter eam quæ mortem, aut aliàs capita-
le suplicium contineret. Ex quo iam apparet dict. leg. re- 52
giam non tantum non obstare quinimo fouere nostram sen-
tentiam siquidem ex dictis deducimus necessariam fuisse
expressam derogationem, ne capitalium causarum cogniti-
competeret; in eo etiam aduersus Bartol. & cæteros induci po- 53
test, quod scilicet omnes cæteras criminales cognitiones præ-
ter capitales permittit.

54 Secundò respondeo hodie differentias illas meri imperij in iudicibus iurisdictionem ordinariam habentibus vix procedere, cum omnes iure magistratus meri imperij exercitium consequantur, vnde quod olim merum, hodie mixtum dici potest, quia iure Magistratus competit, eleganter Cuiac. l. 131. ad finem de verbor. significat. & 5. deinde cum erarium, l. 2. de origin. iur. Suerin. repetit. lection. capit. 6. Bodinus 3. de repub. capit. 5. num. 302. iniquè à Cabocio notati, vt refert Ossuald.
55 lib. 17. comm. cap. 8. lit. CCC. Hinc apud pragmaticos receptissima sententia est, iurisdictione ordinaria concessa, merum, & mixtum imperium concessum videri, nisi nominatim prohibeatur, aut saltim ex coniecturis præsumatur prohibitum, vt acie magna interpretum admota, propugnat Vazquez illustrium, cap. 3. a num. 9. Cabedus 2. part. decis. 11. nu. 9. Ossualdus, d. lib. 17. cap. 8. lit. AAA. cum igitur appareat, Rectori concessam ordinariã iurisdictionem tot legibus, & principibus approbatam, quis negabit ei etiam merum Imperiũ iure Ma-
56 gistratus competere, vt suam iurisdictionem tueri possit? defendit in specie Matthæus Stephanus lib. 3. de iurisd. part. 2. cap. 12. à numero 97. & sequentibus, Patius in authentic. habita, cap. 9. numer. 13. Ossuald. 17. com. capit. 20. lit. M. Id
57 semper intelligere debes, merum & mixtum imperium transire solum in causis suæ iurisdictionis, & eis connexis, & iurisdictionis sibi commissæ tuitionem spectantibus, nec enim credas merum illud imperium & supremum transire, de quo Vlpianus in d. l. 3. de iurisdictione, de cuius interpretatione, & de d. l. 1. de officio eius ad nauseam vsque, Donel. & Ossuald. vbi su-
58 pra, nec adeò incerta, aut inusitata loquor nam à fidedignis accepi Magistrum Scholarum iam olim, de excessu à Consiliario quodam admisso aduersus Rectorem ratione officij, cognitionem cæpisse, & statim eidẽ Rectori causam remisisse, reum,
59 que corporali pœna à Rectore damnatum; sexcenta etiam cumulari possent exempla in quibus hæc criminalis cognitio ratione connexionis, aut iniuriæ ipsi iudici factæ, illi prorogatur qui aliàs incompetens erat, quos cumularunt Borrellus de regis præstant. cap. 71. Bouadilla lib. 2. cap. 17. & 18. imò & iudex delegatus qui commissæ causæ fines strictim obseruare debet adhuc in his causis cognoscere potest, cap. 1. cap. sanè, cap. præterea, cap. significasti de officio de legat. cum pluribus Bo-

Cadilla, lib. 2. cap. 21. num. 82. & 83. cui addo Lap. allegat. 55. num. 6. Federic. conſ. 145. num. 2, Tusch. verbo, *index*, concluſ. 438. num. 1.

Quæ ſententia in pœnis corporalibus, quæ mortem aut mẽbri abſciſsionem non continent indiſtinctè procedit, ſiue Rector laicus ſit, ſiue clericus, ſed ſi pœna mortis, aut membri amputationis imponenda, & Rector ſit clericus, prout ferè ſemper eſſe ſolet ex ſcriptis, ſupra num. 1. cap. 3. obſtabit Rectori Concilium Toletanum, de quo cap. clericis, & cap. ſententiam. Ne clerici, vel Monachi: vnde neceſſum erit, aut cauſam alij committere, aut ſi minores tantum ordines habeat poterit ſententiam proferrè, pœnam tamen irregularitatis incurret, (quæ & laico communis eſt) non excommunicationem, quia ea tantum imponitur iis qui maiores ordines habent, iuxta cõmuniorem ſententiam, de qua Nauarr. Manual. cap. 27. num. 117. relatus à Salcedo in additionibus ad prax. Bernardi, cap. 61. verſic. *eadem pœna*; in hiſcemet terminis eſt & inſignis locus Abbatis, quæſt. 6. num. 7. in princip. De ſententia vero, d. cap. clericis, & cap. ſententiam videas vltra ordinarios, Couarruu. Clement. ſi furioſus, 2. part. §. 3. nu. 7. Diaz in praxi, cap. 99. vbi plures Salcedo, Zenedo, collectan. 61. Nauarr. tom. 3. in Manual, cap. 27.

Quæ planius procedent in noſtro tractatu, cum Rector iuriſdictionem ſæcularem exerceat, maximè in laicos, vt infra latiùs patebit; vbi etiam differemus, an & quomodo ſupradicta omnia procedant ſi reus ſit clericus; interim ſcias procedere rectè poſſe ob conceſsionem iuriſdictionis à Pontifice factam, cuius virtute iudex ſit competens, imò generaliter eandem approbationem in ſtudijs generalibus præſumi probat cum alijs, Abb. d. quæſt. 6. num. 8. verſic *tertium*, & num. 9. Marian. Socin. cap. 1. num. 17. de foro competent. Thuſcus lit. V. concl. 268. num. 5. Marta de iuriſd. 4. part. caſu 39. à num. 4. & per totum vbi latè.

Nec dictis quidquam refragatur, cap. 10. Cõcordiæ per Cæſarem aprobatæ. fol. 389. ex qua putabit aliquis, omnia ſubverti quæcumquè ſcripſimus circa Rectoris iuriſdictionem, incriminibus à ſua iuriſdictione pendentibus, aut connexis, verba concordiæ hæc ſunt *Otroſi, ſi durante la proviſion de la Cathedra huviere algun eſcandalo, ò alboroto en qualquiera parte de las Eſcuelas, ò*

inobediencia de las censuras, si del delito resultare inhabilidad del opposi-
tor, ò de voto, el Rector, y Consiliarios conozcan dello: pero en lo que to-
care al delito, ò delitos, ò inobediencias, el Maestre Escuela, ò su Iuez co-
nozcan del tal delito, y prendan los delinquentes, y hagan justicia. Præ-
terea in supradictis litteris Apostolicis (quas executoriales di-
cunt) hæc sunt verba: *Et similiter dictum Scholasticum solum, exclu-*
so dicto Rectore, esse iudicem competentem, tâm ad instantiam partis ali-
68 *cuius, quàm ex officio, vel ipsum fuisse in possessione pacifica à tempore*
immemorabili citra, cognoscendi, & decidendi lites & petitiones, quæ
super iniurijs, scandalis, & subornationibus, inter Scholares habentur,
quamuis huiusmodi subornationes, & scandala, & iniuria, nascantur,
aut interueniant in & super prouisionibus Cathredarum, nec non execu-
69 *tandi pœnas contra huiusmodi deliquentes, & iniuriantes, vel scandali-*
zatores, & subornatores, ac etiam posse similiter ipsum tantum exclu-so
70 *dicto Rectore, per censuram Ecclesiasticam compellere præstantes vo-*
ta, &c.

En duo decretâ, quibus negari non potest, quin maximè
71 coangustata sit Rectoris iurisdictio, nemo tamẽ (vt opinor) au-
debit ex ijs defendere, nullam iurisdictionem Rectori manisi-
se, cum vel ipsissima decreta eum iudicem nominent: nam in
prędictis executorialibus sic habetur: *In quorum consequentiam*
72 *inuenio, quod dictus Rector est index in & super prouisionibus Cathre-*
darum & lecturarum dicti studij, & concludere controuersias quæ fue-
rint solum super dictis Cathredis & earum salarijs, inter ipsos regentes,
& quod ipse non potest ponere censuram Ecclesiasticam, &c. Rursus in
73 d. concordia, §. 6. *Que en caso que el Maestre Escuela procediere con-*
tra Rector, y Consiliarios ha de ser sumariamente, no inhibiendolos, ni as-
sonando en ssi la causa. Quæso ergo, vt quid iubetur, ne inhibeatur
Rector si iudex non est? inferiùs in eadem concordia, §. 7. *Si*
74 *queda al Rector, y Consiliarios passados jurisdicion para compeler al nue-*
uo Rector; iuncto ibi: *Se dize, que si, en aquellos tres dias de la constitu-*
cion, & §. 8. ibi: *Que en lo que tocare à Cathredas, el Rector, y Consilia-*
rios son Iuezes, y que el Maestre Escuela no se puede entremeter en ellas,
& §. 9. *Que el Maestre Escuela no tiene jurisdicion en lo que toca à Ca-*
thredas, ni puede inhibir al Rector, & in eod. §. 10. pro aduersa sen-
tentia adducto, ibi: *El Rector, y Consiliarios conozcan dello.*

Videamus ergo in quibus Rectoris iurisdictio coarctatur, su-
75 pra dictis decretis. Et primò præcipitur ne cognoscat de scan-
dalis, iniurijs, seu criminibus, quæ inter studiosos committun-
tur,

tur, tempore prouisionis cathedrarum (vulgo dicimus *vitores pendencias ò muertes sobre ellos*) etiam si in scholis committantur, aut si alicui excandidatis siue suffragantibus iniuria verbis, aut facto fiat, denique subornationis causas omnes, in his, omne id quod ad publicam vindictam, & merum imperium, 76
expectat, Scholarum Magistro committitur, omne vero quod ciuilem cognitionem respicit, veluti si aliquis ex reis inhabilitatem incurrerit, Rectori reseruatur, cuius decisio- 77.
nis eam & iuri aprime consonam efferationem cogitaui, quia etsi genere quodam prædicta crimina Rectoris iurisdictioni videantur connexa, non tamen adeò pendent, vt connexa- 78
rum iure ad ipsum pertineant, ea enim propiè sunt connexa, quæ vel immediatè iurisdictionem impediunt, vel ob id fiunt vt impediant, quorum neutrum hisce casibus euenit, tumultus namque & scandala iniuriæ vè studiosorum potiùs iuuentæ, furentes quædam tempestates sunt, & affectus in suum cuiusque candidatum ardentes flammæ, quam Rectoris iurisdictioni impedimenta, quod si ex his cædes aut iniuriæ sequuntur multò longius distant à *Rectoris* cognitione, de subornationibus verò, non adeo res expedita est, nam re vera connexionem continent, sed ita in hac specie iudicatum fuit ob possessionem quæsitam, vt ex dictis literis aparet cui possessioni negligentia *Rectorum* & Scholæ Magistri potentior manus initium dedisse verisimile est, denique sic in concordia ipso *Rectore* consentiente cautum est, qui Principe aprobante potuit suam iurisdictionem non modicè libare. Postremo præci- 80
pitur dictis decretis vt solus Scholæ Magister possit per censuras, suffragantes studiosos cogere, hic animaduertet quisquam non caueri, ne *Rector* cogere possit, sed ne cogere possit censuras inferendo, constat apertissimè ex literarum Apostilicarum serie, & ex dicta concordia §. 8. ibi: *Pero bien puede el Maestre Escuela mandar a los votos que voten por descomunion*, & d. §. 10. ibi: *ò inobediencia de las censuras*, iuncto ibi: *Pero ex lo que tocare à el delito ò delitos, ò inobediencias* (nempè de cēsuris) *el Maestre Escuela conozca*. Ergo solis censuris cogere prohibetur *Rector*, & ob solas inobedientias cēsurarū quas Scholarū Magister protulit punire poterit, hic est verissimus & inaffectatus decretorū sensus, ex quo si iungamus principium illud, scilicet *Rectorem* 81

in cæteris suis causis ordinariam iurisdictionem habere, sequentia perspicue inferuntur.

82 Primo prædicta decreta stricti intelligenda, neque ad vllum omnino alium casum etiam ex identitate rationis extendenda; unt enim exceptiones de regula iurisdictionis ipso pertinentis, vnde in cæteris omnibus iuri communi, & statutis standum, l. 4. §. fin. de pœn. legat. l. quæsitum, §. idem respondit, de fundo instruct. præscriptio autem consuetudove, tantum præscriptum quantum possessum dabit.

83 Secundò, quod si doctor aut quilibet alius, ad claustrum (quod vocant) venire nolit, à Rectore vocatus, aut inscribendo suffragio falsum committat, crimenve aliud inobedientiæ aduersus Rectorem, aut studiosi, periurium in probationibus cursuum incurrant, denique in ipsis Cathredarum prouisionibus, suffragantes, si venire nolint, aut si Rectorem (exempli gratia) ne Cathredam prouideret vi maiori detinerent, iniuriarent, vulnerarent ve, in his omnibus, & similibus poterit ipse Rector iure ordinario contumaces cogere, non censuris, sed multa in dicta, aut subdres exigat, pœna quacumquè alia falsarios, & periurios damnare, pariter suæ iurisdictionis violatores suprarelatos condignis pœnis subijcere, nam nequè vllus ex his casibus prædictis decretis prohibitus est, nec ille, de coactione ab Scholastico facienda, loquitur, nisi per censuras; vnde nihil prohibet Rectorem sua iurisdictione vti, cum possint ad
84 cogendos studiosos, duos esse accumulatiue iudices, Rector iurisdictione ordinaria, Magister autem Scholarum etiam censuris, vt potè executor conseruatorquè Ecclesiasticus.

85 Tertiò infero posse iure optimo Rectorem in prædictis causis Magistrum Scholarum requirere, imò & vrbis Prætorem Regium, vt ei auxilium præstent ad reos capiendos, carcerandos, & puniendos, quod facient, literas requisitorias decernendo, quibus ab eis auxilium ad executionem præstari postulet, sicuti inter duos iudices ordinarios iurisdictione pares quotidie fit, quod auxilium si prædicti iudices requisiti præstare noluerint, superior eius qui requiritur adeundus est l. à Diuo
86 Pio, §. sententiam, vbi notatur de re iudicat. plures congerit, Couarr. cap. 10. practicar. num. 1. ad fin. & numer. 2. versic. *sed & apud*, & numer. 7. versic. *sic passim*, Paz in prax. 5. part.
87 cap. 2. num. 10. Rodrig. de execut. cap. 2. num 9. & ego iam

pri-

pridem obseruaui in hanc rem, l. 1 §. hoc autem, de fugit. vt su-
perior possit, ac debeat punire contumaciam iudicis requisiti
si iniuste auxilium denegauerit, denique in specie valdè simi- 88
li hanc illationem confirmat, d. l. 1. §. 4. tit. 13. lib. 3. Recopi-
lation. vbi Azeuedus, numer. final, Gutierrez lib. 3. practicar.
quæstione 25. num. 1. 2. & 3. Aliqui voluerunt, quod etsi Re- 89
ctor iurisdictionem habeat, non tamen suam sententiam exe-
qui possit, sed ea cõmitti debeat ordinario loci, ita in Rectore
studiosorum, ex Bald. Cardinal. & Speculat. Palacios Rub.
cap. per vestras, notab. 2. numer. 26. Auendanus, cap. 1. præ-
tor. 1. part. num 11. versic. *item ex dispositione*, cuius senten-
tiæ eam rationem præstant, quod scilicet Rector caret mero im
perio, vnde ad executionem inualidus & impos erit, præcipuè
si manu militari executio fieri debeat. Quæ ratio tàm falsa est,
quàm quæ falsissima, nam Rectorem Academię, & quemlibet
ordinarium, mixtum, merumquè imperium pro suaiurisdictio-
ne tuenda habere, iam probauimus suprà, & in specie scribit
Horatius Lucius, priuileg. 66. ad princip. & priuileg. 70. & est 90
text. in capit. præterea de officio delegat. l. 2. de iurisdiction.
deinde Baldus, Cardinalis, & Speculator, quorum authorita-
te Palacios Rub. vtitur, nequaquam in Rectore, sed in Docto- 91
re locuntur, quem ex authentica habita, merũ imperium habe
re, in specie tradit Bartol. l. imperium, num. 7. de iurisdictior.
& est omnium receptissima sententia, ex qua cognoscipotest, 92
quantum prædicti Doctores aberrauerint. Tandem dictam
Speculatoris sententiam improbat Ioann. Andræas in addi-
tione ad Speculator. titul. de execut. sent. §. nunc dicendum,
numer. 12. liter. C. & Baldum, & Cardinalem, impugnat addi-
tio ipsius Cardinalis, cap. significasti ad fin. de officio delegat.
& omnes simul docte reprehendit, Abb. capit. si quis contra,
num. 35. de foro competenti, cuius dicta admodùm mihi pla-
cent, & superiori nostræ sententiæ adstipulantur, scribit ergo,
quod si Rector Scholarium plenam iurisdictionem cum mero
& mixto imperio in omnibus causis exerceat (prout Pintiæ, & 93
Compluti) absquè dubio sententiam suam omnimodo exequi
poterit; si verò adeò plenam potestatem non obtineat, prout
Bononiæ, vbi causarum criminalium cognitionem non habet,
tunc exequitur Rector sententiam suam per iurisdictionem
quam habet, pro ea verò, quam non habet recurrere debet ad

superiorem, ecce apertè probat Abbas in Rectore, etiam si Academiæ tantùm regimen habeat adesse iurisdictionem, & exe
94 cutionem in suis causis, quod idem nos dicimus. Duo tantum addo sententiæ Abbatis, quæ & ipse necessario respondet interrogatus (vt opinor) prædictam executionem non tantùm à superioribus, sed à cæteris ordinarijs eius territorij quo executio facienda est, peti à Rectore posse per requisitorias literas, vt supra docuimus, id circo etiam Scholarum Magistrũ requisitum à Rectore, omnino auxilium ad executionem præstare debere.

95 Secundò addo non ideò minus dici Rectorem ordinarium iudicem, quod ad executionem subsidio aliorum egeat, nam etsi ipse Rector omnimodam iurisdictionem habeat, vt Comẽplutẽsis Pincianus ve, adhuc sæpissime necesse habebit requisitorijs literis ad executionem propiæ sententiæ, quod clarius est quam pluribus indigeat, illud tantùm discrimen erit, quod
96 Salmanticensis Rector & similes, ob causarum exiguitatem, & fascium lictorumquè penuriam, quos vix vnum aut alterum habent, debiliores habebit vires ad sententiam propia authoritate exequendam, & ob id absquè dubio Martini constitu-
97 tiones secunda, & quinta, aliaquè quã plura statuta, Scholastico si à Rectore requiratur executionem commendant. Illud postremo noto quam pluribus placuisse posse Rectorem studiosorum familiam armatam in suæ iurisdictionis tuitionem preferre, vt ex Abbate, Annan. Felino, Deciano, & Tabiena, resoluit Bouadilla, lib. 2. cap. 17. num. 88. ad fin. quibus assentior non obstante consuetudine.

98 Fateor quantumcumquè in hoc articulo scripta verissimæ iuris ratione nitantur rarissime tamen obseruari, sed Scholæ Magistrum, vnonudo regimine Vniuersitatis excepto de cæteris omnibus quæ coercitionem, aut contentiosam iurisdictionem sapiunt cognoscere, nec omnino irrationabiliter si publicam vtilitatem spectes; nam quanto maiori authoritate, & re-
99 uerentia huius literariæ reipublicæ iuditia ab Scholarum Magistro exercebuntur? viro semper literis, moribus, ætate, venerando; denique à Principe, dilecto, à summo Ecclesiæ capite, cõfirmato, quam à Rectore iuueni ipsorumquè studiosorum socijs? hanc ob causam coadiubantibus alijs, nempe negligen-

tia

tia Rectorum tàm ob inexpertam mentem quàm quia breuissimo annuoq; perfuncturi imperio, iurisdictionis propiædefensionem non curant, factum est vt Scholæ Magistri dignitas, ferè integram repræsentet iurisdictionis imaginem, & idem de plurium Vniuersitatum vsu testatur videndus Petrus Lenauderius de priuileg. Doctor. quæstione 82. num. 150. tom. 18. tract. 10

Hic non omnino extrancè adiungere libuit liquere non posse quo tempore Salmanticensis Academia per Rectorem gubernari cæperit, illud constat Ferdinandum IIII. Hispaniæ Regem priuilegio quoddam in fauorem Vniuersitatis concesso Rectoris mentionem facere, eique committere salaria legentium taxare, & vnam ex clauibus pecuniæ ad prædicta salaria depositæ habere. Ex quo deducit Petrus Chacon in historia manuscripta Academiæ, conijci posse ab Alfonso X. Ferdinandi auo, anno 1254. inter alia statuta, & ordinationes quas primus Vniuersitati dedit, & Rectoris electionem dedisse, licèt Consiliariorum Concilium, cæteraquè electionis solemnia certius ipse auctor credat à Benedicto 13. in Vniuersitatis reformatione, quam perfecit legatus de latere, & Cardinalis Romanus ad annum 1380. originem habere: secundum quod 381. annos expleuit *Rectoris* dignitas ab origine suo ad hunc 1635. quo hæc Deo fauente scribimus. 101 102 103

Sed & illud non iucundum erit scire, quoties olim ad Vniuersitatis negotium aliquod *Rector* Vniuersitatem congregari iubebat, non quosdam hoc est Concilium vt hodie, sed calatis comitijs vniuersum studiosorum gregem conuocari solere, quod ad annum, vsquè 1422. fuit obseruatum, quo tempore Martinus V. constitutione 33. in princip. versicul. *item quia*, hoc gubernationis genus, vtpotè confusum & inconueniens ablegauit, primusquè Concilium quod claustrum vocant, instituit, ita refert Chacon in dicta historia Salmant. Vniuers. & satis indicat, d. constitutio 23. præterea refert idem Chacon id constare ex actis cuiusdam congregationis Vniuersitatis factæ anno 1421. cui authori vt hoc obiter dicam omnino credendum esse censeo, tum quia de gremio Vniuersitatis ipse vnus delectus, vt ex ipsius Academiæ decreto eâ histo- 104 105 106

riam

riam componeret Pio V. Pontifici Max. offerendam, vt dimidiam partem Canonicatuum Cathredalis Ecclesiæ, ipsius vniuersitatis præceptoribus, necessariò conferendam stabiliret, quam vt perfectis testimonijs auctorare posset, ei omnia scriniorum vniuersitatis monumenta exhibita fuerunt, de quibus
107 ipse testatur, tum etiam ob eiusdem scriptionis antiquitatē, nā-
108 eam composuit anno 1569. Denique quia generaliter historijs fides tribui solet l. 1. ibi, *à quibusdam scriptoribus traditum est.* ff. de offic. præfect. prætor. capit. cum causam, de probat. gloss. in Clement. 1. in verb. *Vrbano* de reliquijs & venerat. sanctor. gloss. in cap. venerabilem, de electione & in cap. inter dilectos, verbo magis, de fide instrum. Bartol. l. 1. n. 22. de reb. credit. Garcia de nobilit. gloss. 18. num. 10. Sesse tom. 2. decis. 162. Mascard. de probat. concl. 287. Tusch. lit. H. concl. 197. Genua de scriptur. priuat. lib. 5. titul. de libris annal. fol. mihi 279.

109 Plura alia quæ sunt cōmunia de Rectore & Scholarum Magistro capitibus proximè sequentibus adinuenies, hic pro appendice sit, studiosum prohiberi exceptionem doli oponere aduersus Rectorem, sed temperari actione infactum de qua in l. 4. §. aduersus 16. de doli exceptione vbi hoc notauit Zasius relatus ab Osswald. lib. 22. com. c. 7. A A. notatis.

110 Postremo notabis, nullius priuilegij prætextu evitare posse studiosos Rectoris iurisdictionem, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, aut Regni optimates sint, Duces, Marchiones, Comites, & similes, vt probat d. l. final. versic. qua propter vbi Salycet. num. 3. C. de iurisdict. Barbatia in proœmio Clement. nu. 30. Marta de iurisdict. 4. p. casu 39. num. 5. Plus dicam, Regum & Imperatorum liberi, fratres ve, si studiorum causa ad nostrā Academiam confluerent, pariter Rectori subijcerentur, sicut si militarent Duci, subditi enim sunt, & qui legibus ligantur pa-
111 tris dum ipse viuit, eo vero mortuo primogeniti fratris, vt scripsit Lassarte de decima vendit. 2. tom. cap. 19. num. 8. ad finem, sicco tamen calamo, adeò vt nec pragmatici munus expleuerit, cum ignoret eius sententiam probari l. 2. titul. 15. part. 2. à prin-
112 cipio, vsque ad versic. *despues de la muerte de su padre*, plura Diuus Thom. de regimin. princip. lib. 5. cap. fin. Gregor. Lop. l. 1. gloss. 2. tit. 7. part. 2. plura Narbona l. 17. & 18 tit. 1. lib. 4. Re-
113 cop. gloss. 4. Hinc ille mos antiquis, vt Principū liberi nō Regiam

giam sed aliam & parciorem haberent mensam cũ cæteris eiusdem ætatis nobilibus, ad quam non accumbere, sed sedere tandem licebat Tacitus 13. annal. *Mos habebatur Principum liberos, cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci, propia & parciore mẽsa.* Sueton. in Claud. cap. 32. sedentes autem vesci, seruoru ũ erat Plautus Seneca Terentius Plutarchus relati à Lipsio in Tacito d. lib. 13. nota 41. parcior ergo mensa & more seruorum vesci quid nisi principi subiectionem denotat? si id nobis Lipsius annuat, qui aliò tendit; si ergo principis filij subditi sunt, cur legibus cõmunibus studij generalis quibus se ipsi subdunt ratione professionis non tenebuntur? denique ob hãc rationem & si alterius Regni supremus Princeps Salmanticensis studiosus fieret, idẽ aulim dicere, vulgari Remi & Romuli traditione motus, de qua Pomp. in l. fin. de rerum diuisione, & nimis ad rem hanc transumpta in l. 16. tit. 28. p. 3. vbi Greg. gloss. fin. in princip. Ex quibus constat Romulum, vt superiorem, Remi sanguinem hausisse, quia Remus ipse sorti imperium commisserat, inter se & fratrem cui par erat, & sorte victus subditus fratris manu spontanea subiectione, idem probat l. est receptum 14. de iurisdict. l. 1. ff. de iudic. l. ille à quo 13. §. tempestiuum, ad Trebell. exornant. Corras. d. l. fin. de rerum diuisione Decian. 2. tomo criminal. lib. 7. cap. 36. Solùm excipierem Principes ipsos, qui caput supremum vniuersitatis sunt, quosque legibus solutos in ipso territorio quis non videt? id circo nec ipsorum summissionem quid ipsos ligare credo quin possint ad libitum supremo imperio vti, vt communiter notatur l. digna vox 4. C. de legibus l. Princeps 31. ff. eod. 114 115 116 117

Sed & si omnia dicta de exemptis optimatibus & cæteris apud nos extendas, vt in Scholarum Magistro locum habeant libenter annuam, nec minus sentit Pontifex constit. 22. ibi: *Cuiuscunque gradus, ordinis vel qualitatis existant*, & const. 33. versicul. *item quia*. 118

Recto-

De iure iurando, quod ab studiosis Rectori praestatur & in Cathedrarum prouisione extorquetur.

Caput septimum.

E NVNC videamus de iure iurando, quo studiosi adstringuntur iurantque de obediendo Rectori in licitis & honestis, quæ obseruatio adeo generalis est vt in nulla studiorum orbis vniuersitate (quod sciam) omittatur, & primo quidem scieadum est, hoc ius iurandum nullo modo desiderari, vt studiosus Rectori subditus fiat, aut vt Rector iu-
2 risdictionem habeat, quippè cum eam habeat à iure & vniuersitate ipsa non à singulis vt probauimus, item quia videmus quoties quæritur de requisitis vt studiosus priuilegijs studij & fo-
3 ro gaudeat, nullum tale ius iurándum requiri, vt apparet ex d. authentica habita d.l.6.tit.31, p.2.l.18 §.6.tit.7.lib.1. Recopil. & nos agemus latiùs alibi. Denique constitutione 5. nostræ Academiæ constat posse Rectorem cogere studiosos noue venientes, vt ius iurandum præstent, & detrectantes punire, de quo profusse Rebuf. priuileg. 75. ergo quia iam ei subditi sunt ante iuramentum l. contumacia 53. §. final, de re iudic. quis ergo erit huius iurameati vis & effectus? Respondeo, vt nouo &
4 spontaneo vinculo ligetur studiosus, nouaque pœna periurij
5 teneatur, exemplum est in fœudo, in quo vassallus iurare tenetur, sed iuramento etiam non præstito eandem fidelitatẽ debet, & id desideratur ad nouum vinculum eiusdem obligationis, vt titulo de fidelitate lib. 4. fœudorum apud Cuiac. tit. 66, & *ipse*
6 Cuiac. in notis, aliud exemplum est in Religiosis qui obedire tenentur prælato ex duplici obligatione, vna ob potestatẽ communicatam Prælato à Pontifice, ob id ipsum quod iuxta constitutiones fuit electus, alia, ratione obedientiæ ab ipso religioso voto promissæ, de quo latè Caietanus 2.2. quæst. 88. art. 5. dub. vlt. Vazquez 1.2. quæst. 72. art. 6. disp. 98. cap. 3. num. 7. Sanchez in Summa 2. tom. lib. 4. cap. 11. num. 25. latè & do-

de Suarez de Religion. par. 2. tom. 3. lib. 2. cap. 18. per tot. ex 7
his duobus exemplis patet, hoc iuramentum non prorrogare iurisdictionem, sed solum eam recognoscere & obligationis vim augere, non ipsam obligationem, augere inquam, pœnæ periurij ex iuris iurandi religione, hæc omnia doctissimè in specie comprobat Couarr. c. quamuis pactum 1. p. §. 7. n. fi n. versic. *postremo*, vbi latè de clausula *sub pœna præstiti iuramenti*.

Hinc profluit errasse Pacium d. authent. habita c. 9. num. 3. 8
& seq. quem ferè secuti sunt Rebuf. priuil. 153. vers. *Item dicunt*, Matth. Steph. lib. 3. part. 2. cap. 10. num. 7. & cap. 12. num. 52. Quos refert Ossuald. d. cap. 20. lib. 17. lit. K. vers. *planè*, asserentes ius iurandum Rectori præstitum efficere, ne studiosus coram eo conuentus, eius iurisdictionem declinare possit, & consequenter, nec vti optione iudicum cæterorum, quos studiosi habent ex d. authent. habita, si enim vt diximus supra, iuramentum in nihilo auget iurisdictionem Rectoris, patet quòd si sublato iuramento optioni locus erat, eodem modo iuramento sequuto, poterit studiosus quē voluerit iudicem eligere, etiam Rectoris tribunal detrectando, absquè periurij metu, quando quidem iuramentum ad nihilum eum obligauit vltra quàm iure ipso obligatus erat, sed eandem obligationem nouo vinculo confirmauit, & per consequens patet, falso prædictos interprætes hunc effectum iuramento dedisse; qua in re noto, quod etsi Ossuald. horum interpretum sententiam reprehenderit, non tamen hanc rationem assequutus fuit.

Secundo infertur studiosum transgressorem huius iura- 9
menti, non semper & indistinctè mortaliter peccare sed ita; si præceptum sit tanti momenti, vt obliget sub mortali ratione grauitatis materiæ, obligabit iuramentum ad mortale; si autem 10
sit leue, ita vt ad veniale solùm obliget, iuramentum ad veniale obligabit; quòd si præceptum ad nullam culpam obligaret, veluti si sub consilio tantum esset, ad nullam quoquè culpam iuramentum adstringet; quæ omnia ex illo principio fluunt, 11
quòd scilicet hoc iuramentum, pristinæ obligationi tantùm addat nouas vires, vt sit noua mortalis culpa periurij sacrilegi transgressio illiùs, optime doctissimus Sanchez in summa, tomo 2. lib. 3. cap. 14. num. 2. iuncto num. 6. ex Couarr. d. capit. quamuis, 1. part. §. 7. vers. final. Azor. lib. 11. instit. moral. cap. 8. quæst. 11, Mangel 2. tom. summæ, c. 9. n. vlt. Medina

lib. 1. cap. 16. §. 11 in fum. & alij ab eodem Sanchez relati.

12 Vbi ait solum contineri culpam venialem, in transgressione præcepti à Rectore promulgati, quo studiosi iubentur sub pœna præfixti, adesse certæ congregationi, missarum sacrificio, publicæ & solemni suplicationi, vt Rectorem committentur die Sancti Nicolai, & similibus, vt vestibus sericis non induan-

13 tur, in quibus vltimis duobus casibus iuste notat Metinam contrarium tenentem, imò addit, nec quamuis Rectoris intentio esset, in ijs rebus leuibus obligare sub mortali, sic obliga-

14 rent hæc præcepta; quod si materia esset grauis, transgressio fo-

15 ret mortalis, vt si vocaret aliquos pro re graui decidenda, quorum præsentia omninò ad causæ decisionem necessaria erat, & ita probat ex Driedo Man. & Medina, de hoc articulo latè Vi-

16 llalob. 1. part. tract. 2. diffic. 32. ego addo, iuxtà has easdem traditiones, decidenda dubia quę passim contingere possunt, de obligatione doctorum consiliariorum, imò & Rectoris, & Scholarum Magistri, accedendi ad congregationes (vulgo *claustros*) item & conueniendi ad funera & sermones, iuxta const. 12. pag. 21. lit. C.

17 Secundo addo, quod & planissimum est, prædictam distinctionem de culpa veniali, aut lethali, accipiendam, quando absque causa præceptum, seu ius iurandum violatur, nam si ex causa iusta, tunc nulla adderit culpa indistinctè, quod & præfati doctores insinuant, nec iuramentum obligat, nec *Rectoris* præceptum, vt cum Bened. de plumbi. Rebuf. priuil. 74. & priui-

18 leg. 75. an infamiam incurrant studiosi periurij rei.

19 De duratione istius iuramenti, hoc est, an transeat ad successorem indignitate cui iuratum non fuit, late Couarruu. cap. requisisti num. 6. de testament. & cap. quamuis 1. part. §. 5. à n. 4. Sanchez in summ. tomo 2. lib. 3. cap. 13. & in nostra specie Didac. Perez l. 3. tit. 10 lib. 1. ordin. vbi rationem reddit, cur

20 vno quoque anno, & vnicuique Rectori iuretur ex constitutione 4. & 5.

21 De irritatione siue relaxatione huius iuramenti, breuiter, credo, quod cum iuramentum principaliter fauore ipsius Rectoris & vniuersitatis, imò ipsis Rectori & vniuersitati præstetur, poterit ipse *Rector* solus, in casibus in quibus ipse solus cognoscit, aut vniuersitatis concilium in cæteris ad ipsam vniuer-

uersitatem expectantibus, iuramentum irritum reddere, siue id remittere, ex latè traditis à Soto de iust. libr. 8. quæstione 1. artic. 9. Azor. institut. moral. lib. 11, cap. 9. in fin. Aragon 2. 2. quæstione 89. articulo 9. post princip. Sanchez in summa tomo 2. lib. 3. capite 19. numer. 1. ad fin. & capite 20. num. 4. nec ad hanc remissionem siue irritationem, aliqua potestas Ecclesiastica necessaria est, cum in his casibus sæculares principes, imò & priuatus quispiam remittere possit ius iurandum in sui fauorem præstitum, vt latè Sanchez sup. 22

Diximus supra ad Rectorem spectare Cathredarum prouisiones, iuxta constitutiones ibi adductas, & ex ipsorum studentium suffragijs regulandum iudicium, nunc addere libet, qualiter ipsos obligent iuramenta, quæ ab ipsis suffragij tempore extorquentur, plurima sanè & rigida & quæ ne vnum studiosum non periurium facient, si vt iacent sonantve accipienda sint. 23

Interrogantur ergo, an cum aliquo ex candidatis vulgo *opositores*, Cathredam optantibus fuerint collocuti, & posse tuta conscientia iurare se non collocutos, si de ijs solis rebus egere, quæ ad subornandum eos non pertinebant, intelligendo intra se de huiusmodi rebus, quia hæc est debita interrogantium mens, tenet Sanchez dicto 2. tomo summæ libr. 3. capite 6. numero 34. ex Nauarr. in summa capite 12. numero 19. Suarez tomo 2. de religion. libr. 3. capite 9. numero 7. Sayro in claui Reg. lib. 5. capite 4. numero 24. contra Ludou. Lopez 1. parte instructor capite 42. colum. 7. versiculo *qui tempore*, quem reprehendit. Similiter interroganti, an domum alicuius ex illis ingressi sint, iurare poterunt se non ingressos, quando non ingressi sunt, vt subornarentur, Manuel 1. tomo summæ in secunda editione capite 191. numero 4. Villalob. 2. tomo summæ tractatu 36. difficul. 6. numero 7. versiculo 7. Addo ex eorundem auctorum mente, nullam culpam, nec venialem, aut periurium contrahi prædictis casibus, & similibus, imò licite posse colloqui cum prædictis opositoribus, & eorum domos ingredi, dum modo non sit ex in honesta causa subornationis, aut pactionis, conuenticulive illiciti, aut similibus, à constitutionibus statutisve prohibitis, de quibus omnibus iuxta supradicta erit philisophandum. Denique 24 25 26

nique addo, quod si studioso constet de iustitia oppositoris
alicuius, poterit eam cæteris studiosis suadere, & omnibus
28 modis licitis, eius causam fouere, quod vrgentius procedit,
si cæteri candidati minus idonei sint, Didac. Perez leg. 2. titu-
lo 10. libr. 1. ordinam. ex Diu. Thom. 2. 2. quæstione 62. ar-
29 ticulo 2. ad 4. & vt generalitèr dicam omnia illa quæ studio-
sis prohibentur, & de quibus interrogantur prædicto suffra-
gij tempore, quæ per se non sunt mala & illicita, si bona fi-
de fiant poterunt negari, subterfugio præmisso de quo su-
pra, & licita erunt in animæ foro, ex latè traditis à Sanchez
30 dicto capite 6. In foro vero exteriori secus omninò erit, ob ge-
neralem prohibitionem de qua in titulo 33 statutorum per to-
tum à fol. 230. de quo videndus est Azeuedus leg. 1. num. 2.
tit. 7. lib. 1. Didac. Perez supra, Narbona l. 31. glos. 5. d. tit. 7.
lib. 1.

31 Cætera de suffragijs studiosorum diffuse tractantur à So-
to de iustitia libr. 4. quæstione 6. articulo 3 colum. penult. ver-
siculo postremum, & lib. 1. quæstione 6. artic. 6. column. 1. ver-
sic. quanto ad fin. Villalob. 2. part. summæ tract. 8. difficul.
8. num. 13. & difficul. 9. per tot. quibus addo facetum iudi-
cium Rebuf. priuileg. 68. Manuel Rodrig. summa capite 284.
numer. 2. & numer. 3. ad fin. Garcia de benefic. 7. part. capite
32 16. numer. 45. Nauarra de restitutione lib. 2. capite 2. à numer.
173. & 193. & 195. ad fin. apud quos latè de digniori omitten-
do, vel non, & aliæ similes quæstiones disceptantur, fusse
etiam, hæc & alia Narbona leg. 33. titul. 7. lib. 1. Recopil. glos.
3. & 4. & sequentibus, vbi de subornationibus, & glos. 10.
per totam latè de sponsionibus, vulgo *apuestas*. Et
33 studiosis suffragia auferenda consulunt
plures & supra citatis.

De officio Scholarum Magistri, de eius origine & electione; & an ad Regium ius patronatus pertineat præsentatio.

Caput octauum.

DE Academico Rectore longior quàm speraueram fui, vi- felium explere autumabam, cum in plures paginas calamum prosiluisse video, sed si apta, non longa scripsimus: succedit nunc de Scholarum Magistro magna, & pulchra tractatio, in qua ab officij origine, & electionis forma initium sumam.

Et primò, apparet ex constitutione 33. versiculo *& insuper pro incremento* pagina 66. Martin. V. Romanum Pontif. longa serie Scholastici electioni, formam dedisse, cuius summa est, quòd præbendam (quam Scholastriam vocant) huius almæ Cathredalis Ecclesiæ Salmantinæ, dignitatem electiuam fecerit, cumque primùm vacaverit, electionem ipsi Vniuersitati, hoc est definitorum claustro, aut ipsorum maiori parti, commiserit, & Archiepiscopo Toletano, aut cuicumque Sedis Apostolicæ Legato de Latere confirmationem commendat, tandem exprimit, eligendum, in sacra pagina Magistrum, aut iurium Doctorem esse debere, & quòd confirmatio prædicta nullum ius confirmanti tribuat in confirmato.

Sed quidquid hac constitutione caueatur, tamen longè aliter se res habet, nam ad potentissimorum Catholicorũque Hispaniæ Regum præsentationem summo Ecclesiæ præsuli factam a ipso Principe, aut eius Optimate apud Romanam Curiam Legato, idem Romanus Pontifex instituit, conferteque prædictam dignitatem & officium, cuius institutionis collationisve Bullæ Pontificiæ expediuntur, & vt vno verbo dicam, eadem omninò in huius officij promotione seruantur, quæ in cæteris, Episcopatuũ Archiepiscopatuum seu Abbatiarum quæ ad Regiam præsentationem expectant, collatio

nibus

nibus fiunt, scilicet principe etiam pro sua iurisdictione posteà approbãte, & eligente, vt ex titulorum serie infra transumpta apparet.

3 Ecce iam de iure Principis ingens hæ sitatio consurgit, eaquè nouissima, & ad quam primus (quod sciam) adorno calamum, amore & gratia pro principe (quàm potui) semotis & ex animi mei sententia iudicium dicturus, nec suspecto minus posito affectu pro alma Salmantic. Academia mihi à pubertati proximo matre veneranda. Dico igitur: *Magistri Scholarum*

4 *præsentationem, ad Regiæ Hispaniæ coronæ patronatum pertinere, idcirco potuisse iustissime in vtroquè foro præsentare Hispaniæ Reges, quoties id fecere, debuisseque Pontificem summum, eorum præsentationes (prout fecit) admittere præsentatosque eligere, abrogata prædicta Martini Quinti constitutione, vtpotè in patronatus Regalis præiudicium grauissimum.* Quod ante quam probem statuo, officium dignitatemquè de qua sermo est, aut prælatiam Ecclesiasticam Ecclesiæ

5 Cathredalis Salmantinæ, ratione præbendæ, & Canonicatus considerari, aut, vt iudicem repræsentat generalem studij Pontificiam iurisdictionem exercentem, aut tandem sæcularem ex concessionibus Principum, transfussa in Scholasticum iurisdictione illa authentic. habita, quam sæcularem fuisse nemo ignorat; ex singulis hisce tribus inspectionibus (nullus inueniet aliam) Princeps constanti iure ius præsentandi habet, (imò si vltima vera est (quod post probabimus) absolutam electionem habet, saltim quoad iurisdictionem in studiosos laicos exercendam) ergo euidentius concurrentibus simul omnibus, ergo constitutio d. §3. in Regis præiudicium, iure abroganda.

6 Videamus primo, an pro ea parte, qua dignitas, seu præbenda existit Ecclesiæ Cathredalis, Regij patronatus existat, & quidquid iuris esset ante commixtionem iurisdictionis cum præbenda, tamen statim atquè inmixta fuit, & Scholasticus adeò insigni reipublicæ præfectus, iudexquè generalis creatus, non dubium est quin Regij patronatus esse cæperit, non minus quàm ipsius Salmanticensis Episcopi presentatio.

7 Huius articuli potissimum fundamentum satis extat notum, cum indubitata sit sententia apud exteros, etiam interpretes, Reges Hispaniæ ius patronatus, & præsentationis habere ad omnes Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatias, cæteras-

què

què prælatorum dignitates omnes Hispanicę Coronæ, esse- què patronum vnicum, & legitimum Ecclesiarum Cathredalium ex Archidiac. Bald. Corset. Carolo de Grasal. & alijs doctissimus Antistes, Couarr. regul. poss. 2. part. §. 10. num. 5. Garcia de Loaysa ad Concil. Toler. 12 cap. 6. Palac. Rub. rubr. de donation. in introductione à num. 24. vsquè ad fin. & in libello de benefic. in Cur. vacant. §. 8. & per tot. Greg. Lop. l. 18. it. 5. part. 1. Marta de iurisdictione, 2. part cap. 40. à num. 13. quo loci refert Rebaurum de Imperat. quæst. 100. nu. 16. Conradum in templo iudicum, lib. 1 cap. 2. §. 3. num. 14. Selua de benef. part. 2 quæst. 23. num. 44. Munsterum in cosmograph. vniuersal. de Hispania, cap. 2. latè Azeuedus, l. 1. & 5. tit. 6. lib. 1. Recop. Anastas. Germon de sacror. immunit. lib. 3. cap. 11. à num. 39. referunt plurimos Camilus Borrellus de Regis Cathol. præstant. cap. 50. à num. 4 Gonçalez regul 8. Châceil. gloss. 24 à num. 153. Nicol. Garc. 5. part. de benefic. cap. 1. §. 4 à num. 214. Menchaca illustr. cap. 22. à n. 15. Gutierr. lib. 3. practicar. quæst 13. à num. 72. Bobadill. lib. 2. Polit. capit. 18. num. 215. vsquè ad 224 Rodrig. de Acuña, in cap. cum longe 63. distinct. Salgado de protect. reg. 3. part. cap. 10. num. 9. & 236 Barbos. de iur. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 8. numer. 80. Ioan. Nicol. Delfin. de iure patronatus, lib. 1. num 45 vsquè ad 51. qui explicat quæ dicantur Abbatiæ consistoriales, ex Gomez regul. de subrog. collitig. Ceuallos, *de las fuerças*, gloss. 8. à num. 130.

8 Secundò, quia ius patronatus Regium, in eo (sicut & in pluribus alijs collectis à Palacios Rub. d. libello, §. 11. Gonçalez & alijs supra, Trident. Session. 25. de reform. cap. 9. vers. *exceptis*,) à regulari patronatus iure, distat, quòd non ad certas Ecclesias dignitatesve sit restrictum, sed ad omnes Hispaniarum Cathredales Ecclesias, & eorum prælatos, item ad cæteras omnes Abbatias, prælatiasve, in Corona Hispanica erectas, aut erigendas in perpetuum, extendatur, ex vi acquisitionis consuetudinis, & concessionis, & licèt hoc 9 ita expræssim, solus scripserit, exijs quos ego legerim, Menchaca, d. cap. 22. illustr. num. 15. ex Alfonso guerrero in speculo Princip. cap 63. tamen idem omnes supra citatos sensisse, & in definita eorum verba, & iura, & rationes quibus nituntur, apertissimè conuincunt.

Pri-

10 Primò enim aiunt, hoc ius patronatus ab Ecclesia concessum primis illis Gothorum inuictissimis Principibus, qui profligatis Vãdalis, Alanis, cæterisquè Barbaris, summum Hispaniarum Imperium adepti sunt, ex concessione Honorij Imperatoris, vt Gothos ipsos, quos metuebat, à finibus Italiæ pelleret; quorum primum fuisse Alaricum scribit Rodericus, lib. 2. histor. cap. 4. & sequentib. Ex diuerso, Ataulfo Alarici succes-
11 sori concessionem factam ab Honorio, cui affinis ob matrimonium cum Placidia Imperatoris sorore erat, eumquè primum Hispanias aduentasse ad annos 414. authores sunt Gariuay lib. 8. Chronicæ, cap. 1. & 2. Morales, lib. 11. cap. 6. & 30. qui refert Vasæum & alios, additquè ex Isidoro, hanc concessio-
12 nem iterum confirmatam, postea anno 455. ab Imp. Auito in persona Theodorici in Gothorum Regno, Ataulfi post alios successoris, quibus omnibus fermè assentit Mariana lib. 4. hist. cap. fin. in fin. anno 410. & lib. 5. cap. 1. anno 413. & cap. 4. anno 455. ab hac igitur suprema Hispaniarum obtentione, vo
13 lunt hoc ius patronatus deducere, Palacios Rub. & Gutierrez vbisupra; quæ deductio nisi alijs additis suspecta mihi, & inefficax visa est; cum etsi constet de libera, & Suprema Regni obtentione, nullum tamen indicium, de concessione, siue acquisitione iuris patronatus Regij ab Ecclesia factum, habeamus ex historiarum illius sæculi monumentis; quin potius vsquè ad
14 Recaredum Leouigildi filium, Christianissimum Catholicissimumquè, vix reperies (quod dolere est) illorum Principum aliquem, nisi Arrianorum pestilenti contagio infectum, vt scripsit vltra alios Abbas Biclariẽsis in Chronico, versic. *Recaredus primo*, Isidorus in historia Gothorum in Recaredo, Era 635. Gregor. Magn. lib. 1. epist. epistol. 41. & exactis Concil. 3. Toletani, vbi Loaysa in notis, Mariana lib. 5. cap. 2. in princip. iuncto cap. 13. & seq. Ex quibus exactissime apparet ad
15 annum 586. Recaredum, & præcipue anno 589. in d. Concilio 3. Toletano hæresim Arrianam condemnasse, Catholicam fidem in Hispania firmasse, summo Ecclesiæ capiti obedientiam præstitisse, Ecclesias restituisse, denuoquè erexisse, & amplis donationibus locupletasse.

16 Ex his igitur omnibus verissime deducitur, iure communi attento (etiam semoto priuilegio) ius patronatus *Regium* adquisitum fuisse, ob Catholicæ fidei fundationem, Ecclesia-

tum restitutionem, erectionem, dotationemque, ex quibus cui
que priuato acquiri palàm est.

Quod si mihi obijcias, nō inferri ex dictis ius patronatus Re 17
giū extendendū ad Episcopatus dignitates ve nouiter post pre
dictam adquisitionē erectas, facilè hæc obiectio diluitur, si con 18
sideres hoc ius patronatus, vt supremis principibus, fidei Chris
tianę fundatoribus, Hispanis Regibus in vniuerso territorio
acquisitū, proinde ratione soli & territorij cuius perpetui & su
premi domini existunt, in quacunq; Cathredali Ecclesia siue
prælatia statim atq; erigitur, ratione soli & supremi dominij le
gitimi efficiuntur patroni. Quod primò probatur ex Cōcil. To 19
letano 12. canone 6. relato in c. cū longè 63. dist. celebrato tē-
pore Heruigij Regis anno 685. cētū annis post Recaredi impe
rium, quo tēpore ex ipsa textus serie constat, longius auctum
diffusumque Regnū quā anteafuerat, id circo summa difficul-
tate congregari posse Concilium Episcoporum, ad quod expe
ctabat Episcopi institutio & confirmatio, præcedente Regis li
bera electione, ob quam dificultatem congregandi Concilij, de-
cernitur vt saluo iure vnius cuiusque Diœcesis (quod in Cōci
lio scilicet habebat) ad Toletanú Pontificē solū expectet insti
tutio in omnibus prouincijs, præcedente Regia electione, ecce
vt aperte constat etiā in nouiter auctis Ecclesijs iure ipso præ- 20
sentationē (nā sic intelligendū esse verbū *electio* docuit Gracia,
post d. c. cū longè) Principi cōpetijsse, verba concilij hæc sunt
nam dum longè lâteque diffuso tractu terrarum commeantium impeditur,
celeritas nuntiorum, quò aut non queat Regis auditibus, decedentis Præ-
sulis transitus innotesci, aut de successore morientis Episcopi, libera Prin
cipis electio, præstolari? & inferius ibi: *inde placuit omnibus Pontifici-*
bus Hispaniæ atque Galliciæ vt saluo priuilegio vnius cuiusque prouin-
ciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque Regalis po
testas elegerit, & paulò inferius, *in quibuslibet prouincys in præceden*
tium sedibus præficere, &c.

Duo ponderari in hoc textu oportet. Primùm, in eo non 21
concedi ius patronatus Regi, imò constare, iam retrò longis tē- 22
poribus competijsse, similiter non ad hoc factum prædictum
decretum, vt in Prouincijs denuò quæsitis nouum ius patrona
tus concederetur, quia potiùs cōstanter supponit, Reges prædi
cto iure patronatus vsos fuisse, vtpotè territorio & Regnis ab-
stracte & indefinite concesso.

Secundo principaliter probatur ex l. 19. tit. 3. lib. 1. ordin. l. 14. tit. 5 lib. 1. Recop. ibi: *Y de las Prelacias, y dignidades mayores siempre los Santos Padres proueyeron à suplicacion del Rey que à la sazon Reynaua*, & l. 1. tit. 6. lib. 1. Recop. ibi: *De todas las Iglesias Cathedrales destos Reynos, Arçobispados, Obispados, y Prelacias, y Abadias*, quas Principum assertiones in hac specie probare, ex Ioann. Andr. tenet Palac. Rub. d. libello de benef §. 9. ad fin.

Postremo Adrianus 6. & ante eum Sixtus IV. Pontifices maximi, specialiter hoc ius Hispanis Regibus confirmarunt, prout supra dicti affirmant, & vltra eos Mariana lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 5. Gil Gonçalez Dauila, histor. Salmantic. lib. 3. cap. 18.

Ex quib' omnib' cõstat, nõ in certis Ecclesijs, sed in vniuerso territorio, & omnibus Prælatijs, hoc ius regiũ quęsitũ, tam erectis, quàm erigendis, quod præterea sequenti argumẽto probo.

Satis est notum Episcopatus, cæteraquè Ecclesiastica officia, & Ecclesias ipsas Hispaniarum pluries translatas & denuo fundatas; deniquè non eosdem Episcopatus, Prælatias, nec Ecclesias esse hodie, quas olim tempore quæsiti, & concessi iuris patronatus, Garcia de Loaysa latissimè in not. Concil. apud Lucum; at sic est quod virtute illiùs antiquissimæ acquisitionis à tempore quo Gothorum *Reges* Primi, Catholicam fidem amplexi, Regnum obtinuerunt, posteaquè à Sarracenis liberarunt, hoc ius patronatus in Ecclesijs, & dignitatibus post erectis fundant, & ipsi Principes in dictis legibus, & interpretes supra adducti, ergo quia territorio indistinctè, & supremo dominio, non certis Ecclesijs fuit concessum.

Tertiò prædicta comprobantur à sacro Trident. Concil. Sess. 25. cap. 9. vers. *exceptis* de reform. vbi à cæteris iuris patronatibus, excipitur Regium, competens ratione supremi Imperij, quasi id non certis Ecclesijs, sed ipso supremo dominio sit concessum, cuius exceptionis eam esse mentem, vel ex eo constat, quòd in cæteris iuris patronatibus, certa forma præscribitur ad probationem respectu vnius cuiusquè Ecclesiæ, cuius formæ requisitis deficientibus, omnino Ecclesia libera iudicabitur, hanc autem sanctionem, noluit Concilium, *Regium* Patronitum comprehendere, vtpotè quæ ad omnes Ecclesias Cathredales, & Prælatias extendatur, absquè vlla alia probatione, quàm quòd in principis territorio sint. l. æde sacra 73. §. intra

intra maceriem de contrah. empt.

Satis euidenter probauimus, Regium ius patronatus, etiam 31
erigendas in futurum Ecclesias, & Prælatias comprehendere,
nunc tantùm restat probare, quod Scholarum Magistri digni-
tas simulatquè iudex ordinarius Ecclesiasticus effectus fuit,
connumerari debuit ijs quæ ad Regium patronatum pertinent;
quod probatur.

Primò, quia Prælatus Ecclesiasticus verè effectus fuit, & 32
verisimè propisimequè Prælati nomine comprehenditur
Scholarum Magister, iurisdictionem enim ordinariam, perpe-
tuam, eamquè amplissimam habet, à Pontifice deriuatam in cle
ricos studiosos, similimamquè cæteris dignitatibus, quæ ad Re
giam præsentationem conferuntur, & Ecclesiastico censurarũ
gladio vtitur, nil ergo amplius desideratur ad Prælatum consti
tuendum, cap. decernimus 2. de iudicijs, vbi gloss. Abb. & om-
nes, estquè res quæ probatione non indiget.

Secundo, quia nulla, meo videri, fortior expendi potest, 33
ratio, quàm ipsum Principis factum, & præsentatio de consilio
supremi integerrimiquè senatus facta, cui principis affirmatio-
ni, & facto, quis dubitabit credere, l. fin. C. de legibus; Palac.
Rub. d. libello de benef. §. 9. ad fin.

Tertio, quia rationes ob quas concessum quæsitumque fuit 34
prædictum ius patronatus, eminentius in hoc officio militant,
nec tantùm loquor de ijs adquisitionis speciebus, quæ ad const-
tructionem Ecclesiarum, earumquè dotationem pertinent;
Hispaniarum à Barbaris, ac tãdem à Sarracenis faucibus erep-
tionem; sed de alijs quæ ex potissimis non minus sunt; nempe
æquissimum esse, vt qui in territorio Principum iustitiam ad-
ministraturi sunt, eorundem Principum approbationem me- 35
reantur, nec ipsis inuisi, aut suspecti sint, nam si tales essent, ele
ctio anullari, aut rescindi deberet, deniquè ob alias similes ca-
sas de quibus in cap. lectis 63. dist. optime in l. 19. tit. 3. lib. 1. or
din. quæ est l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop. vers. *Y como quiera que esta
loable costumbre*, & vers. *Y el otro es que otorgamos*, & vers. *Los qua-
les aũque Prelados*, l. 4. & 29. tit 4. lib. 2. l. 13. tit. 3. lib. 4. Recop.
cum pluribus Palac *Rub* in Rubr. c. per vestras in introductio
ne, n. 29. & fin. & libell. de benef. §. 8. & §. 9. ad fin. Couarr. re
gul. poss. 2. p. §. 10. n. 5. Gutierr. lib. 3. pract. q. 13. nu. 72. vers.
ecce obstat, Marta de iurisd. 2. p. c. 40. n. 26. & seqq. Azeu. l. 14.

n. 2. & 18. tit. 6. lib. 1. Recop. Borrell. c. 50. de Regis Cathol. præst. n. 14.

86 Dixi eminentius has rationes in Scholarũ Magistri officio adesse, quia totiùs literariæ Hispaniensis Reipublicæ disciplinam habet, & vniuersæ iuuentutis studiosorum curam gerit, eorum denique quibus postea vniuersaferè Principis respublica gubernanda committitur.

Si ergo prædictæ rationes in Scholarũ Magistro fortius cõcurrunt, verbisq; ipsis Prælatię, & dignitatis cõtinetur, nescio quo pacto defẽdi possit, Regij patronat⁹ nõ esse, aut cõstitutionẽ Martinianam ei grauissimè nõ pręiudicare si obseruaretur.

87 Sed tunc nõ leuiter refragari videtur, quod Scholastriæ prębenda, in d. Ecclesia Cathredali, suo principio inspecto, ante Martini V. cõstitutionẽ, nullo modo ad *Regiũ* patronatũ pertinebat, sed ex cõsuetudine ad capituli electionẽ, seu optionẽ, vt probat Chacõ in d. histor. manuscripta, fol. mihi 56. & colligitur ex d. const. 33. vndè annexio postea facta iurisdictionis cæterorũq; omniũ, naturã principalis sequi debuit, saltim quo ad hoc vt nullo modo ad Regis præsentationem expectare potuisset, cũ ex sua primordiali erectione dignitas nõ expectaret; arg. c. 2. & ibi notat. de capellis monach. c. ad audientiã vbi scribent. de Eccles. ædificand. & regul. accessorium.

88 Hæc obiectio facile dilui poterat, si affirmare fas esset, Scholastriam prædictam, non principalis sed accessorij, imaginem referre, in quam sententiam, non leuiter mouerent inferius scribẽdæ rationes: quæ si indubium facerent, Scholastriæ præbendam accessorij vim obtinere, obiectioni satisfactum habebamus, imò id amplius, quod scilicet cũ Scholarum Magistri dignitas, prout hodie exercetur, patronatus Regij sit, vt probauimus, eius naturam non suam priorem sequi deberet Scholastria

89 vt accessoria, & minus principalis, l. 9. §. *sed non* de acq. rer dom. l. in rem 23. §. sed &, ibi: *Propter prætium picturæ*, & §. seq. ibi: *In omnibus igitur istis in quibus mea res per prævalentiam, alienam rem trahit*, ff. de rei vend. iunctis Donel. & Offuald. lib. 4. com. c. 35. & seq. l. quæritur 10. de statu homin. ibi: *Et magis puto eius sexum æstimãdum qui in eo prævalet*. Cum verò nostrum non sit tantam litem componere, quæ adhuc sub iudice est, nempè an præbenda anexa sit officio Magistri Scholarum, an verò contra.

90 Respondeo aliter, esto quod fateamur, Scholastriæ prębendam

dam principalis vicem obtinere, illud tamen neminem negaturum suspicor, præbendam illam veterem (vt ita dicam) sic alijs dignitatibus auctam & vnitam, vt alia prorsus species saltim quòd eligendum prælatum iudicari debeat, quam assertionem perspicue demonstrabit ipsius facti ab historijs petita narratio ab ipsiusque Academiæ priuilegijs eruta.

Et primo quidem absque dubio est, longissimis antea temporibus Scholastriam institutam in Cathredali Salmantina Ecclesia, quâ Scholasticus ipse studiosorum iudex efficeretur, imò & ante Vniuersitatis erectionem; in cuius rei inuestigatione nõ parum defecit, A Egidius Gundilaluus Daula in historia Salmanticensi lib. 2. c. 7. quo loci cum Cathredalis Ecclesiæ, & Canonicatuum fundationem scribat, illã ad annos circiter 1100. incipiens, nihil tamen de Scholastici origine in medium propo- 43
tuit. Ego conijcio ad annum 1180. credi posse originẽ cepisse, nam eo tempore in Concil. Lateranensi sub Alexandr. 3. celebrato, in omnibus Cathredalib⁹, Scholastriæ institui iussę sunt, vt apparet ex c. 1. de Magistris, quod, eiusdem Cõcilij fragmẽtum est. Scholasticorum munus erat, Clericorum suæ Ecclesiæ eruditio, & aliorum pauperum studiosorum, penuria nãq; studiorum generalium id ijs temporibus suasit, vt docent vltra ordinar. d. tit. de Magistr. Petr. Greg. lib. 15. syntag. c. 19. Azor 2. p. inst. lib. 3. c. 23. Suar. de relig. lib. 4. c. 22. in princ.

Constat ergo longe ante Academiã ab Alfonso IX. erectam Scholastici officiũ viguisse; nã Alfõsus vt notũ est ann. 1200. Vniuersitatẽ hanc primus cõstituit, Gil Gõçalez late probans in d. histor. lib. 2. c. 17. Deinde vsq; ad ann. 1309. diuersi omni no iudices studiosis dati fuere à principibus, diffuse probat Magister Chacõ in toties allegata historia qui resoluit ab Alfonsi XI. tẽpore primitus Scholastico Ecclesiæ Salmãtinæ iurisdictionem in studiosos permissam, ferè ob dictũ ann. 1309. cẽtũ & triginta annis post Scholastriã erectã; quã sentẽtiam probat idẽ Chacõ ex priuilegio Enrici Regis, eiusdẽ Alfonsi pronepotis, ad cõfirmationẽ Salmãtini studij cõcesso, ann. 1387. in cuius serie, Enricus enunciat: *Que los Escolares de Salamãca alegã tener vsũbre desde el Rey D. Alfonso su bisabuelo, de ser juzgados, y librados por el Maestre Escuela*, huius auctoris sentẽtia (q̃ in antiquitatis tenebris odorari licèt) verissima est, cui eleganter addi potest, nõ absq; aliqua similitudine ad ius cõmune, præcipuè ad

d. au-

d. authent. habita, iurisdictionem in Scholastico mansisse ex Principum permissu, qui quidem Scholasticus ante vniuersitatis erectionem præceptor communis erat ex d. cap. 1. de Magistris, & nuper dictis, post erectam vero Academiam cum ferè omninò Scholastriæ officium, seu munus cessasset à principibus auctum est, & concessum, vt iurisdictio quæ præceptoribus ex authẽt. habita dabatur, quæque difficilis explicatu erat si quilibet præceptor iudex ordinarius foret, huic vni tribuere
§ 0 tur & in eũ transfusa aptius exerceri posset. Quod autẽ hæc cõsuetudo & iurisdictionis vsus in studiosos, præcedente principum sæcularium concessione, aut saltim permissu procederet, negari non potest, nam illis ipsis temporibus sursum versum, inueniuntur diuersæ iudicũ nominationes à Regibus factæ Chachon d. histor. & in Appendice ad ipsam historiam nu. 28. ait: *No se sabe cierto que año començo el Maestre Escuela à ser Iuez del estudio, porque el Rey Don Fernando el Santo año 1343. nombrò al Obispo y Dean de Sálamanca y otros, el Rey Don Alonso el sabio en las ordenanzas que hizo para este estudio, manda que el Obispo prenda los estudiantes peleadores, el Papa Iuan XXII. en la Bula de 1334. à instancia del Rey Don Alonso el XI. y de su pedimiento confirmò esta iuridicion del Maestre Escuela, y añade, cum prædicta vniuersitas iurisdictioni Scholastici ab antiquo subiecta fuisse ac esse noscatur, y el Rey D. Enrique en vn priuilegio de confirmacion año 1387. refiere, que los scholares de Salamanca alegauan tener costumbre desde el Rey Don Alonso su visabuelo de ser juzgados, y librados por el Maestre Escuela*, expendo verba illa, *desde el Rey Don Alonso su visabuelo*, quæ nihil aliud, quam
§ 1 concessionem Regiam, aut saltim permissionem innuunt.

Cõstat iã Scholarũ Magistri officiũ Scholastici præbendæ vnitum, sequitur de officio Chancellarij, quod Ioannes 22. Pontifex Romanus vniuit anno 1334. ad instãtiam eiusdẽ Regis Alphonsi 11. 23: annis postquam studij iudex esse cæperat Scholasticus, vt ex Bulla constat, quam refert Chacon in præ-
§ 2 dicta Historia, & ex qua conuincitur lapsus Ægidij Gonçalez d. Historia lib. 2. cap. 17. qui Chancellarij officium cum iurisdictionis concessione cõfundens credidit hac eadem Bulla Ioannis 22. concessum vtrumque officium, quod ipsius Pontificis verbis repugnat, qui refert, Scholasticum iam longo retro tempore iudicem studiosorum esse, & id circo eundem Chãcellarium creat, idem authoris lapsus, ex Chaconis sententia conuin-

cõuincitur cuius authoritatem præferre non ambigo, ob ra-
tiones supra adductas, ca. 6. ad fin. prædictis fauet l. 7. tit. 6. p.
1. ad iuncta interpretatione nostra de qua infra in singular, cap.
de Chancellarij officio.

Transactis deinde centum quatuor annis, ab eo tempore 53
quo iudex factus, & 81. à Chancellarij creatione, hoc est anno
1415 Benedictus 13. vt iurisdictionis dignitas decentius exer
ceretur decreuit Scholastriæ præbendam, non nisi canonum 54
Doctori, aut Theologiæ Magistro conferri posse cum clausu-
la irritanti. Addidit præterea iurisdictioni ordinariæ Scholarũ
Magistri quæ tũc Regalis, fere erat (vt ex prædictis historiæ te
stimonijs constat) addidit inquam idem Pontifex facultatem
absoluendi, & dispensandi cum eisdem studiosis, à censuris &
super irregularitate & alijs, denique vt stipendio aucto, officij 55
authoritas augeretur, vniuit eidem vnum Canonicatum & vn-
decim beneficia quæ vulgo *prestamos* vocamus, cuius auctionis
summa, principales Scholastriæ fructus ferè ad duplum exce-
dit singulis annis.

Transactis postea septem annis videlicet anno 1422. Mar 56
tini V. constitutio 33. superuenit, qua Scholastriæ præbendã
Ecclesiæ electioni siue optioni abstulit, electioni formam ini-
tio huius capitis scriptam decreuit; & licet Ecclesia & Capitu-
lum Salmanticense reuocationem Martinianæ constitutionis
petierit ab eodem, eamque impetrauerit, tamen paucis post an-
nis, ab Eugenio IIII. Pontifice, Martiniana constitutio confir 57
mata est, hoc tantum innouato, vt confirmatio non ad Archie
piscopum Toletanum, sed ad ipsam Sedem Apostolicam expe
ctaret, hæc omnia, ex actis quæ in scrinijs vniuersitatis seruan
tur, refert Petrus Chacon, & vt obiter id dicam, valde miror
hanc vltimam Eugenij concessionem in constitutionibus no-
uiter prælo commissis omissam. 58

Denique cum antiquitus Scholasticus, Ecclesiæ Capitu- 59
lo & Salmanticensi Episcopo, vtpotè suo propio & ordinario
iudici, subditus esset, eadem Martini cõstitutione & Sacrę *Ro*-
tæ sententijs omninò exemptus est ab ordinarij & capituli iu-
risdictione de quo suo loco latius aparebit.

His in facto propositis iam nemini non patebit Scholastriæ 60
prębendam, omnem penitus aliam iudicari debere, formamque
omnem & substantiam ferè aliam esse; ũquidem is qui à capitu

lo

lo Ecclesiæ eligendus erat, siue optione instituendus, ea form abrogata, & Ecclesiæ iure extincto, eligi iubetur à Doctoribus vniuersitatis; item, qui antea subditus Episcopo erat, hodie omnino est exemptus, denique tot officijs dignitatibus & stipendijs auctus, & qui Scholastriæ dignitatem antea habebat, omni iurisdictione nudam, & potestate, hodie insignem iurisdictionem Ecclesiasticam, & sæcularem & ex totius orbis illustrioribus exercet; quis igitur negabit saltim hoc vt suam primordialem electionis siue optionis originem sapere nõ debeat? atque idcirco ad Regium patronatum pertinere, denique rectè dicemus formam rei auctam & mutatam, quæ mutatio efficit, vt non pristina origo inspiciatur, sed noua forma qua attenta iam satis probaui Regij patronatus esse, in quam rem eleganter conducit l. Iulianus §. sed si quis ibi: *Veluti si ex schipho massa facta sit*, & ibi: *nam mutata forma prope interemit substantiam rei*, l. si cõuenerit 18. §. si quis, de pignor. action. l. mulier 13. §. 1. de verbor. signif.

Secundò & elegantius expendi potest nouiter, Marcelli responsum in l. Seia 6. §. 1. de auro & argẽto legato. Seia Vnionem cum Hiacintis legauerat, postea Vnionẽ & hiacintos quosdam, in alium ornamẽtum quod pretiosius fecerat, additis alijs gemmis, & margaritis, conuertit; quæritur, an legatum debeatur. Respondit non deberi & ait: *nam qui fieri potest vt legatum durare existimetur, cum id quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit, nam quodammodo extinctum sit*, bellissimè mehercule, nostræ quæstioni hoc responsum adaptatur, nam & ob preciosorem factam Scholastriam, tot gemmis additam, in aliam speciem conuersam fuisse dicere possumus, & ob mutationem, à prima eius natura, vt ibi à prima testantis voluntate, recessum.

Tertiò quantumuis fateremur, Scholastriæ cæteras omnes dignitates & augmenta accessisse, & pro annexis haberi, adhùc sine dubio est non contẽplatione Scholastriæ facta, sed vt dignius & habilius iurisdictionis & Chancellarij authoritas exerceretur, hoc nemo negabit, cum ipsis concessionibus exprimatur vt nuper cõstitit, & in d. Bulla Ioannis 22. Pontifex Chancellarium creat Scholasticum, ea expressa ratione, *quia prædicta vniuersitas iurisdictioni Scholastici subiecta fuisse ac esse noscitur*, quo posito esto quod Scholastria principalis esset, vinci debet ab accessorio, cuius ornandi causa ipsum principale adhibetur, eleganter

ganter id scripsit Paulus, l. si vt habiliter 20. de auro, & argent. legat. *Si vt habiliter* (inquit) *gemmæ geri possent, inclusæ auro fue-* 64
rint, tunc aurum gemmis dicimus cedere, Vlpianus, l. cũ aurum 19.
§. perueniamus 13. eodem tit. ibi: *Semper enim cum quærimus quid*
cui accedat, illud spectamus, quid, cuius rei ornandæ causa, adhibetur.
Postremo illud non incuriòse fauet, quod scilicet ex facti se 65
rie appareat, quantam Princeps operam dederit in hoc officio
erigendo augendoquè, ipsi enim Alfonso prima concessio iu-
risdictionis debetur, primaquè Scholastici nominatio; Pontifi
cum cætera priuilegia (præter constitutionem Martini) ad *Re*
giam suplicationem (quæ quanti ponderis sit satis liquet) ob-
tenta fuere; cur non ergo dicemus ad Principem expectare pre
sentationem? argum. text. in §. cum ex aliena, vers. *quod si partim*
inst. de rer. diuis. ibi: *Dubitandum non est hoc casu eum esse Dominũ*
qui fecerit, cum non solum operam suam dederit, sed & partem eiusdem
materiæ præstiterit.

Nonnulla obijci possunt, communia de iure patronatus, qui 66
bus breuissime satisfaciam. Primo obstat reseruatio à Pontifi-
ce & specialis electionis forma, de quibus d. constit. 33. Respon
deò, prædictam reseruationem, nec aliam quamcumquè aliquid
officere iuri Regio patronatus, tum quia expressa eius deroga-
tio non reperitur; tum etiã, quia etsi expresse derogaretur, ad 67
mittenda non esset similis derogatio, sed Pontifici suplicatio in
terponenda, iuxta l. 24. tit. 3. lib. 2. l. 24. tit. 3. lib. 1. *Recopil.* vt
eam reponeret, electionemquè, aut electiones virtute dictæ cõ
stitutionis, & reseruationis factas, nullas & irritas decerneret,
vt potè absquè patroni consensu, & in Regij patronatus præiu
dicium, quæ omnia latissimè probarunt Couarr. c. 36. practic.
n. 3. vers. *olim*, Palac Rub. d. libell. de benef. §. 11. & 12. Gonça
lez reg. 8. Chancellar. gloss 24 à n. 152. Azeued. l. 1. r. 6. l. 5.
n. 3. tit. 6. lib. 1. Recop. Garc. de benef. 5. p. c. 1. §. 4. n. 219. quæ 68
adeò certa sunt, vt iam semel euenerit de electione quadam ab
Vniuersitate facta, coram Pontifice Rom. agitari; qua negle-
cta is qui principis præsentationem meruit, institutionem obti
nuit, vt infrà dicemus.

Secundò, contrà id quod supra diximus, Principem 69
ius patronatus habere, non in certis tantùm Ecclesijs, & dig-
nitatibus, sed in omnibus erectis erigẽdisquè, obstat quod quis
non potest dici patronus Ecclesiæ quę nondum est, cap. ad au-

dientiam 5. de Eccles. ædificand. Corrasius de benef 4. p. c. vlt. n. 131. Respõdeo futuræ Ecclesiæ patronatum non dari quòad effectum seu exercitium, dari tamen posse quòad concessionẽ, vt cum primùm Ecclesiæ prælatiæve creentur, in eis ius patronatus competat, sic Pomponius in l. si seruitus 23 §. futuro, de seruitutibus, vrban. ait: *futuro quoque ædificio, quod nondum est, vel*
70 *imponi, vel adquiri seruitus potest.* dõcte glos. final. d. c. ad audientiam. Sic etiam dicimus ex sola fundi assignatione ius patronatus adquiri, non statim sed Ecclesia perfecta ab ipso, vel ab alio Lambertino art. 9. 4. quæst. princip. 1. p. 1. lib. Garcia de benefic. 5. p. c. 9. num. 39. & 44. & 50.

71 Tertiò obijcies, non constare de prima cõcessione huius Regij iuris patronatus, quæ ab Ecclesiæ Præsule fieri debet, vt vel ex ipsa definitione iuris patronatus apparet cap. nobis 25. cum alijs de iure patronat. hæc obiectio facilè diluitur, nam satis constat de antiquissima concessione ex verbis d. Concil. Toletan. 12. cap. 6. vbi Loaysa in notis expresse scribit, illa omnia ex Romani Pontificis concessione fieri. Pariter etiam probatur ex omnibus supra adductis à num. 8. ac denique ex ipsius principis assertionibus quibus in re adeò antiqua standum receptissima sententia est, quam iu specie cum pluribus defendit Palac. Rubios d. libell. de benefic. §. 9. ad finem conducunt hic plurà quæ de consuetudine & præscriptione fusse scribunt citati supra n. 7.

72 Denique si obijciatur, non constare de reseruatione in specie à Principe facta iuris patronatus in hoc officio. Respondetur facilè, quòd cum constet ex natura ipsius dignitatis ad *Regium* patronatum expectare, nullatenus reseruatio requiritur nam regulare est vt exactibus ius patronatus inducentibus, acquiratur ius patronatus absque vlla reseruatione, nisi expresse renũcietur cap. à nobis 25. versic. *ex eo* vbi not. de iur. patron. Lambertin. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 4. Tusch. liter. I. concl. 600. Garcia de benef. 5. p. c. 9. n. 62.

73 Ex ordine succedit, an Scholæ Magistri officium, pro illa parte qua iudex generalis existit huius studij, Regij patronatus esse debeat, & ab hoc articulo breuissimè me expediam, cũ apertissimè scriptũ sit à Catholicis Regibus, & à Philippo Secundo in l. 16. in princip. tit. 7. lib 1. Recopil. *Porque a nos como Patrones de las Vniuersidades de la dicha ciudad de Salamanca, y Valladolid*

Vtadolid, & Ioãnes Hispan. Rex Secũdus hoc nomine, in quodam priuilegio quod inter Academiæ monumenta seruatur anno 1411. idem exprimit; denique constat ex proœmio const. pagin. 7. Bouadill. libr. 2. cap. 18. numer. 214. vbi hoc ius Regium probat exceptum fuisse in Trident. Sess. 22 c. 8. vers. *etiam quas scholas*; addo, immediatè ratione fundationis, hoc ius patronatus Hispanis regibus quæsitum, siquidem Alfonsus 9. Legionensis Rex, primus Salmanticense studium erexit anno 1200. vt latè probat Chacon in princ. histor. & constitutionũ prologus, quod ignorarũt Camil. Borrel. de reg. Cathol. pr. est. à num. 121. c. 34. Mariana lib. 13. cap. 1. histor. darique ius patronatus in similibus vniuersitatibus, & Scholarium Collegijs, latè probat Lábertinus lib. 1. p. 1. q. 11. art. 14 ad succes. soresque porrigi manifestum est, & affirmauit Palac. Rub. d. libel. de benef. §. 8. cui addendus, Lambertinus lib. 1. p. 1. 2. q. art. 4. num. 11. 74

Postremo huius patronatus tanta iure communi vis est, ac potestas, vt videamus, non solum præsentationem, sed omnimodam electionem iudicum Principibus competijsse, quod satis liquet ex d. authent. habita vbi omnes disputant, qui iudices sic à Principe dati, si clerici essent, vt Episcopus d. authent. nominatus, iurisdictionem in studiosos etiam clericos habebant, saltim ex generali & præsumpta Ecclesiæ & Pontificũ permissione & ipsorum studentium prorrogatione, Abbas d. q. 6. n. 7. ad fin. versic. *aut quæritur*, Socin. d. c. 1. n. 17. de for. competent. Marta de iurisdictione 4 p. casu 40. à n. 4 vbi id probat ex Trident. Sess. 25. c. 6. de reform. 75 76 77

Restat nunc vltima huius officij inspectio, respectu iurisdictionis in laicos studiosos, iuxta quam ex proximè dictis appareret, non solum præsentationem, sed electionem Principi competere d. authent. habita l. 6. tit. 31. p. 2. ibi: *el nuestro juez los deue castigar* l. 3. tit 7. lib. 1. Recop. etenim iurisdictio in laicos studiosos merè secularis & regia est, quis ergo dubitabit Principẽ, posse iudicem eligere? quia tamen hęc vltima inspectio non tàm ad præsentationis ius, quàm ad electionẽ respicit, pro ea parte quę iurisdictio in studiosos sæcularis est, ideo rem hanc fuisse probãdum infra c. 21 omittimus. 78

Illud hic omitti neutiquàm potest, quod ex dictis infertur, scilicet non adeo mixtam sæcularẽ iurisdictionem Ecclesiasti- 79

cx, vt quoad vtramquè præsentatio procedat, sed solum quoad Ecclesiasticam, separatæ enim, etiam in vnius persona, consistere possunt, vnde frustrà presentatione Princeps vtetur, si Regia auctoritate id potest, hanc sententiam approbant, ipsius Scholarum Magistri tituli, cuius verba huic capiti finẽ facient, vbi Rex exprimit: *I por lo que me toca, le doy poder y facultad para vsar la dicha juridicion.*

80 Ex omni parte absoluimus, ad Regiam prẽsentationẽ, Scholarum Magistri officium, pertinere. Sed non potest non addi, ratio quædam in omnium supradictorum confirmationem generaliter tendens, nempè assensus Pontificum, tot præsentationibus ab Hispanis Regibus factis, earumque virtute, institutiones sequutæ, quæ res expressam constitutionis 33. derogationem inducunt, maximè postquam ad annum Christi 1615. lite oborta coram Roman. Pontif. eiusquè Datario, inter Regium procuratorem, & D. Franciscum Arias ab ipso Rege presentatum ex vna parte, & Vniuersitatis huiusce agentes, & eius prẽsentatum D. Ferdinandum Pimentel, Beneuentani Ducis filiú; qua lite latè discusa, & iuris allegationibus hinc inde oblatis, quas ego perlegi, tandem vidimus Regis præsentatum obtinuisse, & ad vltimum vsquè spiritum officium exercuisse; cæteras deinde præsentationes quoties officium vacauerit, factas à Principe, & à Pontifice Summo approbatas non dubium est
81 ius facere, cap. 1. & 2. de confirmat vtil. vel inutil. cap. vt nostrum 56. de appellat. quibus iuribus eleganter hoc vltimum fundamentum comprobatur.

Nec turbet quemquam vers. ille, Pontificiæ institutionis in
82 fra scriptæ, ibi: *Ipsaquè Scholastria de dicto iure patronatus verè, & realiter existat, & non aliàs*; quibus nil iuris Pontifex concedere videtur, amplius quàm quod princeps habet, nam respondeo primùm, id, inter cætera quę in præsentatione narrantur, commiti verificandum Episcopo Salmantino, cui ipsa institutio mandatur; sequutis ergo tot collationibus, satis de iure patronatus probatum erit Episcopo; aut probatum præsumetur; vt collationem faciat, præsertim si prædicta institutione in contentioso iudicio facta exhibeatur. Deniquè prædicta clausula, &
83 si nil iuris augeat, at satis est, quod non adimit, cum iure ipso ius patronatus Principi competat, & ex dictis plenissime, facilimequè satis fit, ijs quæ Vniuersitatis procuratores allega-

bant,

bant, quæ in summa erant, d. constit. 33. & aliqui actus possesso 84
rij, eius virtute exerciti, & præsentationes antea per Reges fa-
ctas, non præiudicasse iuri Vniuersitatis, de quo mentio facta
non erat. Hęc omnia quàm lubrica sint, quis non videt? nã con
stitutionem esse contra ius Regibus quæsitum, iã probauimus;
possessio autem eius virtute quæsita vitiosa fuit, & præscriptio
nẽ iuris regalis respiciens quæ iura regalia maximè iurisdictio-
nalia, in præscriptibilia sunt, l. 6. tit. 29. p. 3. vbi Greg. Lop. l. 1.
in fin. tit. 15. lib. 4. Recop. vbi Azeued. n. 36. Valasco de iure
emphit. q. 8. n. 36. plures refert Bobad. lib. 2. polit. c. 16. n. 218.
vers. *y porque*, imò abundat hæc responsio cũ nec regularis præ- 85
scriptio probata fuisset legitimè. Denique subreptio, obreptio-
ve subsanata fuit contentioso iudicio sequuto, l. 1. §. sed si, de re-
gijs, cum alijs.

Nec omitendum est A Egidium Gundisaluum in Salmanti- 86
censi, histor. lib. 2. c. 7. fol. mihi 89. scripsisse hanc dignitatem
Scholarum Magistri pertinere ad Regiũ patronatum, postea-
què addit concessionem à Greg. 13. factam, qui ad Philipi II.
tempora Cathredam tenuit, cuius concessionis eam esse virtu-
tem & naturam intelligere debes, vt potius confirmatio, decla-
ratio, seu instrumentum pristini iuris, quã noua Pontificis gra-
tia videatur, vt in cæteris dignitatibus Regij patronatus euenit
& omnes supra n. 6. citati scribunt.

Accipe nunc exemplaria Regię presentationis institutionis 87
Põtificiæ, & Regij præcepti, vt institutio exequatur; in quibus
formulas eligẽdi Scholarũ Magistri habebis mihi exhibitas ab
ipso D. D. Hieronymo de Auellaneda nũc Academiã moderã
te morum sanctitate, & iustitiæ cœlo, viro verè magno,

EL REY.

MARQVES *de Castel Rodrigo primo: auiendo vacado la Maestrescuelia de Salamanca, que es de mi patronazgo Real, por fallecimiento del Doctor don Gabriel de Cespedes, y siẽdo necessario nombrar para ella, persona de autoridad, virtud y letras, y experiencia en materia de judicatura por ser tan grande la que exerce el Maestre Escuela, y concurrir todas estas, y otras buenas cali-*

calidades en el Licenciado don Geronimo de Auellaneda y Maurique, Clerigo presbytero, Alcalde que ha sido de mi Casa y Corte, le he presentado à esta Maestrescolia: yo os encargo y mando, que en mi nombre, y como patron della le nombreys à su Santidad, y pidays, y supliqueys mãde se le despachen sus Bulas en la mas cumplida, y fauorable forma que se ayan despachado à sus predecessores: las quales embiareys à manos de Antonio Alosa Rodarte de mi Consejo, y mi Secretario, que en ello me seruireys. De Madrid à veynte y dos de Henero de mil y seyscientos y treynta y dos. IO EL REY. Por mandado del Rey nuestro señor, Antonio Alosa Rodarte.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectõ filio officiali venerabilis fratris nostri Episcopi Salmantini salutem, & Apostolicam benedictionem, vitæ ac morum honestas aliaquè laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus dilectus filius Hieronymus de Auellaneda & Mãrique Clericus Toletanæ Diœcesis, seu alterius ciuitatis, vel Diœcesis, apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducũt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales, cum itaquè sicut accepimus Scholastria Ecclesiæ Salmantinæ, quæ de iure patronatus charissimi in Christo filij nostri Philipi Hispaniarum Regis Catholici, ex fundatione, vel dotatione, aut priuilegio Apostolico, cui nõ est hactenus in aliquo derogatũ fore dignoscitur, & quam quòndam Gabriel de Cespedes Scholasticus dictæ Ecclesiæ dum viueret obtinebat, per obitum dicti Gabrielis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremũ vacauerit, & vacet ad præsens. Nos volentes dictum Hieronymum, qui ad dictam Scholastriam, vt præfertur vacantem à dicto Philipo Rege nobis præsentatus fuit, præmissorum meritorum suorũ intuitu fauore prosequi gratioso ipsum què Hieronymum à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti alijsquè Ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodòlibet innodatus existit ad effectum presentium dum taxat consequendum harum seriè absoluentes, & absolutum fore censentes discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si per diligentem examinationem dictum Hieronymum adhoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam

tuam onera nus, Scholastriam prędictam quæ in dicta Ecclesia dignitas, non tamen post Pontificalem maior existat, ac cuius & illi forsam annexorum fructus, redditus, & prouentus vigin ti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum, vt dictus Hieronymus asserit non excedunt, siue ad præsens, siue aliàs quouis modo, aut ex alterius cuiuscumquè persona, seu per liberam resignationem dicti Gabrielis, vel cuiuslibet alteriùs de illa extra dictam curiã, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem fœlicis recordationis Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri quæ incipit execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici ordinaria authoritate collati vacet, etsi tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem Apostolicam legitime devoluta ipsaquè Scholastria dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat eiquè cura iurisdictionalis immineat animarum super ea quoquè inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datarum præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum, ipsaquè Scholastria de dicto iure patronatus verè, & realiter existat, & non aliàs cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Hieronymo authoritate nostra cõferas, & assignes inducens per te, vel alium, seu alios dictum Hieronymum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Scholastriæ & annexorum iuriumquè, & pertinentiarum prędictorum, & defendas inductũ, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens Hieronymum, vel pro eo procuratorem prædictum ad Scholastriam huiusmodi, vt est moris admitti, sibiquè de illiùs, ac annexorum eorundem fructibus redditibus prouentibus iuribus, & obventionibus vniuersis integre responderi, contradictores authoritate nostra prædicta appellatione postposita cõpescendo nõ obstantibus pię memori Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac dictæ Ecclesię, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliæ roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumquè, aut si alicui super prouisionibus, sibi faciẽdis de dignitatibus dictæ Ecclesiæ specialis, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictę Sedis, aut legato

rum

rum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem re
seruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit proces-
sum, quibus omnibus dictum Hieronymum in assecutione di-
ctæ Scholastriæ volumus anteferri, sed nullũ per hoc eis quo-
ad assecutionem dignitatum, vel beneficiorum alio. um præiu-
dicium generari, seu si venerabili fratri nostro Episcopo, & di-
lectis filijs Capitulo Salmantino, vel quibusuis alijs communi
ter aut diuisim ab eadem sit Sede indultũ, quod ad receptionẽ,
vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli,
aut quod interdici suspendi, vel excommunicari possint. Quod
què de dignitatibus dictæ Ecclesiæ, vel alijs beneficijs Eccle-
siasticis ad eorum collationem prouisionem præsentationem,
seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spe
ctantibus nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non fa
cientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indul-
to huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgen
tia generali, vel speciali cuiuscumquè tenoris existat, per quam
præsentibus non expressam, aut totaliter nõ insertam effectus
earum impediri valeat quomodolibet vel diferri, & de qua cu-
iusquè toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specia-
lis, seu si dictus Hieronymus præsens non fuerit ad prẽstandũ
de obseruandis statutis, & consuetudinibus dictę Ecclesiæ so-
litum iuramentum, dummodo in absentia sua per procurato-
rem idoneum & cum ad dictam Ecclesiam accesserit, corporali
ter illud præstet. Volumus autem quod dictus Hieronymus in
tra annum proximum à data præsentium computandum Ma-
gister in Theologia, aut doctoratus, vel licentiæ iure indecre-
tis gradum quatenus illum hactenus non susceperit in aliqua
approbata Vniuersitate studij generalis præuio riguroso exa-
mine ac aliàs seruatis seruandis suscipere omnino teneatur, alio
quin dicta Scholastria vacet eo ipso. Et insuper si dictus Hie-
ronymus ad hoc repertus fuerit idoneus, vt præfertur, ex nunc
perinde irritum decernimus & innane, si secùs super his à quò
quam quauis authoritate scienter, vel ignoranter attentari con
tigerit, ac si à die datæ earundem præsentium dicto Hierony-
mo ad id reperto idoneo de dicta Scholastria eum interpositio
ne huiusmodi decreti mandauissemus prouideri. Datis in Arce
Gandulfi, Diœcesis Aluanen. Anno Incarnationis Dominicæ 1632. 4. nonas Maij, Pontif. nostr. anno 9. S. Bastonus.

EL REY.

REVERENDO en Christo Padre, Obispo de Salamanca, de mi Cõsejo, y Venerables Deã, y Cabildo de vuestra Iglesia, y Rector, Consiliarios, Diputados, y Claustro del Estudio, y Vniuersidad de aquella Ciudad, y â otras qualesquier personas â quien lo contenido en esta mi cedula toca, ò puede tocar en qualquier manera: ya sabeys que auiendo vacado la Maestrescolia de essa Iglesia, y Vniuersidad, que es de mi patronazgo real, por fallecimiento de don Gabriel de Cespedes su vltimo posseedor, teniendo delante la virtud, letras, y otras buenas partes que concurren en la persona del Licenciado don Geronimo de Auellaneda Manrique Clerigo presbitero, Alcalde que ha sido de mi casa, y Corte le presentè â ella, y su Santidad en virtud de mi presentacion le mandò dar, y dio sus bulas dello, las quales presentò ante mi, y me suplicò, y pidiò por merced le mandasse dar mis cartas executoriales dellas, y auiendose visto en mi Consejo de la Camara, lo he tenido por biẽ, y por la presente os ruego, encargo, y mando, que veays las dichas bulas que por parte del dicho don Geronimo de Auellaneda os seran presentadas, y al tenor, y conforme â ellas le deys, y hagays dar â el, ò â la persona que su poder tuuiere la posseсion de la dicha Maestrescolia, y le ayays, y tengays por Maestrescuela de essa Iglesia, y Vniuersidad, acudiendole, y haziendole acudir con los frutos, rentas, prouentos, emolumentos, derechos, propinas, y otras cosas â la dicha Maestrescolia anexas, y concernientes, y lo dexeys, y consintays vsar, y exercer la jurisdicion Escolastica, Ecclesiastica, y seglar perteneciente â la dicha Maestrescolia, por si, y sus oficiales, y ministros en aquellas cosas, y casos que segun derecho, y cõforme â las dichas bulas, leyes de estos mis Reynos, visitas, y reformaciones de la dicha Vniuersidad deue, y puede vsar, y le guardeys, y hagays guardar todas las honras, gracias, preeminencias, prerrogatiuas, è inmunidades que como â tal Maestrescuela deue auer, y gozar, y le deuen ser guardadas, segun que mejor, y mas cũplidamente se guardo, y deuio guardar, y acudir con todo ello al dicho D. Gabriel de Cespedes, y â los otros Maestrescuelas que antes del fueron de essa Iglesia, y Vniuersidad, que yo por la presente recibo, y he por recibido â la dicha Maestrescolia al dicho D. Geronimo de Auellaneda, y por lo q̃ me toca le doy poder, y facultad para vsar, y exercer la dicha jurisdicion, y los vnos, ni los otros no hagays cosa en contrario en manera alguna. Fecha en Madrid à 19. de Iunio de 1632. años, YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro señor Antonio Aloso Rodarte.

De iurisdictione ordinaria, & territorio iudicum studiosorum.

Caput nonum.

1 IVDICES studiosorum à lege iurisdictionem habere, idcirco quòd iudices ordinarios esse, ex d. authentic. habita satis liquet, & in Magistris Rectore & alijs scribit Salicet. d. authent. num. 20. Rebuf. priuil. 69. & 71. & 158. Marta de iurisd. 4 part. cent. 1. casu 39. Lutius priuil. 65. Barbosa cum pluribus, l. 1. art. 1. num. 129. de iudic. Palac. Rub. & alij relati sup. cap. 6. per tot.

2 Vnde fit vt cum iurisdictio præceptorum, transfusa sit in Scholæ Magistrum vt diximus, ordinaria etiam sit, ipsequè iudex ordinarius, & ita nullo adducto iure, siue authore scripsit Basilio de matrimonio, lib. 5. cap. 12. num. 8. Bouad. lib. 2. cap. 18. num. 214. Parlador. different. 129. num. 6. sed proculdubiò res est, si addamus, & à Pontificibus, & à Regibus nominàtim iudicem ordinarium huius studij designatum; de Pontifice est constitutio 6. Martini V. ibi: *Quod Scholasticus ipse, qui est iudex ordinarius studij*, & constitutione 33. ibi: *Et index ordinarius ipsius Vniuersitatis existat.* De Rege vero extant duo Ioanis Hispani Principis rescripta, fol. 338. dictarum constitutionum, in prima, ibi: *Cuyo conseruador, è Iuez ordinario es*; in secunda ibi: *Iuez ordinario que es de los Doctores nobles, y Estudiantes del dicho Estudio.*

3 Nec obstat, quòd territorium non habere Magistratus Academicos, scripserint, Bald. & alij plures relati à Boerio, decisione 227. num. 16. Palac. Rub. in cap. per vestras 2. notabil vers. *sed est pulchra*, num. 26. Ossuald. lib. 17. com. cap. 9. liter. C. Barbos. l. cum Prætor 12. §. 1. num. 46. de iudic. quo fundamento leuiter motus Zasius, l. 2. de orig. iuris negauit, iudicem studiosorum ordinarium esse, sed innominatum vocari debere.

4 Nam etsi responderi posset, non requiri ad essentiam ordinariæ iurisdictionis territorium, prout communiter testantur prædicti interpretes, & in specie Bald. d. authent. num. 48. latè Monet.

net. de conseruat. cap. 7. à num. 41. adhuc tamen, & verius, & elegantius respondendum existimo, studiosorum iudices, non 5
solum ordinariam iurisdictionem, sed territorium habere: dupli
citer sumitur territorium, primò, pro ipsa ditione seu prouincia,
quæ alicui gubernanda committitur, & (vt ita dicam) pro ipsa
regione, vt in l. pupillus 239. §. territorium de verb. significat.
l. cæteru 41. §. sed si quid, vers: *sed videamus*, de legat. 1. l. duum
virum 53. C. de decur. lib. 10. l. nulli 28. §. quod si in vico, C. de
Episcop. & cler. & Prouinciæ forma appellatur, ab Vlp. in l.
7. §. 1. de interdict. & relegat.

Secundò, accipitur territorium, non pro ipsa subiecta & li- 6
mitata prouincia, sed pro certis finibus, intra quos in certas per
sonas iurisdictio est; sic territorium latius patet, & accipitur
pro loco quo circumscripta est iurisdictio, etsi non sit territo-
rium ipsum commissum, sic in ipsa vrbe Romana, erant plures 7
iudices, singuli diuersis causis præpositi, & hoc sensu accipien- 8
da est, l. fin. de iurisdictione; eodem sensu districtum accipere 9
oportet, lib. 1. fœudorum, tit. 5. vers. fin hoc ergo eodem sen-
su rectè dicemus, studiosorum iudicem territorium habere cir-
cumscriptiue, (vt loquuntur) respectu personarum in quas iu
risdictionē exercet, sic in specie tenet Ossuald. d. lib. 17. com.
cap. 9. lit. C. contra Vulteium Bocerium, & Stephanum, cu-
ius authoris sententia adeò certa mihi videtur, vt in nostra cæ-
terisquè Academijs, eam legem habentibus ne vltra certum
dietarum numerum extrahi possint rei; absquè dubio sit, non 10
solum territorium circumscriptum, sed & materiale, & limita-
tum habere Scholæ Magistrum; siquidem id ex diætarum ob-
seruatione constituitur, latè probat Moneta de conseruator.
cap. 7. num. 42. & sic omnino conueniunt verba, d. l. pupillus
§. territorium, ibi: *Quod Magistratus intra eos fines terrendi, idest
submouendi ius habet.*

Ex dictis infertur, primò, prædictos interpretes, iudicibus 11
studiosorum territorium negantes, aut errasse, aut accipiendos
esse, de territorio illo materialissimo, nempè quãdo prouincia,
aut ciuitas limitata committitur, seu mandatur.

Secundò deprehenditur insignis Baldi error, relati & sequu 12
ti à Boerio, d. decissione 227. num. 16. scribentis, studiosorum
iudices, suas sententias exequi non posse, cũ territorio careant,
siquidem vt probauimus, territoriũ habent, idcircoquè & exe-

cutionem habebunt. Quinimò & si daremus Bald. & sequaces de territorio materiali sentisse, adhuc absurdissime inferrent, ex eo quod simile territorium non haberent, suam sententiam exequi non posse, cum perspicuum sit sufficere territorium circumscriptum, vt nuper diximus.

13 Denique iudices delegatos nemo negabit exequi posse suas sententias, text. elegans in cap. præterea de officio delegat. & tamen neque Bald. ipse diceret, territorium materiale, delegatum iudicem habere; inemini, me hanc eamdem Baldi sententiã improbasse suprà, ibique retulisse Abbatẽ & alios, qui nobiscùm sentientes, Baldum & cæteros reprehendunt, vnde inibi scripta hic omnino repetenda erunt, adde Monet. de conseruator. cap. 8. à num. 244. vbi diffuse de executione sententiæ: cõ

14 seruatoris, & delegati. Vno modo cogitabam excusari posse Baldum, si eum acciperemus, de iurisdictione illa quæ præceptoribus omnibus in d. authent. habita, tribuitur, qua quilibet præceptor studij generalis vti poterat, & qua se vsum fuisse testatur Rebuff. priuil. 158. hoc enim casu, non ob territorij defectum (nam in hoc semper falsa erit Baldi opinio) sed ob penuriam tribunalis, lictorum, & fasciũm, non tàm ius exequendi deficeret, quàm manus siue executio ipsa; vnde opus omnino esset, vt ordinarius loci iudex requisitus, auxilium ministraret, executionemque ad effectũ perduceret, iuxta ea quæ scripsimus, dict. cap. 6. à num. 85. supra, Monet. d. cap. 8. num. 245. de conseruator. nec dissimile exemplum, prestat nobis, l. Episcopale 8. C. de Episcopal. aud. qua executio sententiæ, ex pro

15 rogatione inter laicos, prolatæ ab Episcopo, ordinario loci cõmittitur, quia eo tempore, Episcopi neque tribunal, neque manum habebant, qua suas sententias executioni mandarent, post quàm tamẽ familiam, & lictores habent, poterunt eas ipsi Episcopi exequi, vt ex Mariano, Socino, & alijs explicat Barbosa

16 l. 1. art. 5. num. penult. & final (etsi apud nos, tàm prorrogatio iurisdictionis, quàm executio, vix est vt procedere possit, obstante l. 10. & 15. tit. 1. lib 4. Recopilation. Trident. Sessione 25. cap 3. de reformat.)

17 Quàmplures alias quęstiones de territorio, eius ethimologiã, naturam, & species legere poteris præter ordinarios, d. l. fin. de iurisdictione, & l. 239. de verbor. signific. apud Barbos. d. l. 1. art. 5. à n. 29. & l. 12. §. 1. à n. 43. de iudic. Marc. Varr. lib. 4. de ling. latin. & ibi Turnebum. Sicul. Flacc. de condition. agror.

Ser-

Seruium ad 5. AEneid. Cuiac. l. duumvirũ, 53. C. de decurion. Anton. Fabr. & Goueau. d. l. fin. Forcatol. Neciomant. dialog. 73. Petr. Greg. lib. 47. syntag. c. 21. Hieron. de Mõte de finibus regũd. c. 11. & 12. Vulteiũ l. 1. à n. 8. C. de iurisd. Martã de iurisd. p. 1. c. 47. Scipio. Gẽtil. lib. 3. c. 23. Ossuald. d. lib. 17. c. 9. liter. C. d. & F. Moneta de conseruator. cap. 7. à num. 41. 18

Sunt præterea quæstiones aliæ de territorio, nostro tractatui admodum propiæ, quæ huius capitis videbãtur, sicuti illa, intra quos fines ius dicere possint studiosorum iudices, an certo & solemni loco, an vero vbilibèt dummodo sit intra suæ iurisdictionis limites, an possint cognitionibus destinatum locũ mutare, & denique à quibus prouincijs relegare possint; quia tamẽ hæc omnia rectè doceri nõ possunt, nisi priùs cognita horũ iudicũ iurisdictione, quæ Ecclesiastica, quæ secularis sit, itẽ an cõseruatores, executores, aut delegati sint, iudices studiosorũ, præter munus ordinariæ iurisdictionis, quod iã diximus habere; ideò hæc & similia, infra suo loco tractãda relinquimus.

Scholarum Magistrum esse præterea executorem, & conseruatorem iudicem.

Caput X.

NON solũ ordinarius studiosorũ iudex est Scholarũ Magister Salmãticẽsis, sed etiã specialis executor, itẽ & cõseruator; de quib⁹ duob⁹ muneribus executoris scilicet, & cõseruatoris in præsentiarũ agere in animo est, ita tamẽ vt illa solũ attingã quæ tractationis nostræ propria, imò & necessaria fore crediderim; agã vero in pluribus, simul de vtroquè munere, quia inter se summe conueniunt & assimilãtur, vt ex infra dicẽdis apparebit. Scire ante omnia oportet hæc duo munera ab Scholæ Magistro exerceri, & Põtificali authoritate, & Principali cõcessione, ab vtroquè enim Principe & Ecclesiæ & mundi, iurisdictionem habet, vt suo loco dicemus. 1

Et primò à Põtifice executorẽ datũ cõstat ex cõstitutione 33. vers. *itẽ quia parũ prodesset*. Conseruatorẽ verò ex Eugeniana fol. 77. Regia concessio Catholicorum Regum extat in l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopilation. ante caput 1. versicul. *que por ser*, & c. 1. per tot. Nũc sucedit scire, qualis quãtaq; iurisdictio, prædictis cõcessionibus tribuatur; & legẽti cuiq; patebit, executo- 2

ris munus ex d. const. 33. adid solum prodesse, vt *omnia & singula Vniuersitatis priuilegia custodiri & exequi faciat, remota appellatione compescendo quoscunque contradictores, etiam Pontificali, (idest Episcopali, Archiepiscopali & similibus dignitatibus) constitutos, quamuis de Vniuersitatis gremio non sint.* Conseruatori autem potestas multò amplior datur dicta Eugeniana, pag. 79 iuncta conseruatoria Innocentij, pag. 85. *Nam eadem cognoscendi facultas, contra quoscunque, cuiuscunque dignitatis existant, conceditur, non solum in statutorum, seu priuilegiorum causis, sed in omnibus studiosorum litibus, siue actiones reales, siue personales contineant, & denique super quibuscunque molestijs, iniurijs, & damnis in ipsos cõmissis, summarie simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, appellatione remota.* Hæc omnia quibusdam exceptis approbantur, d. l. 18. per totam maximè, d. cap. 1. tit. 7. lib. 1. Recop.

6 Hoc posito summe expedit videre, quid quantumuis, his cõcessionibus executoris, & conseruatoris, addatur, aut detrahatur ordinariæ Scholarũ Magistri iurisdictioni; nã si id cognouerimus, statim sciemus, quando vt ordinarius, quando vt executor conseruatorve procedat, ex qua cognitione plurimi iure effectus oriuntur; Ergo vt rem perstringam dico primò, iurisdictionem ordinariam posse augeri, aut minui respectu personarum, vel causarum, vel denique respectu cognitionis, quã procedendi formam, vocant. Videamus de singulis.

Circa personas quid iurisdictioni ordinariæ addant muneraexecutoris, & conseruatoris Academici.

Caput vndecimum.

1 CIRCA personas primum, ordinaria iurisdictio aucta admodum videtur, in eo quod: *Scholarum Magister possit inhibere in causis studij, omnes alios iudices, quicunque sint, pariterque omnes suam quomodolibet iurisdictionem imperantes cuiuscunque conditionis existant, reuocantur denique qualibet priui-*

le-

silegia exemptionum, priuilegio study contraria, siue singularibus perso-
nis, siue in dignitate constitutis, siue alijs Vniuersitatibus concessa. Et cer- 2
te videntur hæc omnia iurisdictioni ordinariæ addita, rem pri-
mo obtutu inspicienti, quam sententiam viris doctis Salmanti
censibus placuisse video; sed an iure, dubito; nam didici, iudices 3
ordinarios, maximè maiores Magistratus aduersus omnes a-
lios suam iurisdictionem impedientes (siue iudices etiam sint
siue priuati aut alias exempti) potestatem iure ipso habere, eo
enim solo, quod ordinario iudici impeditur iurisdictio, is qui
impedit, eius forum sortitur, cap. 1. de pœnis lib. 6. cap. dilecto 4
de sent. excom. eod. lib. melius & expressius, l. 1. precipuè ver-
sic fin. iuncta gloss. verb. *potentiore*, C. ne liceat potentior, l. 1. 5
C. vbi Senator. vel clariss. *Permissum est enim iurisdictionem suam*
pœnali iudicio defendere, l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemp. ne
alias iurisdictio illusoria reddatur, inde est vt concessa simpliciter iurisdictione, hęc omnia videatur cõcessa, l. 2 de iurisdictio 6
ne, cap. pręterea, cap significasti, cap. prudentiam 21. §. fina
li de offic. delegat. ea denique omnium sententia est, latiùs dis-
cusa ab ordinar. in cap. 1. per illum textum de offic. de legat.
maximè Barbatia, num. 13. Bouad. cũ pluribus lib. 2. cap. 17.
num. 87. & latius, cap. 21. num. 82. & sequenti, Lapus allega-
tione 55. num. 6. Federicus de Senis, consil. 145. num. 2. Tus-
chus, verb *iudex*, cõclusione 438 faciunt dicta supra de Recto
ris jurisdictione ad vindicandam iniuriam sibi factam ratione
officij, cap. 6.

Quibus motus asseuerare ausim, nihil speciale addi iurisdi- 7
ctioni Scholarum Magistri, seu cuiusuis ordinarij studiorum
iudicis prædictis, conseruatoris, & executoris literis, in hoc sci
licet, quod ad personas attinet, suam iurisdictionem impedien-
tes, aut statuta priuilegia ve studij non custodientes, nam in cau
sis, & ordine cognitionum, non dubium est quin augeant ordi-
nariam iurisdictionem, vt mox dicemus. Quod si interroges ad 8
quid personarum & exemptorum facta mentio in prædictis cõ
cessionibus? elegãter respõderi potest, quòd ad dubiũ de ordi-
naria potestate tollẽdũ, & ita, si forte specialis concessio requi
ratur: quod fieri solere probat singulariter, d. l. 1. C. ne liceat
potentior, ibi: *Nec metuas, ne præiudices clarissimis viris cum Diuus*
Claudius huius rei Rectorem Prouinciæ disceptatorem, etsi res postula-
ret vltorem specialiter fecerit. Hinc etiam intelliges, quod passim 9

cano-

canones, & Trident. Concil. Episcopis committunt causas in quibus aliàs iurisdictionem habent, & addunt vt tanquam Sedis Apostol. delegati id faciant, intelligitur enim si id opus sit adeò vt nihilominus iurisdictio ordinaria maneat in omni eo
10 quod antea erat, latè cum pluribus Zeuallos, *de las fuerças*, 2. p. qu. 1. §. 15. per totam. Secundo Respondeo, quod cum in prædictis literis alia exprimantur summe ordinariam iurisdictionẽ augentia, vt mox videbimus, voluerunt Pontifices ea personarum expressione explicare, vt eas omnes personas, iurisdictio aucta, & iurisdictionis forma comprehenderet.

11 Illud personarum genus negari non potest hisce priuilegijs comprehendi, quod tamen in iurisdictione ordinaria comprehensum non erat, nempè, si ponamus, iudicem siue exemptum aliquem virtute rescripti, quod iurisdictioni ordinariæ Scholarum Magistri derogaret, obstaret ve, cuiusquè concessio posterior esset Martini Pontificis, & Regum Hispaniæ, concessionibus, anterior vero Eugeniana, aut cæteris conseruatorijs; hoc vno casu & si quis similis excogitari potest, Eugeniana aut cæterorum Pontificum conseruatoriæ proderunt, tanquam posteriores, & omnibus anterioribus abrogantes, de quare videnda sunt omnino quæ inferius dicemus de studioso cum alio priuilegiato concurrente.

12 Tentari denique posset id etiam addi prædicta conseruatoria, quod scilicet eius virtute, possit Scholarum Magister cæteros iudices inhibere; non cæteri ipsum; quod nihil aliud est quam si diceremus ad eum expectare vt cognoscat an sua sit iurisdictio. Sed hoc vt iudex ordinarius eodem modo habet, quia priuatiuam iurisdictionem exercet Bouadilla lib. 2. cap. 19. nu.
13 36. cum Germonio lib. 3. de sacror. inmunit. cap. 15. *num.* 57. pag. 243. ego addo, posse contingere Scholarum Magistrum, eodem tempore Episcopum, aut alium similem inhibere, & excõmunicare, ipsequè ab altero; quo casu, Superiori vtriusquè remittenda res est, isquè iuste compescuisse, & processisse dicetur, cui superior causam remisserit.

Qua

Quæ cauſæ addantur ordinariæ iuriſdictioni Scholarum Magiſtri, ob munera Executoris, & Conſeruatoris.

Caput XII.

VIdimus de perſonis, nunc videamus de cauſis, qualiter circa eas iuriſdictio ordinaria augeatur; & quidē ſi reus ſit ſtudioſus, certum eſt nil addere, aut detrahere prædicta priuilegia quòad genera ſcilicet cauſarum, nam Scholarum Magiſter id cum cæteris ordinarijs iudicibus commune habebat ante Conſeruatoriam Eugenij, vt ſtudioſi cæteriquè ſuæ iuriſdictionis, conueniri nō niſi coram ipſo poſſent: actores verò ſi non contra alium ſtudioſum eiuſdem Vniuerſitatis, ſed aduerſus alterius fori reos eſſent, priuilegium ceſſabat; quia ſolis ſtudioſis reis conceſſum erat; non etiam actoribus, quātùmuis ob iniurias ipſis illatas accuſantibus, vt probat d. authentic. habita, verſ. *qui aliquem*, iuncto ibi: *Et etiam ipſis locorum rectoribus*, apertius l. 7. verſ. *mas ſi el Eſcolar*, tit. 31. part. 2. Baldus d. authentic. num. 26. Salicetus num. 20. Curtius Iun. l. 1. §. ſi quis num. 8. ff. quod quiſquè iur. Horat. Lucius de priuileg. Schol. priuileg. 66. limitatione 9. Oſſualdus ad Don. lib. 17. cap. 20. lit. E. nec amplior poteſtas à Martino V. data eſt conſtitutione Salmantina 22. in principio, cuius inſcriptio eſt *de iuriſdictione Scholaſtici*, nam cum ad eum pertinere ſtatuat omnes cauſas inter ipſos de Vniuerſitatis gremio, addit: *Vel aliys contra prædictos motas, & pendentes, ſiue quas moueri, &c.* (Ex quibus verbis leue mendum expungendum eſt typographi incuria forte commiſſum, nam ibi: *Vel aliys contra prædictos*, legi debet, *vel ab aliys contra prædictos motas, &c.*) Ecce ergo is tantùm caſus exprimitur quo litem cōtra ſtudioſos alij alterius fori mouēt, nō quo ipſi alios cōueniūt, iure ergo cōmuni, & iuriſdictione ordinaria inſpecta ſtudioſ⁹ actor forū rei ſequitur capitq; eū

regula l. criminali, C. de iuriſd. omn. iudic. c. cum ſit generale, de for. compet. Sed huius regulæ vis conuellitur frangiturque conſeruatoriæ iuriſdictionis inſigni admodum priuilegio ferè omnibus ſtudijs generalibus conceſſo, quo ſtudioſus actor reum ad ſuum iudicem trahit vt diximus, & probatur d. Eugeniana, & d. l. 18. Rebuf. priuil. 161. & 162. & hoc quamtumuis exemptus ſit reus, cum vniuerſa exemptionis priuilegia reuocentur d. conſtitutione, de quo tamen etſi forte æquè, aut plus priuilegiatus concurrat, vide quæ alibi aptiori loco fauente Deo ſcripturi ſumus. Fortè hæſitabit aliquis cur hoc priuilegium ad cauſas non ad perſonas referamus, nihil tam facile: quia iuriſdictio non tàm ad perſonas extenditur nouas, quàm ad nouas cauſas earundem perſonarum, ideſt ſtudioſorum, non enim fauore rei, imo graui iactura priuilegium datur, ſed fauore actoris ſtudioſi, & ne ab ſtudijs auocetur, vt longè præfantur ipſa reſcripta; at ſtudioſorum perſonæ ſemper iuriſdictionis Scholaſticæ ſunt ſi conueniantur, nunc additur, etiã ſi agant; ergo iuriſdictio quòad cauſas augetur principaliter, non circa perſonas, etſi incidentèr reos alteriùs fori, ſtudioſorum tribunali ſubijci fatendum ſit.

Quid circa iudiciorum formam addatur iuriſdictioni ordinariæ, & præcipuè circa appellationes recipiendas, vel non, & ſummariam cognitionem.

Caput XIII.

RESTAT nũc, vt de tertio genere deſpiciamus quid ſcilicet Cõſeruatoris, & Executoris cõſtitutio addat, mutetve, circa ordinem cognitionis. Duobus clauſulis in Salmanticenſis ſtudij conſtitutionibus inſertis, comprehenditur omne id quod iudiciorum ordini additur detrahiturve. Prima eſt, *vt appellatione remota*, Secunda, *vt ſummariè & de plano ſine ſtrepitu, &c.* procedatur, de quibus ſingulis agemus.

Quid

Quid iure communi obſeruetur circa deferendam appellationem in cauſis ſtud. oſorum.

Caput XIIII.

VT ſupradictę clauſulæ perfectè percipiantur, priùs nō to, iure communi, omni remoto priuilegio, circa appellationem ſtudioſi duas eſſe inſpectiones. Prima, quando ſtudioſus appellat. Secunda, quando à ſententia lata in fauorem ſtudioſi appellatur. In prima receptiſsimum eſt, ſtudioſum indiſtinctè appellare poſſe ab omni grauamine, etiā ante diffinitiuam, hoc eſt ab interlocutoria, quod interpretes probant ex d. authentic. habita, ibi: *Eos ab omni iniuria defendamus*, ob quę verba hanc ſententiam tenuerunt Baldus ibi num. 14. Salicetus num. 26. Cinus num. 13. & alij, Maranta de ord. iudic. 2. actu princip. num. 361. Abbas quæſtion. 6. num. 12. Horatius Lucius priuil. 72. Rebuf. priuil. 163. Oſſual. lib 28. com. cap. 6. liter. O O. ad fin. Hæc ſententia mihi falſa videtur, & verius credo, nihil priuilegij in hac parte ſtudioſum habere iure communi inſpecto, moueor quia nulla eſt lex quæ id tribuat, & ceſſante lege tutius & verius eſt, ſi dicamus, ijſdem mer caſibus appellare poſſe ſtudioſum, quibus priuatus quilibet poteſt, & ijſdem prohiberi, ergo à diffinitiua regulariter appellabit quòad vtrumquè effectum ſtudioſus, ſiue cum alio alterius fori, ſiue cum ſtudioſo litem habeat, niſi expreſſe à iure prohibeatur; ab interlocutoria verò non item, niſi irreparabilis ſit executio, aut aliàs vim diffinitiuæ habeat, iuxta not. in l. 2. C. de Epiſcop. aud. l. penult. ff. quorū appellat. c. vt debitus 59. de appellat. nec nobis fas eſt caſus enumerare, quibus appellatio habeat locum, vel non, cum ad tractatum noſtrum nupèr tradita regula ſufficiat, quod ſcilicet ſtudioſus vt priuatus quilibet iudicandus ſit, cætera reperientur apud ſcribentium integra volumina, qui de appellationibus ad faſtidium ſcripſerunt.

Nec retenta hac ſententia contra communem, quidquam oberunt, verba illa dictæ authenticę, *ſpeciali quadam dilectione eos ab omni iniuria defendamus*, nam quid comprehendat ſpecia-

lis ea dilectio facile explicatur à versic. *hac igitur*, vbi nullum verbum de appellatione recipienda, neque ab hoc sensu differentium: Cuiacius, Donellus, Gisanius, & cæteri nouiores, dum affirmant, priuilegium d. authenticæ in duobus tantum consistere. Primum in protectione Imperatoris. Secundum in iudicum specialium constitutione; de effectu appellationis ab antiquioribus cõfecto, nemo quidquam sentit; fauet etiam l. 2. tit. 31. part. 2. 2. vbi d. authentica transcribitur, nec quidquam exprimitur de appellatione.

7 8

9 Secundà inspectio est quando à diffinitiua, siue interlocutoria in fauorem studiosi prolata, aduersarius appellat, in qua Horatius Lucius, priuileg. 74. Petr. Greg. relatus ab Oss. lib. 28. c. 6. lit. K K. minus rectè scripserunt, indistinctè à sentẽtia lata in Scholariũ fauorẽ, nõ posse appellari, quod vel ex ipsis testimonijs, ab ipsismet pro sua sententia adductis abunde conuincitur, solũ enim loquuntur, quãdo agitur de expellẽdo Fabro, 10 vel alio obstrepente iuxta Scholas, vel domos Scholariũ, aut 11 alijs casibus specialibus; ergo & hic etiam dicamus, regulariter sententiam pro studioso latã appellatione suspendi, siue cũ eo qui alterius est fori, siue cum commilitone litiget, nisi in casibus expressis; quorũ probatio ipsi studioso executionem petenti 12 incumbet, & sic singulariter notauit Scaccia de appellat. d. q. 17. in princip. n. 4. cum Socino, & alijs.

13 Licèt autem regulariter in hac secunda inspectione verius sit, vt in prima, nihil iure communi differre studiosos à cęteris priuatis, tamen plures sunt casus quibus specialiter fauore studiosorum appellare non licet, inter quos notissimus ille de fa- 14 bro expellendo, aut alio quocumquè, etiam socio studioso obstrepente, de quo l. 1. in fin. C. de studijs liberal. vrb. Rom. Doctores l. 1. gloss. fin. solut. matr. maximè Iass. n. 45. Horat. Lucius cũ pluribus, d. priuil. 74. Rebuf. priuil. 6. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. mẽbr. 2. n. 36. & limit. 7. sub n. 13. pro materia latè Rebuf. priuil. 3. vbi in studioso infirmo, & quid si dom⁹ 15 propria fabri sit, & an interesse soluẽdũ expulso, & n. 6. in fętidis odoribꝰ, Ant. Gom. l. vlt. Taur. n. 17. vers. *decimũ*, Gutier. lib. 1. canon. c. 35. n. 15. Gratian. tom. 1. c. 186. à n. 10. vsq; ad 20. qui refert plurimos, & in nostrã sentẽtiã inclinat n. 15. quo ad appellationẽ, aliasq; quæstiones ad nectit. vidẽdus etiã, Bo- 16 uad. lib. 2. c. 13. n. 40. qui in monasterijs, & alijs rẽ hanc disput.

Ille

Ille casus etiã iure cõmuni appellatione nõ suspẽditur, quã- 17
do scilicet sentẽtia profertur aduersus bibliopolã, vel aliũ, vt li
bros studioso tradat, Scacc. d. q. 17. limit. 6. mẽbr. 2. n. 36. vers.
extende, & limit. 7. n. 10. cuius rei rationem elegantem addit, nẽ
pè libros esse alimenta ingenij, vnde sicut alimẽtorũ corpora- 18
liũ sententia exequitur, quãuis appelletur ab ea, idẽ in alimẽtis
ingenij statui opportet, ego hanc rationem fulcirẽ ex Plutar.
de educat. liberor. qui, *libros instrumenta sapientiæ* appellat, & Se-
nec. de tranquilitate, c. 9. qui studiorum instrumẽta facit Paul.
l. pen. ff. ad exhibend. ibi: *Etiã studiosum alicuius doctrinæ, posse di-*
cere, sua interesse illos, aut illos libros sibi exhiberi, quia si essent exhibiti
cum eos legisset, doctior & melior futurus esset; iuncta explicatione
tradita à Cuiac. in recitation. ad l. 3. §. sciendũ, ff. ad exhiben- 19
dum, & Fabr. in rational. ad d. l. pen. Amplius noto, in hac quæ
stione non admitti distinctionem illam de præteritis, vel futuris
alimẽtis, de quibus latè idem Scaccia, d. limit. 7. à n. 14. quia cũ
prędictę distinctionis ratio sit, vt futura tantùm alimenta, aut
præsentanea exequantur ratione instantis inopię, semper stu-
diosi ingenium libros esurire præsumitur, D. Hieron. epist. 40. 20
Vtinam tractatorum omnium volumina haberem, vt tarditatem ingenij
eruditionis diligentia compensarem. Faciunt quę de librorum copia
scripserunt Oldrad. cons. 84. Horat. Luc. pisuil. 32. Gratian. d.
c. 186. nu. fin. Rebuf. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, gloss. verb.
damnũ. Nec me latet Lucianũ inuehere aduersus indoctũ lõga 21
librorũ suppellectile tumẽtẽ, itẽ Senecã epist. 45. Petr. Greg.
de repub. lib. 16. c. 6. ipse tamẽ Seneca vult intelligi hanc sentẽ
tiã de eo qui libros ad numerũ, aut ornatũ, nõ ad vsum habet
ita elegãter de tranquilitate, lib. 1. c. 9. ibi: *Ignoscerem plane si, è*
studiorum nimia cupidine oriretur. Nec cogitet quisquã studiosum 22
probare cogẽdũ, quòd librorũ egeat quos petit, nam pro causa
studiorũ, generaliter præsumi oportet, vndè nõ in singulis in-
tuenda est, ingenij egestas, imò & si appellans probare vellet li
bros nõ necessarios studioso, admitti hoc nõ deberet, nisi forte 23
ea causa adiecta, quod studiosus omnino ignarus, vagus, & in- 24
habilis, Philonide indoctior esset, deniq; si probetur priuilegio
studiosi indignus, de quo latissimè Rebuf. priuileg. 3. num. 8.
Horat. Lucius in fin. n. 6. & 7. & priuil. 16. limit. 7. eleganter
Gratian. tom. 1. discept. cap. 186. à n 29. qua in re text. est in-
ce longo dignus in l. 1. in princip. C. de Collegiat. libr. 11. aut
denique si alio euidenti modo appellans probaret inutiles

libros

25 libros studioso. Vlterius uero quid dicemus, si sententia condemnatur studiosus, vt libros restituat? certè si alteri studioso, priuilegium cessat contra æquè priuilegiatum, vnde appella-
26 re licebit ad vtrumquè effectum, quia concurrentibus æquè
8 priuilegiatis reus potior est, l. verum 11. §. item quæritur, de minor. leg. si mater 6. C. ne de stat. defunctorum, & nos infra.

27 Sed si non studioso condemnetur studiosus restituere, vtputa bibliopolæ, hoc est si contra studiosum proferatur sententia, idem iuris erit, sed alia plane ratione, quia videlicet in extranco causa priuilegij cessat, quod exemplo dotis, & alimentorum,
28 probatur, in quibus sententia prolata in dotis, vel alimentorũ fauorem, appellationem non admittit, secus si contra vxorem, vel eum qui alcdus est, ex latè traditis ab Scaccia, d. quæst. 17. de appellationibus, limitation. 7. à num. 29. & limitation. 8. à num. 7. Surdo de alimentis tit. 8. priuileg. 60. à num. 25. Numquàm te pigebit (vt auguror) quæstionem hanc paulò fusiùs habere discussam, frequentissimos enim casus cõtinet, numquã què (quod legerim) sic explicitos, & quod in librorum quæstione diximus, poteris etiam adaptare quæstioni Fabri expellendi, & similibus, quæ priuilegium personale studiosi contineant.

29 Poteris etiam, hæc omnia quæ in Scholarum Magistro diseruimus, à num. 2. Rectoris iurisdictioni adaptare, siue cuicumquè alij studiosorum ordinario iudici, nam absque dubio iure communi omnia supradicta obseruanda erunt, nisi statuto vel
30 priuilegio aliter caueatur. Sed & in sententijs à senatu Academico, vulgo, *claustro*, prolatis idem affirmo si iuramentum, aut statutum non obstet, de quo videndus est *Rebuf.* priuil. 158. versic. *si tamen*, Osswald. lib. 28. cap. 6. liter. A A. Scacia de appellation. quæst. 16. limit. 22.

31 Postremo communiter interpretibns placuit, sententiã *alimentorum* prolatam in fauorem studiosi appellationem *non* admittere, vt ex multis probat Rebuf. d. priu. 51. Scaccia, d. quæst. 17. limita. 7. Sed nequaquàm admito in hoc articulo priuilegium studioso peculiare, cùm non studiorum fauore, sed alimen-
32 torum causæ generaliter id tribuatur: ergo communi iure hæc res iudicanda erit cùm quæstio inciderit, ea sola animaduersione, quod etsi appellatio respectu studiosi nil speciale habeat in alimentis; habet tamen ipsa alimentorum ratio, nam ad libros,
33 &alia

& alia extenditur, de quibus supra citati authores plura, & plures, addo Horat. Lucium priuileg. 2. vers. *minus*, Tiraquell. de pia causa in præfation. versic. *item, relictum causa studij*, & alios infra.

Executoris & Conseruatoris Academici cognitio, an procedat in studioso quando reus est, præcipuè quoâd appellationes recipiendas

Caput XV.

ECCE habes de appellationibus recipiendis in causis studiosorum, omnia quæ iure communi & legi, & excogitaui; nunc facilius comprehendes, quid specialibus literis, aut conseruatorijs, Salmanticensi Scholarum Magistro accedat, & in primis ex Martiniana constitutione 33. d. versic. *item quia parum prodesset*, constat, quoties de expleda quacumquè constitutione Vniuersitatis, seu priuilegio ipsius, aut cuiuscumquè studiosi, veluti de studioso ad suum iudicem remittendo, de Cathredarum prouisione, de omni denique statutorũ executione agatur, sententiam omnino, appellatione remota ab Scholarum Magistro, exequi posse, quam in rem ijsdem literis specialis Sedis Apostolicæ executor creatur. 1

Vt Cõseruator verò, non tantum in prædictis causis verũ in cęteris omnibus ciuilibus, criminalibus, mixtis, Scholarum Magister procedere potest appellatione remota, virtute Eugenianæ, & cęterarum conseruatoriarum. 2

Hic tamen dubitari potest an clausula hæc, *appellatione remota*, procedat siue rei sint studiosi, siue actores, planè si actores sint, res dubio abest, nam si ijs casibus, vt Conseruator cognoscit Scholarum Magister, non vt ordinarius, quia id non potest vt diximus, prædictaquè clausula, pars est Cõseruatorię commissionis, & iurisdictionis; nemo ambiget in litibus, vbi studio 3

sus actor sit, appellationem non recipi, denique ex ipsa litera-
rum serie constat.

4 Quid ergo in causis vbi studiosus reus est? & ijsdem rationi-
bus, quibus supra respondi in reo studioso respectu causarum,
nil addi iurisdictioni ordinariæ, etiam nunc respondere cogor,
clausulam *appellatione remota* in causis vbi reus studiosus est,
non procedere, maximè cum Conseruatoriæ omnes, dumta-
xat studiosis agentibus concessæ fuerint, vt ex ipsis apparet,
neque de reis vlla mentio fit, nisi in Conseruatoria Iulij Secũ-
di, & sequentibus, in quibus Conseruatoriæ Eugenianæ id ad-
ditur, *vt studiosi prætextu quarumcumq; literarum trahi nequeant ex-*
5 *tra forum study*: Hęc autem verba si rectè perpendãtur nullo mo
do concessionem Conseruatoris iudicis continent, studiosis vl
reis factam; (nequè enim id opus erat cum aliàs iudex ordina-
rius esset) sed tantum continent reuocationem literarum om-
nium quarum virtute quis vellet studiosum cõuenire, & à pro
pio foro euocare hoc est ab Scholarum Magistro, vt ordina-
rio.

6 Vnde perspicuum reor, studiosum quoties reus est coram
Scholastico conueniendum, veluti coram suo ordinario iudi-
ce, iure communi, & Martinianis cõstitutionibus, idcircò clau
sulam prædictam *appellatione remota*, nihil in reo studioso o-
perari posse, nec ad eum Conseruatoriam extendi, nisi forte eo
casu, quo studiosũ extrahere à propio studij foro vellet alter,
7 virtute alicuius priuilegij, tunc enim proderit studioso amplis
sima similium priuilegiorum reuocatio, nemo tamen ob id dices
iurisdictionem ordinariam Scholarum Magistri mutari, aut
Conseruatorem ideo iudicem esse, cum non sit concessio iuris-
dictionis fauore studiosi, sed reuocatio alieni priuilegij respi-
ciens tuitionem ordinarij studiosorum iudicis.

8 Probari potest hæc traditio, quod scilicet reos studiosos nõ
comprehendat Conseruatoria, primò, quia iudicum Conser-
uatorum officium regulariter est, vt ab iniurijs defendant eos,
in quorum gratiam Conseruator creatur, & sic vt agentibus,
vel accusantibus ipsis prospiciat, vindicetquè iniurias eis illa-
tas, cap. 1. & final de officio delegat. in 6. vbi notatur, ergo non
pro reis, quod confirmatur ex traditis à Manuele quæstion. re-
9 gul. tom. 1. quæst. 65. art. 13. Gutierr. lib. 4. practicar. quæst.
64. dum asserunt, Religiosos, quamtùmuis Conseruatores no-

stro

stro similimos habeant, si tamen conueniantur, tunc nõ coram Conseruatoribus, sed coram suis prælatis, vt potè ordinarijs, cõ ueniendos esse, nisi expresse Conseruator à Pontifice datus fit, adiecta clausula, *siue rei, siue actoris fuerint*, quod posse Eccle- fix principem non est dubitandum, & probatur ex cap. 5. de re format. Sesion. 14. Tridentini, versic. *quod si in ijs causis*, quem rectum ita accipio ex traditis à Gutier. & Manuel. supra, & alijs statim referendis; cum ergo de studiosis qui rei sunt, nihil in nostris Conseruator. exprimatur, sequitur Scholasticum, iudicem ordinarium omnino in eorum causis manere, ac proin- de clausulam *appellat. remota* eo casu non procedere, cum Con- seruatoriæ potestati specialiter conueniat. 10

Obiicèr tamen notandus est Emanuel d. loco vers. *sed doctissi-* 11
mus, vbi scribit Conseruatores Doctorum, & Scholarium ideò de causis cognoscere omnibus, siue rei, siue actores sint Schola res, quia iudicem alium non habent coram quo possint conue- niri, nec videt hic author vnã eãdemquè personam duos iudi- ces agere posse, Scholęquè Magistrum præcipuè iudicem esse ordinarium; aliquando, vt vidimus, Conseruatorem; & in spe- cie ita scripsit Parlador. differentia 129. num. 6. vndè quod in religiosis inuenit Emanuel in diuersis personis, nempè vt alius sit Conseruator, alius prælatus ordinarius, paruo ingenij nego tio inuenire potuisset, in vna Scholarum Magistri persona, sed impetu carpendi Ioann. Gutierrez, in quem invehit eo loco, 12
& ipse miserrimè labitur quòad cætera, fateor, Gutier. non fine iudicio impugnasse, vide tamen Ceuall. *de las fuerças* 2. part. quæst. 22. Gutier. d. q. 64. lib. 4. l. 1. tit. 8. lib. 1 Recop. Nar- bona l. 59. gloss. 1. tit. 4. lib. 2. Recop. num. 228. Barbos. de potestate Episcop. allegat. 106. Denìquè id quod diximus posse vnum duarum pluriumve personarum vices agere, cla- 13
rius est quàm testimonijs egeat; frequentissimè iura or- dinarios, etiam delegatos iubent esse quibusdam causis, sed nullibi apertius quàm ipsis pontificalibus, & Regijs Vniuersitatis constitutionibus quas congessimus supra ca- pit. 6. numer. 2. ex quibus iudicem ordinarium Executorem Conseruatorem, & Chancellarium (quæ quatuor mu- nera sunt) constat Scholę Magistrum esse, & vniuscuiusquè respectu diuersam personam representare,

facit eleganter, l. 3. de adoptionibus, ibi: *Discreta sunt enim iura, quamuis plura in eandem personam deuenerint*, l. tutorem 22. de his quæ vt indign. l. otia, §. fin. de religios. Bald. cons. 159. plura Solorçano lib. 2. de iure indiarum, cap. 21. à numer. 8. Carroc. decisio 89. num. 9. Lara de vita hominis, cap. 11. à numer. 26. Vasconzelos lib. 3. diuersorum, cap. 1. num. 10. Ponte cons. 108. tom. 2. Gratian. 5. tom discept. cap. 802. num. 18. exornat luculenter D. D. Christophorus de Moscoso, & Cordoua, olim Salmanticæ ad Iurisprudentiæ Canonicæ suggestus ornandos, non semel fœlici plausu optatus, Collegij nostri Conquensis faustissima proles, nunc causæ Regiæ patronus in maximo mundi Senatu, vir lectione, & scribendi facũdia magnus, in quaddam allegatione pro Regio iure, quam typis mandauit, dum in supremo Indiarum Prætorio fisci procurator esset, aduersus D. Martin. Carrillo supremæ Inquisitionis Senatorem.

14 Tandem non inseleganter hæc nostra sententia probatur, si mens principum conseruatorias concedentium diligentius intueatur, constat sanè studiosorũ fauore concessas, pariterquè appellationem ipsorum fauore remotam; atqui si quando reus studiosus est, appellationis remotæ clausulam protraheremus, non fauorem sed odium & grauamen, idquè maximum, studiosi induceremus. Ergo ex ipsa quoquè principum concedentium mente conuincimus, solis actoribus clausulam prædi-
15 ctam profuturam, & non inconsultò rei expressionem in d. literis omissam, pro hac consideratione conducunt scripta, supra num. 27. cap. precedenti, & tradita à Surdo de alimentis tit. 8. priuileg. 60. num. 25. Scaccia de appellatione. d. quæstion. 17. limitation. 7. à num. 19.

Schol

Scholarum Magistrum posse procedere appellat. remota, vt iudicem ordinarium, etiam cessante Executoris, & Conseruatoris priuilegio, in causis studiosorum qui rei sunt, & quid in Rectore.

Caput XVI.

MAnet itaquè quæstionem de appellatione recipienda vel non, in studioso reo iure communi definiendam, iuxta supra tradita.

Sed videamus an alia via dici possit, etiam si Scholarum Magister, vt ordinarius procedat, adhuc posse ipsum appellatione remota in omnibus causis procedere, in quibus posset si expresse ei iurisdictio appellatione remota concessa fuisset; & verius puto attenta Salmanticensi constitutione 22. posse iudicem ordinarium studiosorum, etiam in reorum causis, appellationem non recipere, non minus quam si appellatione remota iudex esset, idemquè iuris erit, in quacumquè alia Academia in qua idem sit cautum, ecce verba d. cõstitutionis, quibus hæc sententia nititur.

Apostolica authoritate pro incremento dictæ Vniuersitatis concedentes, quod in prædictis omnibus, & singulis præfatus Scholasticus per se, vel alium procedere valeat simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij. Hucusquè Martin. V. in constitutione, in qua vt suprà admonui, de iurisdictione tantum ordinaria Scholastici decernitur.

Sequitur nunc probare, hanc clausulam, parem vim, ac potestatem habere cum clausula appellatione remota, & hoc probatur.

Primò, quia appellatio remota censetur non tantum si expresse remoueatur, sed etiam alijs quàmpluribus clausulis similibus, & iudiciorum solemnia abhorrentibus; id probarunt eleganter Canonistæ ex cap. personam 4. vbi Decius num. 4. de 2

appellat. Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 12. limitat. 8. n. 4. Scaccia de appellat. q. 16. limit. 1. n. 28.

3 Secundò nominatum, verba *sine ordine iudiciario, & sine strepitu, & figura iudicij*, idem posse quod clausulam *appellatione remota*; cum Anguissola, & Ossascho scribit, idem Scaccia, dict. quæstion. 16. num. 39. & num. 63. quod ea sola verba *procedatur de plano*, tollunt appellationem, ergo fortius geminata, vt resoluit Ruginellus de appellation. §. 9. gloss. 2. sub num. 12. Scaccia sup. num. 42.

4 Tertio, quia Clemens V. in Clement. sæpè, de verborum significatione, quæ insigne commentarium continet de huius clausulę potestate, scribit, omnes appellationes dilatorias, & frustratorias per eam repelli; forsitam dixisset aptius Pontifex

5 conuersa scriptura, *frustratorias, & dilatorias*, nam frustratorias intelligo, eas quę omni iure, etiam absquè vlla clausula *remotæ* censentur, cap. pastoralis 53. de appellationibus, dilatorias verò eas, quæ non aliàs quam expressa clausula, *appellatione remota*,

6 prohibitæ censentur, hoc est probabiles, legitimę, & denique omnes quæ aliàs sententiæ executionem impedirent, differrentquè, exceptis ijs quę lege, aut iure expresso permissæ

7 sunt; nam nec expressa clausula *appellatione remota*, hæ causæ comprehenduntur, imò appellationi adhuc deferri debet in eis, d. cap. pastoralis, Lancelotus de attentatis, d. 2. part. cap. 12. limitation. 8. numer. 16. Scaccia d. quæstion. 16. limitation. 1. num. 80. & 100. & 105. versic. *declara*, quidquid aliud censuerunt gloss. & nonnulli ex antiquioribus in cap. vt debitus 59. de appellat.

8 Et iuxta hæc, verissima nobis sententia videtur, Scholarum Magistrum virtute prædictæ clausulę *summariè, & de plano, &c.* easdem appellationes posse non recipere, quas posset si vt Conseruator procederet ex clausula *appellatione remota*; etsi

9 nescio quibus rationibus, Moneta, de conseruationibus, cap. 9. num. 179. scripsit clausulã *summariè, &c.* non excludere appellationem.

10 Nec tunc obstabit, quod supra capit. 15. diximus, numer. 14. hanc summariam cognitionem fauore studiosorum concessam, idcircò contra eos non retorquendam, quod fieret si aduersus studiosum exequenda esset sententia; nam respondetur id verum esse, quando nominatim, & specialiter fauo-

re studiosi priuilegium datur, & ex ea causa quæ contra eum cessat, prout in casu aduersus Bibliopolam suprà explicauimus; si vero priuilegium, siue causarum cognitio vniuersalis concedatur, siue cum clausula *summariè*, siue *appellatione remota*, non respectu certę causæ, sed generaliter ob publicam vtilitatem, & pro incremento totiùs Vniuersitatis, tunc dubio prò- 13
cul, vim communẽ in reo, & actorè habebit; & tàm in conuentione, quàm in reconuentione sententia exequetur, absquè appellatione; textus est in capit. 2. de mutuis petit. vbi glossa, & Abb. Surdus cum pluribus de alimentis, titul. 8. priuileg. 60. à numer. 28. Scaccia dict. quæstion. 17. limitation. 7. à numer. 23. Lancelot. de attentat. dict. 2. part. cap. 12. limitation. 8. numer. final, Ossualdus 28. com. cap. 6. lit. X. cap. super eo, de officio deleg. Bouad. lib. 5. cap. 2. num. penult. lit. E.

Item si obijcias contra hanc sententiam, qua affirmamus, 12
idem quòad remotionem appellationis posse clausulam *summariè, & de plano, &c.* ac potest clausula *appellatione remota*: si (inquam) obijcias, quòd in Eugeniana Conseruatoria vtraquè clausula apponitur, ergo si eiusdem potestatis sunt, altera sufficiebat & consequenter abundat altera. Sic me facilè expediam; si aduertas, Eugenium non indiscrètè vtramquè clausulam coacerbasse, sed ita; *in ijs videlicèt qui iudicialem indaginem requirant, summariè de plano, &c. In alijs verò, prout qualitas negoty* 13
exegerit, contradictores appellatione postposita compescendo. Hoc posito scias, primam clausulam respexisse ad contradictores de iure, ad eos qui in tribunali, qui solemni libello contradicunt; hanc secundam, ad contradictores de facto, gloss. verb. *contradictores*, in capit. pro illorum, de prębendis, vbi Abbas numer. 9. & omnes, Staphileus Rebufus, & alij quos congerit Lancelotus dict. 2. part. cap. 12. limitation. 8. num. 45.

Quod si tunc vrgeas, ergo Scholarum Magister, vt iudex 14
ordinarius solùm sententias aduersus contradictores de iure exequi poterit virtute dict. clausulę *summariè*, &c. Id statim negabo; non enim pugnat, in Eugeniana con- 15
cessione strictim accipi prædictas clausulas ob apertam discretionem à legislatore factam, quando simul ponuntur in rescripto: & adhuc quãmlibet ex eis ge-

ne-

neraliter expreſſam, & ſolam, contradictores, tàm de facto, quàm de iure comprehendere poſſe, & hoc modo clauſula *ſummariè, &c.* in Martini conſtitutione poſita eſt, in huius ſolutionis confirmationem loquitur in ſpecie, Lãcelot. dict. num. 45. verſic. *hanc autem*, & num. 46. & iuxta hæc intelligenda quæ ſcripſit Garcia de benef. 7. part. cap. 2. num. 115. Flores 1. var. quæſt. 4. num. 45. ſolos contradictores de facto comprehendi in clauſula, *appellat. remota*, quod intellige ſi ſtrictim cõmitatur, prout ibi in executore mero.

Quid in Rectore dicendum in hac diſceptatione videamus? & quidem clauſulam *ſummariè, &c.* in conceſsione iuriſdictionis, non minus quàm Scholæ Magiſter habet, conſt. 12. Martin. V. & ſcripſimus, cap. 6. num. 14. ergo omnia in Scholæ Magiſtro dicta in hoc capite, ad *Rectorem* extendi placet, in ſuis tãtùm cauſis; an autem iure communi appelletur à Rectore Academico, vide Oſſuald. lib. 28. cap. 6. liter. A A. & quos refert G. Gregor. lib. 4. de appellat. cap. 13. Mathæus Stephan. lib. 3. de iuriſd. part. 2. cap. 12. num. 63. Rebuf. priuil. 158.

Notabilia quædam de clauſula appellatione remota, *&* ſummariè de plano, &c. *& quid in criminalibus operentur.*

Caput XVII.

MAnet ergo firmum, Scholarum Magiſtrum poſſe exequi regulariter ſuam ſententiam, ſiue vt ordinarius procedat, ſiue vt Conſeruator, ſiue in actore, ſiue in reo; non obſtante appellatione, ſed antequàm hinc degrediamur circa explicationem prædictarum clauſularum, nonnulla notanda ſunt.

Primò, quòd etſi quantùm ad appellationem recipiendam vel non, parem vim habeat vtraquè clauſula, *ſummariè*, & *appellatione remota*, tamen quòad alios effectus, cognitionem reſpicientes, & iudiciorum ſolemnia, multo plura comprehendit clauſula,

la, *ſummariè*; vt cõſtabit, ſi iungas, d. clement. ſæpè, vbi de ea agitur, cum d. cap. paſtoralis, vbi tractatur de clauſula *appellatione remota*, & ita ſingulariter notat Decius, d. cap. perſonas 4. poſt nu. 4. de appellation. vnde conſtat eum qui *ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, procedere poteſt, poſſe & *appellatione remota* procedere non verò contra, cui commiſſa eſt cauſa, *appellatione remota*, poterit, ſummariam cognitionem adhibere. 2

Secundo noto poteſtatem his clauſulis tributam iudici, nõ eſſe coactiuam, ſed facultatiuam, hoc eſt, vt non omnino teneatur *ſummariè* procedere, & *appellatione remota*, ſed ita, ſi ipſi videatur, elegans textus, l. ſæpè 8. de officio Præſidis, vnde infertur, quod ſi plena cauſæ cognitione adhibita, ſententiam proferat, aut appellationi deferat, nullo modo ſententia ob id nulla dicetur, imo ſuſtinetur iudicium; textus in d. Clement. ſæpè, §. ſi tamen in præmiſsis, de verb. ſignific. cap. cum appellationibus 5. vbi Doctores de appellation. in 6. & cap. paſtoralis, §. præterèa, de appellation. Lancelot. d. 2. part. cap. 12. limit. 8. num. 10. Ant. Gom. 3. tom. var. cap. 3. num. 32. verſ. *dubium*. 3 4

Ex qua reſolutione nouè infero aliam differentiam inter has clauſulas: nam is cui cauſa commiſſa eſt, *ſummariè, & de plano*, poterit, in quibus voluerit litis partibus, *ſummariè* procedere; in cæteris plenariè cognoſcere; item poterit, poſtquàm *ſummariè* cognouerit, appellationem recipere, aut cõtra, plenaria cognitione ſecuta, ſententiam exequi appellatione remota; nam qui totum ſummarium iudicium poteſt omittere, fortiùs poterit partem; d. Clem. ſæpè, §. ſi tamen, ibi: *In toto vel in parte*. 5

Secus erit in eo cui *appellatione remota*, cauſa committitur, qui ſemel deferens appellationi non poteſt amplius exequi ſententiam, & ratio eſt quia iudex omnino eſſe deſinit, ſuo facto, & ſpontanea inhibitione, ex qua ius reo quæſitum eſt, quod auferre non poteſt, vt omnes ſupra adducti reſoluunt, & eſt d. capit. 5. de appellat. in 6. Lancelot. 2. part. cap. 12. limit. 1. à numer. 72. 6

Declara tamen ſupra dictam differentiam, vt licèt is cui ſummaria cognitio commiſſa eſt, poſsit variare in forma procedendi ante ſententiam; tamen ſententia lata ſi ſemel appellationi deferens, nullatenus exequi poterit, vnde in hoc par vtriuſquè clauſulæ effectus erit; an verò iudex omittens commiſsionis formam poſsit puniri Bouad. lib. 2. cap. 21. num. 29. ad fin. cæte- 7 8 9

ra

10 quæ de vi vtriuſquè clauſulæ diſputari poſſunt cõſultò omitto, cum latiſsimè ſcripta ſint ab ordinarijs in d. cap. cùm ſpecialis & d. Clem. ſæpè quibus adde, de clauſula *ſummariè*, &c. Oldrad. conſ. 115. Oſaſch deciſ. 1. per totam, Manuel Rodrig. 1. tom. regul. quæſt. 65. art. 18. latiſsimè Monet. de conſeruatoribus cap. 8. à num. 87. de clauſula vero *appellat. remota*, Scaccia, de appellat. quæſt. 16. limit. 1. num. 20. vſque ad 106. Lancell. d. limit. 8. Manuel Rodrig. 1. tom. regular. quæſt. 8. art. 13. Donel. 28. com. cap. 6. littera X. vbi Oſuald. Petr. Gregor. de appell. lib. 2. cap. 20. Pinel. rub. C. de reſcind. 1. p. num. 22. Minſinger. lib. 1. obſer. cap. 3. Paul. Æmil. deciſ. 33. p. 1. & omninò videnda leg. 13. tit. 23. p. 3. præcipuè ad fin. & ibi Gregor. latè Barboſ. leg. ſi prætor 75. à num. 27. & 29. Marqueſan. de cõmiſſ. tit. de commiſſ. cum clauſul. appell. remota 1. p. cap. 8. Zenall. *de las fuerças* gloſ. 6. à num. 70. & q. final. Salgado de reg. protect. 3. p. cap. 6. à num. 74.

11 Vnam quæſtionem ommittere non potui quã & ſi in praxi, frequentiſsimam, nemo tamen quẽ viderim attingit, quęſtio eſt quid hæ clauſulæ operentur quoad appellationem remouendam in ſententia, qua ſtudioſus vel alius corporaliter condemnatur, vel ad mortem, vel ad membri abſciſsionem aut denique in aliam corporalem pœnam, & in hoc breuiter ſtatuo regulã quod Scholarum Magiſter poſsit appellatione remota ſententiam exequi. Probatur primo, quia expreſſe d. conſt. 22. & cõſeruatorijs cauetur, vt etiam in criminalibus ſummariè procedatur & appellatione remota.

12 Secundò, quia princeps poteſt appellationem ex cauſa auferre leg. 1. §. interdum ff. à quibus appellari non licet cap. 1. de reſcriptis leg. 13. in fin. tit. 23. p. 3. doctè explicans Couarr. c. 23. practi. num. 6. verſ. nõ negamus, & in criminalibus Paz leg. 101. ſtyll. latiſsimè Scaccia de appell. quæſt. 17. limit. 48. per tot. Ergo cum hic reperiatur remota, poterit iudex ſententiam exequi.

13 Hanc regulã limita, primo niſi caſus ſit talis, in quo expreſſe à iure permiſſa ſit appellatio nam clauſula *appellat. remota*, & ſimiles tantum locum habent in friuolis & dubijs & probabilibus non in caſibus à iure expreſsis d. cap. paſtoralis 53. & latè ſupra probauimus.

14 Sed contra hanc limitationem obſtat quod ſi eſſet vera nihil

opera

operaretur clauſula *appellat. remota*, nam expreſſum eſt in iure appellationem admitti debere à ſententijs quæ pœnã corporalẽ irrogant l. ſi quis filio 6. §. quod tamen, de iniuſto rupto l. non tãtum 6. de appellat. leg. 1. ff. nihil novar. appell. l. Pannonius 86. §. rei per duellionis de adquirend. hæred. Couarr. dict. cap. 23. num. 4. prope fin. latiſsimè Scaccia de appellat. q. 5. à num. 44. ergo ſi expreſſum eſt in iure quod ſemper admittatur appellatio in his cauſis, ſemper admittetur etiam ſi *appellat. remota*, cauſa committatur.

Quod ſi reſpõdeas, plures eſſe caſus in quibus pœna mortis aut alterius ſuplicij, remota appellatione exequitur, de quibus leg. conſtitutiones 16. de apellat. leg. 1. §. ſi autem C. de rapt. virgin. leg. obſeruare C. quorum appellat. leg. 16. tit. 23. p. 3. vbi Greg. Couarr. d. c. 23. num. 6. Ant. Gom. to. 3. cap. 13. nu. 31. Scaccia d. quæſt. 17. limit. 48. tunc fortius vrget, quod eiſdem caſibus iudex poſſet exequi abſque ſpeciali clauſula *appellat. remota*, ergo in omnem euentum ſuperflua eſt clauſula prædicta in criminalibus. 15

Reſpondeo tamen, primò quòad noſtrũm tractatum, ferè dici poſſe, nihil operari prædictas clauſulas, ad apellationes recipiendas vel non; inde tamẽ non inferri ſuperflue appoſitas, cũ in cauſis ciuilibus & cæteris quæ corporalem pænam non irrogant, ſuum effectum habeant. 16

Quod autem in noſtro tractatu ferè nihil operẽtur, patet meo videri, quia ſtudioſis imponi non ſolet nec debet pœna capitalis niſi ob atrociſsimum crimen, idque adeò manifeſtè probatum, vt iure etiam communi veniat pœna exequenda, quod ſatis probari poteſt ex adductis per nos in prologo à numer. 20. & ſequentibus. Ergo ſuperflua in hiſce caſibus erit clauſula. *appellat. remot.* 17

Secundò reſpondeo in noſtro tractatu & generaliter poſſe cõtingere, vt ex probationibus ſiue ex genere delicti, ſiue alia ſimili cauſa iudex dubius reddatur, an appellationem recipere debeat nec ne, in quibus prædictæ clauſulæ eum ſortiuntur effectum vt in dubio omninò exequi ſententiã poſsit, cum ſi clauſulæ deficerent, in dubio appellationi deferre deberet leg. à ſententia de apellat. leg. & in maioribus C. eodem, & ſupra initio huius capitis plura de hoc còngeſsimus. 18

Prædictam regulam limita ſecundo vt poteſtas exequendi ſen- 19

sententiam appellatione remota, non sit coactiua, sed facultãtiua, idcircò deferre poterit iudex si id sibi æquum visum fuerit, latè in specie Scaccia quæst. 17. de appellat. limit. 48. à numer. 25. & per totã limitationẽ, vbi alias in hanc rẽ reperies, vt erit; si iniquitatem manifestam sententia contineat, vtque de voluti-
20 uum effectum habeat appellatio, vide etiam Ant. Gom. dict. to. 21 3. cap. 13. num. 31.

Rursus de Scholarum Magistro, vt Executor est, â Pontifice & Rege, an merus mixtusve sit an ordinarius, an delegatus, quas exceptiones discutere possit.

Caput XVIII.

DIXIMVS supra in quibus casibus Scholarum Magister cognoscat vt executor, nunc videamus an merus, an mixtus sit, quamve iurisdictionem habeat, ordinariam scilicet, aut delegatam, quas denique exceptiones admittere possit, quæ tractatio, & si in Scholarum Magistro nouissima sit, tamen definienda est ex his quæ habentur in leg. si vt proponis 6. l. executorẽ 8. C. de execut. rei iudicatæ, leg. & si non cognitio 5. C. si contra ius. à Graciano exemplata 25. q. 2. leg. si prætor 75. de iudicijs, leg. penult. de confessis, leg. à Diuo Pio §. 1. & §. si super rebus, de re iudic. cap. de cætero, de sentent. & re iudicat. cap. pastoralis §. quia verò de offic. delegat. leg. 52. tit. 18. p. 3. leg. 3. tit. 33. p. 7. leg. 3. & 4. tit. 17. lib. 4. Recopil. & ordinarij vtriusque iuris prudẽtiæ in dictis iuribus, sed ante omnes legendus doctissimus Panormit. d. §. quia vero n. 3. & 4. Greg. Lopez dict. leg. 52. Menoch. de arbitrar. quæst. 38. per tot. Tusch. littera E. concl. 499. & 500. Lancelotus de attent. 2 p. cap. 12. limit. 53. num. 43. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. à n. 37. vsque ad fin. & limit. 11. à nu. 11. Marchesan. de commiss. appellat. ab executore & execution. §. 1. per totũ præcipuè à num. 43. Barbos. d. leg. si prætor 75. in principio

&

& per tot. de iudic. Cardoso verb. Executor à num. 2. Parlad. lib. 2. cap. fin. 2. p. §. 3. Bobadill. lib. 2. Politic. cap. 20. à num. 45. Rodrig. de Execution. capit. 2. à numer. 38. Curia Philip. 2. part. §. 12. & de executoribus Gratiarũ Apostolicarum latissimè Flores lib. 1. pract. q. 4. Nicol. Garcia de benef. 6. p. c. 2. §. 1. & deinceps.

Noto ergo primùm, quod licet propiè & strictè is solus Exe 3
cutor iudex dicatur, cui nuda sententiæ executio committitur & pene nudum factum, leg. executorem 8. leg si vt proponis, C. de execut. rei iudicatæ, qui merus executor nuncupatur, attamẽ latiùs porrecto vocabulo, executores in meros & mix- 4
tos interpretum vulgus distinguit, ad quas duas executorum species, facilè reduci possunt quàmplures aliæ confictæ à glos. in cap. si soli, in prima casus positione de concess. præbend. in 6. Abbat. cap. pastoralis §. quia vero num. 3. de officio deleg. Cardoso verbo executor. nu. 2. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 10. à num. 37. Curia Philip. 2. p. §. 12. in principio.

Secundò noto ex dictis, merum executorẽ esse, eum cui nul 5
la causæ cognitio siue iurisdictio inest, vt diximus & probatur etiam dict. cap. pastoralis, §. quia vero; mixtum vero, eum qui admixtam habet iurisdictionem siue causæ cognitionem, inde 6
mixtum appellari scripsit Abbas supra d. num. 3. in auxilium què iurisdictionis & executionis datur.

His notatis concludo, Scholarum Magistrum, mixtum exe 7
cutorem esse omnium & singulorum Salmantini studij priuilegiorum, statutorum, & immunitatum, siue à Põtifice, siue à Rege sint concessa, quod probatur, quia non nuda executio ipsi committitur, sed cognitionem admixtã habet, cognoscit enim qui sint casus in quibus locum habeant statuta & priuilegia, & aduersus quas personas, & quibus competant, item & coer- 8
citionem habet aduersus rebelles, & criminale iudicium exer- 9
cet, & in prædictis omnibus exceptiones legitimas admittit, & 10
de eis pronunciat, quæ omnia mixtum executorem constituere dubium non est, vt omnes probant ex l. & si nõ cognitio C. si contra ius vel vtilitat. public. cap. & si non cognitio 25. quæst. 2. qui textus meo videri nihil tale probat, de cuius sensu statim tractabimus, aptiùs tamen probatur, in leg. si prætor 75. de iudic. l. penul. de confes. l. à diuo pio §. si super rebus, de re iudicata.

11 Secundo probatur Scholæ Magistrum mixtum executō
rem esse ex eo quòd specialiter in eius constitutione, & creatio
ne, cauetur, vt *appellatione remota*, procedere possit, vt ex consti
tutione 33. suprà scripsimus, quod si meras executor haben-
dus foret, superflua illa clausula redderetur, nam hæc potissi-
12 ma differentia est inter merum mixtumquè executorem, quod
ab executore mero appellari nequeat, ab eo verò qui mixtus
est, recte appelletur, ex gloss. in d. cap. pastoralis, §. quia verò
de officio delegat. ab omnibus recepta, maximè si nō is sit exe
cutor, cui res iudicata commissa est, vt cum iudicio aduertit,
Parlador. d. cap. fin. 2. part. § 3. num. 3. Rodrig de execut. ca-
pit. 2. num. 43. Curia philip. d. 2. part. §. 12. num. 17. ergo ne
superabúdet clausula, dicere debemus mixtum executorē esse,
non merum; ex quo fundamento inferre poteris nouum effe-
13 ctum illius clausulæ, *apellatione remota*, de qua in d. const. 33. hoc
est vt executorem mixtum præsumi faciat.

14 Hanc tamen conclusionem, quod studiosorū iudex sit mix-
tus Executor, accipere debes, vt procedat quòad eam tantum
causæ cognitionem, & iurisdictionem, quæ respicit ipsam exe-
cutionem statutorum, non si agatur de nullitate statuti, seu pri-
uilegij, aut de iniustitia eius, nam his omnibus casibus merus
15 Executor, non mixtus censeri debet. Deniquè quemadmodū
in Executore mixto rei iudicatę distinguit docte Barbosa in
d. l. si prætor in princip. num. 11. quod si consideres Execu-
torem ratione causæ principalis, merus dicetur, quia contra sen
tentiam principalē nihil admittere potest, vt de eo cognoscat,
d. cap. pastoralis, §. quia verò de officio de leg. si verò eum con
sideres respectu executionis, mixtus appellari potest, quia de-
bet cognoscere de exceptionibus respicientibus, aut impedien
tibus executionem; ita similiter si consideres Scholarum Ma-
gistrum executorem priuilegiorum & statutorum, respectu iu
stitiæ principalis, & valoris, aut iniustitiæ eorum, merus habe-
16 tur, si executionis respicientes exceptiones, mixtus erit. Vnde
inferes nullam eum causæ cognitionē habere, si de valore, aut
17 nullitate priuilegij, aut statuti agatur, nisi forsitàm euidens nul
litas opponatur, quàm non definire debet, sed remittere summo
Ecclesiæ præsuli, aut Regi, si ab eo fuerit concessum, text ele-
gantissimus in d. l. cum fideicómmissum penultim. de confessis
vbi supradicta distinctio probatur, iuxta quam intelligendus

tex-

text. d. l. si Prætor 75. de iudic. d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus de re iudicat. d. cap. pastoralis, §. quia verò de officio delegat. & d. cap. de cætero 5. de sentent. & re iudicat. d. l. si vt propo- nis, & l. Executorem, item & l. Regia 52. tit. 18. part. 3. tradunt & explicant ferè omnes supra relati præsertim Abbas d. num. 3. Barbos. d. l. si Prætor in princip. Rodriguez, & Scaccia su- pra, qui ex professo agunt de sensu, d. l. penultim. de qua etiam Cuiac. tract. 5. ad African. Bouadill. d. lib. 2. cap. 20. num. 48. vbi fusè de explicatione, l. 3. & 4. tit. 17. lib. 4. Reco- pilation.

Ex dictis optimè infertur non posse iudicem studioso- 18
rum interpretare verba dubia aut mentem dubiam priuile- gij, siue statuti quorum executor est, sed id ad Principem concedentem remitti oportere; respicit namquè interpreta- tio, statuti substantiam non executionem, quo casu nullæ sunt executoris partes, vt in exerutore sententiæ, quantùmuis mixto, tenuerunt Scaccia, d. q. 17. limit. 10. n. 52. & 53. Cuiac. ad titulum, C. de execut. rei iudic. & est text. in l. ab executore 4. §. 1. de appellat. vbi Bartol. Grabiel in communibus lib. 6. conclusion. 3. de regulis iuris, illation. 6. à num. 14. Barbos. d. l. si Prætor à num. 60. vbi de moderatorijs exceptionibus; ego 19
noto fortius hanc sententiam in nostro tractatu procedere, quàm in sententiarum Executoribus, quia Academicæ consti- tutiones, & priuilegia à Principibus Ecclesiastico, & sæculari concessa sunt, & ideò ipsorum est interpretatio, l. ex facto 43. in princip. de vulg. l. Neratius 191. de regulis iur. l. leges 9. C. de legibus, quòd etiam in iudice ordinario procedit cum quan- 20
tùmcumquè ordinarius sit, legum tamen, & principalium priui legiorum executor, non cognitor est, nequè enim de legi- bus, sed secundùm leges iudicare debet, cap. 3. distinct. 4. 21

Sed omnibus supra dictis obstat, d. l. etsi non cognitio 5. 22
C. si contra ius, vbi Constantinus ait: *Et si non cognitio, sed execu tio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, vt si fraus interue- nerit de omni negotio cognoscatur.* Ecce primo probat, Execu- torem merum de veritate rescripti inquirere posse, Secun- dò, quòd fraude probata, (idest falsitate, mendatiovè, vt in l. 2. eodem tit. d. cap. de cætero vbi gloss. verb. fraus, de senten- tia, & re iudic.) de omni negotio, & iustitia principali cognos- cere potest.

23 Ferè omnes interpretes satis solutos nodos istos putant, dum scribunt, Imperatorem loquutum de executore mixto, qui causæ cognitionem habet, indequè vno ore ex hac legè probant Executorem mixtum causæ cognitionem habere, ego dubito, an quidquam turpius, aut falsius dici possit: nam primò verba illa, *& si non cognitio, sed executio mandatur*, non potuerunt apertius, merum Executorem exprimere, omni cognitione priuatum & nudum; Secũdò, esto, quòd mixtum Executorem fateremur adhùc de principali iustitia, nequàquam cognoscere posset, sed remittere ad superiorẽ deberet, vt latè probauimus. Ex
24 plosla igitur communi explicatione, & alijs à Salycet. in d.l. 5. & Barbos. d.l. si Prætor in principio, num. 21. traditis, verissimum illius legis sensum credo, vt eam accipiamus de mero Executore, coràm quo de falsitate rescripti oppositum fuit, quo casu quantumlibèt mera executio ei committatur, de falsitate inquiret, quæ si pateat, in executione supersedebit & Principi causam omnem deffiniendam remittet, neq; enim ait Imperator ipsum executorem de omni causa cogniturum, sed tantum de falsitate inquiri opportere, vt si probetur de omni negotio cognoscatur, à Principe scilicet, vt aperte scriptum est in d.cap de cætero, & l. Diuus 33. de re iudicat. d.l. 52. versic. *empero*, titul. 18. part. 3. Curia Philip. d. §. 12. num. 16. & ita inuenio hunc textum rectissime accepisse glossam in dict. cap. & si non cognitio 25. quæst. 2.

25 Nequè tunc obstabit, quod supra docuimus, merum Executorem, nullam omnino causæ cognitionem habere; nam respondetur duas esse meri Executoris species. Vnam eorum qui nudi facti ministri sunt, vt quod apparitoribus, lictoribus, vulgo, *alguazilès*, committitur, ab his absolutè verum diximus, omnem iurisdictionis elegantiam abesse, prout ex Rebuf. & alijs resoluit Scaccia d. quæst. 17. limit. 10. num. 40. Bouad. d. lib. 2. cap.
26 20. num. 45. ad fin. Alia est species meri Executoris, de qua agitur d.l. & si nõ cognitio, cum, vt iudici, executio committitur alicui, qui quantùmuis merus sit executor, de nullitate, aut falsitate notoria inquirere tantùm potest, vt superiori referat, qui executionem mandauit, non verò potest iudicare, quod summa æquitate dictante receptum est; nec ideò affirmare debemus, merum Executorem cognoscere, aut iudicare, explicant latius Scaccia, & Bobadilla supra, docte Barbosa, d.l. si Prætor apud

quos

quos reperies casus in quibus merus Executor, saltim ad remi-
tendum cognoscit, seu potius inquirit.

Restat nunc disputare, an hæc Executoris Academici iurisdictio delegata sit, an ordinaria, quàm eandem quæstionem fusius discutiemus, capite sequenti in Conseruatoris iurisdictione, ex quo loco mutuari facile poterunt, quæcumque hic desiderabuntur, eisdem enim iuris rationibus, vtramque quęstionem definiri, necesse est, ob munerum Executoris, & Conseruatoris similitudinem, & affinitatem, quę tanta est, vt iustissime dicamus Conseruatorem Academicum, Executorem etiam esse amplioris potestatis, & si quæratur, an merus, an mixtus sit ex omnibus supradictis terminãda erit quęstio, quidquid merũ executorem appellent Conseruatorem Gofred. in summa de officio deleg. ad fin. vers. *quod de Conseruatore*, Narbona leg. 60. glos. vn. num. 79. tit. 4. lib. 2. *Recopilat.* 27 28

Ergo vt & breuiter supra positam quæstionem resoluam, dico, Executorem Academicum vere & propriè delegatum iudicem esse à Pontifice & Rege, quod probatur ex verbis constitutionis 33. d. vers. *item quia parum*, vbi authoritate Apostolica, tenore etiam illius constitutionis, & appellatione remota, executor à Pontifice constituitur, eadem iudicis constitutio per sæcularem Principem approbata est d. l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopil. & pàssim regalibus priuilegijs & Principis scientia, & permissu, hæ vero clausulę, *tenore præsentium*, *authoritate nostra*, *authoritate Apostolica*, *appellatione remota*, delegatum executorem constituunt, quamtùmuis causæ committantur ei, qui alias ipsarum iudex ordinarius erat, ita ex Speculat. tit. de iudice deleg. §. 2. tenet Parlador. d. cap. fin. 2. p. §. 3. num. 1. & latius num. 7. Curia Philip. d. 2. p. §. 12. num. 1. in fin. 29 30

Licet tamen reuera delegatus sit, tamẽ quoàd effectus penè omnes, ordinarius iudex censebitur, quia vniuersitas causarum illi committitur; item quia non personæ, sed dignitatis nomine iurisdictio delegatur, & ipsi officio perpetuò annexa est; vnde infertur non expirare Executoris munus, morte delegantis, neque morte delegati, item nec comprehendi statuto, aut lege delegatis absolutè disponentibus. & alia plura de quibus latius capite sequenti, vbi quid in sententia, & appellatione dicendum sit tractabimus. 31

De

De Iurisdictione Conseruatoris Academici, an ordinaria, an delegata & plura quæ ex hoc inferuntur.

Caput XIX.

1 SCRIPSIMVS De Cõseruatoris iurisdictione quæ ta sit, quid addat, detrahatve ordinariæ, circa personas, causas & iudicij ordinem, nunc è re erit, vt videamus an ordinaria, an delegata sit, & videtur quòd ordinaria, ex eo quia Scholarum Magister ordinarius iudex est studiosorum, idcircò potiùs excitata eius iurisdictio, quàm delegata iudicãda est, l. sæpè 8. de officio præsid. eleganter l. 1. in princip. iunct. §. initium, de officio præfecti vrbi, cap. licet in corrigẽdis, & cap. graue, de officio ordin.

2 Contrarium tamen verius est, nempè Scholarum Magistrũ vt Conseruatorem, iudicem delegatum esse, nõ ordinarium, vt in nostro Salmanticensi scripsit, Parlador. different. 129. nu. 6. & in Conseruatoribus Academię Tolossanę & Cadurcensis Petrus Gregor. lib. 47. syntagm. cap. 22. num. 24. probatur

3 hęc sententia. Primo, quia Cõseruatorijs litteris quamtum ordinariæ iurisdictioni addatur, iam abundè explicuimus, quoties autem iurisdictioni ordinariæ quid adijcitur, quod iudex aliàs facere nequiret, vel detrahitur, tunc delegata iurisdictio commissa, non ordinaria excitata dicitur, eleganter id probat Iulianus in l. & si prætor 3. de officio eius, & de iure Regio l.

4 4. tit. 6. lib. 2. Recopil. Secundò probatur ex clausula *authoritate nostra*, in litteris conseruatorijs expressa quæ eam vim habet, vt iurisdictionem delegatam inducat, quamtumcumque iudici ordinario causæ committantur, d. l. 3. de officio eius. & expressius in cap. cum aliquibus 4. de rescript. in 6. resoluunt late disputantes Tiber. Decian. tomo 1. crimin. lib. 4. cap. 25. per tot. præcipuè à num. 17. Barbos. l. cum prætor 12. §. 1. à num. 29. de iudic. Bouadill. lib. 2. cap. 21. à num. 25. Parlador. lib. 2. cap. fin. 2. p. §. 3. num. 7. Ceuallos in vtili quæstione 2. p. *de las fuer-*

ças quæst. 15. per tot. maximè à num. 7. Marchesan. de com- 5
miss. 1. part. cap. 2. à num. 264. Tertiò deniquè probatur,
quia regulariter Conseruatores, delegati dicuntur, vt satis li-
quet ex cap. 1. & fin. iuncta rubr. de offic. deleg. vbi omnes no
tant, quos congessit Moneta de Conseruator. cap. 7. à num.
36. cui addo Emanuel. tom. 1. regular. quæst. 65. art. 1. Gra-
tian. decis. 170. & tom. 1. Forens. cap. 170. num. 28. Narbon.
l. 59. gloss. 1. num. 208. & l. 60. gloss. vn. num. 71. 77. & 80. tit.
4. lib. 2. Recopilat. Petrus Greg patit. iur. canon. lib. 5. tit. 5.
cap. 2. Iasson. cons. 145. num. 3. vol. 4. Maceratens. 1. var. cap.
16. à num. 1. Narbona de appellation. vicar. 2. part. 2.
fund. num. 5. & Zeuallos 2. part. *de las fuerças*, quæstion.
121.

Nec hac admissa sententia obstant d. l. sæpè cum similibus 6
suprà prò contraria sententia adductis, nam breuiter satisfit,
si sciamus, ea iura procedere quoties simpliciter ordinaria iu-
risdictio excitatur, tunc enim ordinaria potius, quàm delegata
iurisdictio dicenda est.

Supradictam tamen sententiam, primo sic restringendam 7
animaduerto, vt procedat quoties constat saltim ex supra di-
ctis, vel similibus argumentis, iurisdictionem delegatam esse,
secus si dubium oriatur, vel ex verbis commissionis, vel quo-
modòlibet, tunc enim in dubio iudicem, vt ordinarium proce-
dere iudicari oportet, vt omnes nuper adducti tenent, & sig-
nanter Decianus, Barbos. & Bouad.

Secundò, eamdem sententiam restringe, vt in eo solum in- 8
telligatur delegatus, in quo mutata est ordinaria iurisdictio, si-
ue aucta, non in cæteris, in quibus eandem iurisdictionem, &
procedendi potestatem, iure ordinario habet, & quod magis
est, in eadem causa si partim tantum vt ordinarius procedere
potest, partim vt Conseruator, eodem respectu, & ordinarius,
& delegatus dicetur, veluti si ordo sola cognoscendi, vt Con-
seruatori commissa sit, sententia vt ordinario, quoàd appella-
tionem cæterosquè effectus habebitur ordinarius, Decia-
nus vbisupra num. 18. Bouadill. d. lib. 2. cap. 21. num.
28.

Tertiò eandem conclusionem restringe, vt Conseruatores 9
iudices regulariter delegati dicantur, præcipuè si eorum cõmis
siones fuerint expeditę, iuxta tenorem d. c. 1. & fin. de officio

delegat. in 6. in plerisquè tamèn, iudicibus ordinarijs æquiparantur; sicut & de iudice delegato ad vniuersitatem causarum dicitur, ita ex glossa in cap. cum causam, vbi Decius & cap. alij, de appellat. Vantius de nullit. titul. coram quo nullitas, numer. 17. Nauarr. consil. 3. de officio delegat. num. 2. & 3. Gratian. decisl. 170. numer. 1. Narbon. leg. 59. gloss. 1. num. 208. & leg. 60. gloss. vnic. num. 77. & 80. Sbrotius de Vicar. Episcop. lib. 1. quæst. 22. à num. 12. latè Moneta de conseruator. capit. 7. à numer. 37. vsque ad 52. quo loci septem effectus refert, quibus ordinario assimilatur Conseruator.

10 Ego vero his omnibus vtiliter addo, nuper traditam restrictionem, quod scilicet, Conseruator iudex, pro ordinario habeatur, etsi re vera delegatus sit, multò certius procedere, iuxta Curiæ Romanæ stilum, & litterarum seriem quibus Conseruatores prædicti constituuntur, quorum clausulæ & concessiones sic sunt amplæ, vt non sine iudicio scripserit Emanuel Rodriguez tomo 1. regular. quæst. 65. artic. 12. versic. *nec his*, ferè inutilem iam, esse constitutionem capit. 1. & fin. de officio delegat. in 6. vbi idem præsensisse refert Ioann. Andr. Rebuf. & alios, expresse enim prædictis litteris iudices ordinarij creantur, aut adeò ampla forma & clausulis, vt omninò eos ordinarios affirmare possimus, Marchesan. de commiss. 1. parte capite 2. à numer. 407. Molina tomo 5. de iustitia, disputat. 29. versic. hoc loco, Valasco, con-

11 sult. 152. numer. 4. Cardoso in praxi verb. Conseruator numer. 3. vnde semper proderit ipsarum litterarum inspectio, nostris tamen Salmanticensis gymnasij Conseruatorijs atten-

12 tis, non dubito quin ferè quòad omnes effectus, Scholarum Magister habendus sit ordinarius, etiam si vt Conseruator procedat ex quibus nonnullos eosque præcipuos breuiter perstringemus.

13 Primus erit, quòd hæc Conseruatoris iurisdictio perpetua erit, sicut ordinaria, nec expirabit morte concedentis, aut morte ipsius delegati, contra quod scribitur dict. capite fin. de offic. deleg. in 6. quod probatur primo ex ipsa Eugeniana ad fin. & clarius ex Conseruat. Iul. 2. fol. 93. & Leon. 10. ad fin.

14 Secundò, quia & si litteris non exprimeretur, sufficeret vt dignitati concessa fuisset iurisdictio, non personæ, capit.

quo-

quoniam Abbas 14. de officio delegat. l. 47. in fin. tit. 18. par. 3. vbi late Gregor. Lop. Barbosa, dict. leg. cum prator 12. §. 1. à num. 60. de iudic. vbi id amplius probat quòd verè ordinarius sit is, cui causa ratione officij committitur, Couarr. lib. 3. var. cap. 20. num. 6. & 10. Decian. tom. 1. criminal. lib. 4. cap. 25. num. 42. & 45. prolixe Moneta de conseruat. cap. 10. à numer. 61. & num. 147.

Tertiò, quia vniuersitas Scholarium, perpetua est, l. proponebatur, de iudic. idcircò vniuersitati concessa iurisdictio, perpetua erit iudicanda, l. forma §. quamquàm, de censibus l. 2. de reb. dub. Sic in nostra specie prædictis rationib. resoluunt Petr. Gregor. d. lib. 47. cap. 22. ad finem, late Emanuel d. 1. tomo regul. quæst. 65. art. 6. Bouad. d. lib. 2. cap. 20. nu. 38. & 39. Molin. d. tract. 5. disp. 29. Moneta supra, Marchesan. de commiss. in particul 1. p. à num. 162. 15

Secundus effectus erit, quod etsi Trident. Sessione 14. de reformat. capit. 5. caueatur, ne vltra quinquenium, conseruatoriæ beneficio quis gaudere valeat, adhùc nostra Salmanticensis Conseruatoria perpetuo durabit ex rationibus supradictis, & prætèrea quia ipso Concilij decreto expressè excipiuntur Vniuersitates & Collegia, Emanuel dict. quæstione 65. artic. 9. fusius Moneta de Conseruator. cap. 10. à num. 323. vsque ad 339. 16 17

Tertius effectus erit, quòd per non vsum, nunquam amitti poterunt prædictæ Conseruatoriæ, sed perpetuo durabunt, nisi illa omnia concurrant, quæ præscriptionem priuilegiorum per non vsum perficere solent, de quare latissimè Monet. d. cap. 10. à num. 400. 18

Ex quo effectu notanter subinfero, Archiepiscopum Toletanum, & Episcopum Legionẽsem, paritèr cum nostro Scholarum Magistro, Conseruatores constitutos in prædictis Apostolicis litteris, cum clausula, *quatenus duo aut vnus*, &c. hodie omninò posse virtute prædictarum litterarum eligi & nominari, siue ab ipso Vniuersitatis gremio, siue à quolibet studiosorum, nullo temporis lapsu obstante, licet Toletanus & Legionensis prædicti Prælati, numquam talem exercuerint iurisdictionem, neque studiosorum aliquis eos nominauerit, qua in re nonnulla animaduertenda erunt. 19

Primùm quòd tunc Conseruator, vtpotè non ordinarius 20

studiosorum iudex, in omnibus causis, vt Conseruator procedat, nec vlla esse poterit inspectio, an vt propriùs, idest, vt
21 ordinarius procedat. Secundùm, hanc electionem Conseruatoris minimè abrogatam leg. 18. titul. 8. lib. 1. Recopil. imò expressè approbatam præcipuè in versic. fin. ibi: *De manera que al dicho estudio y Vniuersidad, sean guardados sus priuilegios, y Conseruatorias*, & in fine proœm. eiusdem legis; idcircò verisimè dici po-
22 test, prædictos Conseruatores posse nominari, tàm à clericis, quàm à laicis studiosis, quia & ipse sic nominatus, & Ecclesiasticam & secularem iurisdictionem habebit, vt latius infra dicemus.

23 Denique in hac subillatione illud, quæri poterit, an si Toletanus seu Legionensis præsul nominetur, in causa in qua iudex ordinarius Scholarum Magister esse potest, & vterque cognoscere velit, quis præferatur? quain re præferendum regulariter Conseruatorem esse existimo, cum ipsis litteris optio iudicum studiosis indulgeatur, vt ex illis appareat, quam optionem & ipso iure habent, ex d. authent. habita, vbi omnes, tum etiam quia delegatus, regulariter in causis sibi commissis superior ordinario iudicatur capit. sane, el segundo, de officio delegat. cum similibus Bouadill. lib. 2. cap. 21. à num. 59. quod ita accipio nisi dolus adsit ex parte studiosi, fortè pũnitionem
24 criminis effugere cupientis, aut nisi Scholarũ Magister causam ante nominationem preuenerit, quibus casibus ipse, vt ordinarius præferri debebit, argument. l. si postea quàm, de iudicijs.

25 Nota etiam quod si Conseruator priuilegiorum tantùm sit, & in causis ordinariæ iurisdictionis sibi non commissis se intromitat, tunc ab ordinario iudice inhiberi poterit, prout Rota iudicauit inter Rectorem, & Conseruatorem Toletanæ Vniuersitatis, coram Lanceloto apud Marchesan. de commiss. 1. p. cap. 2. decis. 40. pag. 144.

26 Hinc inferes, Conseruatores Legionensem & Toletanum qui nil iurisdictionis ordinariæ habent in studiosos, inhiberi recte posse ab Scholæ Magistro, in causis in quibus ipse non vt Conseruator, sed vt ordinarius procedit, quæque in Conseruatorijs non comprehendi diximus supra cap. 15. vnde vix est vt in causis in quibus studiosus reus est, prædicti Conseruatores procedere possint, ex traditis d. c. 15. num. 9. nisi in casibus ibi-

ibidem n.7 expreſsis, aut ſi ſtudioſus reus ab ſtudij foro extra hatur, & alibi conueniatur, quo caſu prædicti Conſeruatores poterunt nominari, vt inhibeant eum iudicem, qui ſtudioſum extra forum trahere tentat, valde tamen dubito poſſe de cauſa ipſa principali cognoſcere, ſed eam ad Scholaſticum remitti debere videtur, ſi ſtudioſus conueniatur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter.

Non incommodus hic ſe ſe oferebat diſceptandi locus, 27
ad quem appellatio Conſeruatoris deuolui opporteat, & an recuſari poſsit, item an aliud ius ſtatui debeat, quando vt ordinarius, aliud quando vt Conſeruator Scholarum Magiſter procedit, ſed quia hæc res, expediri rectè nequit, niſi priùs deſpiciamus, an Scholarum Magiſter Eccleſiaſticus, an ſæcularis etiam iudex ſit, inde enim appellationis iudex maximè dignoſcetur, ideò hæc omnia aptiori loco reſerbamus.

Ex omnibus in hoc capit. & præcedentibus ſcriptis, fa- 28
cilè conijcies, an omninò verùm ſit quòd aliàs doctiſsimus vir Molina, ſcribit dict. tract. 5. diſput. 29. num. 7. vbi Conſeruatores Æuorenſis, & Conimbricēſis Academiæ, omninò ordinarios eſſe ſcribit, nec aliquid Conſeruatoriæ iuriſdictionis habere, & eoſdem in Salmanticenſi & Complutenſi ſtudio, alijs nominibus appellari, quæ verba ſatis arguunt doctiſsimum virum ignoraſſe, quod poſſunt ſimul prædicti iudices, & ordinarij & Conſeruatores eſſe, vt probauimus, quod an ſit Æuoræ, aut Conimbræ neſcio, hoc tamen ſcio, in Salmantino ſtudio Scholarum Magiſtrum & ordinarium & Conſeruatorem ac proindè delegatum eſſe.

Studiosorum iudices, an priuatiuam, an vero cumulatiuam (vt aiunt) iurisdictionem habeant.

Caput XX.

1 SIMVL atquè Federicus Imperator studiosis speciales iudices dedit, cęteris locorum iudicibus ordinariam iurisdictionem abstulit; ergo certissima traditio est, prædictos Scholasticorum iudices regulariter, & iure communi inspecto, priuatiuam iurisdictionem habere, quod satis probat d. authent. habita, l. 7. titul. 31. part. 2. cum latè adductis per nos
2 suprà in prologo à num. 6. & ab Ossuald. d. lib. 17. com. cap. 20. lit. K. Nec obstat communis interpretum sententia, quæ habet, dato iudice speciali, non præsumi derogatam iurisdictionẽ iudicis generalis, nam respondetur ex celebri doctrina Baldi in d. authentic. habita, quòd quando iurisdictio conceditur in fauorem certarum personarum, & illorũ fauor est, quod habeant solum iudicem specialem, tunc iurisdictio est priuatiua, ita in specie ex Aretinò, Felino, & alijs Garcia de nobilitate, gloss. 1. num. 6. vers *item facit celebris*.

3 Iuxta nostræ Vniuersitatis statutã, clariùs supradicta procedunt, cum apertè Martinus Pontifex priuatiuos iudices esse voluerit, Rectorem, & Scholarum Magistrum, vnusquisquè in causis ad suam iurisdictionem pertinentibus, vt constat ex constitutione 22. vers. *præter quàm*, & constitutione 23. idem & Principes sæculares sanxisse apparet d. l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopil.

4 *Exceptis tamen causis clericorum huius ciuitatis, & Diœcesis in quibus inter Episcopum, & Scholasticum, prœuentioni*
5 locus est, vt statuitur d. cõstitutione 23. In quo illud notandũ est, quod nisi exprèsse dicta constitutione excepta esset iurisdictio Episcopi Salmantini in clericos suæ Diœcesis, etiam aduersus eum priuatiua esset Scholarum Magistri, & Rectoris iurisdictio, ex supra traditis.

6 Inde infertur, quod in quocumquè studio generali, in quo studiosorum iudex à Rege, & Pontifice specialiter sit constitu-

tus,

tutus, iurisdictio ordinarij, tàm Ecclesiastici, quàm sæcularis, sublata videbitur, nisi exprëesse reseruata fuerit, vt ex supra ad-
ductis satis probari potest, cætera de priuatiua, & comulatiua 7
iurisdictione latè scribunt ordinarij in l. 1. §. cum vrbem, C. de officio præfect. vrb. Greg. Lopez l. 24. tit. 9. part. 2. gloss. 6. Roman. cons. 393. Decio cons. 3. num. 3. & in cap. cæterum, num. 5. de iudicijs, Iass. l. quod in rerum, §. si quis post, num. 8. & in l. Titiæ textores, num. 29. de legat. 1. Grammatic. cõs. 72. in criminalibus à num. 2. & voto 28. num. 4. & 6. & decis. 30. num. 2. Roland. cons. 80. lib. 2. Menoch. lib. 1. de arbitrarijs, q. 40. Decian. tom. 2. criminalium, lib. 4. cap. 55. Mexia de taxapanis, conclus. 1. num. 52. Afflict. decis. 41. Azeued. lib. 3. tit. 13. num. 10. & 11. Auendaño 1. part. cap. 1. Prætor. num. 11. & 29. Garcia de nobilitate, d. gloss. 1. num. 5. Bouadill. lib. 2. cap. 21. num. 60.

Literarum Academiæ, an Ecclesiasticæ, aut sæculares; item an Rectoris, Scholarum Magistri, & similium iurisdictio, Ecclesiastica sæcularisve sit.

Caput XXI.

ECCE nos perduxit stylus, & scriptionis ordo, in totius tractationis nostræ nobiliorem locum, sed obscuriorem sanè, ipsorum interpretum multiloquio, & varietate, factum, adeò vt mirari sit, vnde facilitatem, & amœnitatem expectare oportebat, inde rudem molem, & asperam stylum consurgere, quam cædere, vt iter legentibus sternam, desidero. Igitur quæstio est de studiosorum iudicibus, an Ecclesiasticam iurisdictionem, an verò sæcularem exerceant; quæ 8
disceptatio ex altera pendet, aut certè illi summè proxima est, vtrùm scilicet Academiæ literarum, seu studia generalia, sint Vniuersitates Ecclesiasticæ, aut sæculares; nam si quis dixerit

Eccle-

Ecclesiasticas esse, necessariò profitebitur iudices studiorum Ecclesiasticos, & Ecclesiasticam iurisdictionem exercere; ècō trà vero, si sæculares affirmet, iurisdictionem sæcularem negare non poterit, saltim quòad laicos studiosos, simul igitur ab vtraquè quæstione nos expediemus, nec inglorie, nisi me Genius fallit.

2 Duplex est interpretum sententia; prima habet studiorum Vniuersitates Ecclesiasticas esse, proindequè studiosorum iudices etiam Ecclesiasticos habendos, huius sententiæ Antesignanus extitit Salycetus in authentica habita num. 39. & eam tuetur Bellamera in cap. ex literis, num. 5. de constitutionibus, coacerbauit ad hanc sententiam plurima, Doctor Balboa in allegat. pro hac Vniuersitate, & studiosis cui addo Monetam de Conseruator. cap. 6. num. 5. quorum auctorum rationes, & fundamenta hæc sunt.

3 Primum, quòd in studijs, numquam desunt Clerici, quorum communio, & si minor pars eorum sit, cæteros omnes clericos intelligi, facit, inde Scholastici clerici indistinctè appellantur, nec immunitate Ecclesiastica gaudent ex traditis, à Panormit. cap. inter, num. 13. de immunitat. eccles. Nauarr. in Manual. cap. 25. à num. 21.

4 Secundum fundamentum est, quod studia generalia erigi non possunt, nec solent, absquè Pōtificia authoritate, & constitutionibus, statutis, & priuilegijs, à Pontificibus concessis, moderantur, & gaudent.

5 Tertium, quia si sæculares, Vniuersitates studiosorum iudicandæ forent, sequeretur, vt de causis studiosorum Clericorū, iudex sæcularis cognosceret, quod esset absurdum.

6 Quartum, quòd in studijs generalibus scientiæ docentur, præcipuè Theologia sacra, & Pontificia iura, quæ omnia finē supernaturalem, & Religionis causam respiciunt, quo casu potest Pontifex, etiam merè laicos à sæculari iurisdictione, extrā here, & foro Ecclesiæ addicere.

7 Quintò (ait Balboa) quòad Academiam nostram, Clericorum coniugatorum exemptionem esse à mero iure positiuo ecclesiastico, cap. 1. de cleric. coniugat. in 6. cap. 6. Sess. 23. de reform. in Trident. nec posset princeps sæcularis, hanc exemptionem reformare, aut reuocare; ergo eodem modò quo Pontifex potuit, clericos coniugatos eximere, potuit & studiosos, prout fecit,

fecit constitution. 23. Salmanticens.

Sextum, in Salmantica nostra illud quoquè expẽditur, quod d. Pontificia constitutione 23. iurisdictio tribuitur Scholarum Magistro, in omnibus cuiuscumquè qualitatis studiosis; ego addo, idem & in causis Rectoris iudicio mandatis eisdem constitutionibus caueri. Illa autem verba, *cuiuscumquè qualitatis*, laicos etiam complecti apparet. 3

Septimũ etiã addo constitutione 33. eundẽ Martin. V. hanc Vniuersitatẽ, Scholarũ Magistro immediatè post Sedẽ Apostolicam subijcere; ergo Apostolicæ sedi subiecta est, & consequenter Ecclesiastica. 4 5

Octauo, quia eadem const. 23. cauetur, vt omnes studiosi cæteriquè de Vniuersitatis gremio gaudeant priuilegio, c. si diligẽti de for. compet. ergo quia iurisdictio Ecclesiastica est 10

Nonum, quia Scholarum Magister in omnibus causis etiam laici studiosi censuras profert, quod non posset si in omnibus Ecclesiasticus non esset. 11

Decimú, quia ab omni Scholarũ Magistri sentẽtia, appellatur ad Põtificẽ, vel Nũtiũ Apostolicũ, stylo & cõsuetudine lõga, nũquãquè appellatũ vidimus Regiũ tribunal, quod secus esset, si iurisdictio *Regia* foret, arg. c. 3. §. debet de appell. in 6. l. 1. tit. 1. lib. 4. *Recop.* Couarr. pract. c. 4. n. 2. 12

Vndecimum, quia idem stylus induxit solùm per viam violẽtiæ, summa Regia Prætoria adiri, quod nisi à iudice Ecclesiastico fieri non posset. 13

Addo ego duodecimum, quia ad Regis præsentationem instituitur à Pontifice Scholarum Magister, vt latè probauimus, ergo quia iudex Ecclesiasticus est. 14

Tertiòdecimum, quia prædicta omnia conuincunt, saltem donationem iurisdictionis à Principe factam Ecclesiæ, quam reuocare non poterit. 15

Decimòquartum, quòd ex redditibus Ecclesiasticis fundantur, & aluntur, pleraquè studia generalia. 16

Postremò hæc sentẽtia nõ parũ fulciri videtur, ex alia cõmuni pragmaticorum, nempè Collegia studiorum causa, & confraternitates laicorũ, Ecclesiastici authoritate erecta, omnino religiosa, & Ecclesiastica iudicanda; vt ex Lambertino, & alijs probant Gutierr. 1. canon. cap. 36. & de gabellis libr. 7. quæstion. 95. num. 20. Azeued. l. 10 à num. 25. tit. 1. lib. 4. Recopilation. & l. 1. numer. 2. & 3. titul. 18. libr. 9. Garcia de bene- 17

fic.5.part.cap.1.à num.604.Barbos.de potest. Episcop. alleg.75.num.21.

18 Secunda, eaquè verissima, & receptissima sententia est distinguentium, quod si Vniuersitas pro maiori, aut saltim pari studiosorum parte cõstet ex clericis, Ecclesiastica sit; sin verò laicorum maior pars existat (quod ferè semper contingit) laica etiam sit ipsa Vniuersitas, item & iurisdictio principaliter sæcularis, nisi quibusdam casibus infra exprimendis, quos sæcularis potestas non capit, quò fit, iurisdictionem sine dubio mixtam esse.

19

20 *Reponam clariùs hanc sententiam, quam totamente amplector, & doctus quisquè (nisallor) profitebitur, reponã (inquã) & explanabo in nostræ Academiæ, & similium iudicibus. Dico ergo, dupliciter Vniuersitatem considerari, nempè vel vt singulorum, vel vt vniuersorum, hoc est, vt mysticum corpus.*

21 *Respectu singulorum, Scholarum Magister, seu quilibet alius Gymnasiarcha iurisdictionem mixtam exercet, nam in studiosis laicis, laica, in cleticis Ecclesiastica iurisdictione vtitur. Respectu verò totius Academiæ Salmanticensis, & similium, dico Vniuersitatem, sæcularem esse, & Principi sæculari sub cuius territorio erecta est subiectam, quoàd reformationẽ, conseruationem, gubernationem, & cæteras totius corporis*

22 *causas, nisi à sua natura spirituales sint, tales scilicèt, quæ etsi in qualibet alia communitate, quantumcumquè sæculari incide-*

23 *rent, ad Ecclesiam expectarent. Nec inde inferas, mixtam dici debere communitatem ipsam, seu Academiam, tamquàm Ecclesiasticam, & temporalem iurisdictionem habentem, nam eadem ratione inferre posses, ciuitatem ipsam Salmanticam, aut aliam quamlibet omnino Principi Hispano subiectam mixtã esse, quia in ea, laici, & Ecclesiastici iudices assistunt, nec temporalis imperij dici posset; aut denique si mixtam esse dixeris, eodem sensu mixta erit, quo ciuitas quælibet mixta appellari potest, quo sensu accipio, Petr. Gregor. lib. 15. syntagm. cap. 32. num. 9. dicentem, studiorum Academias ad mixtas Vniuersitates pertinere.*

24 Hanc sententiam commitatur ferè omnis scribentium Schola, Bartol. Bald. num. 41. & cæteri communiter in authent. habita, C. ne fil. pro patr. idem Bartol. l. fin. num. 14. de Colleg.

illi-

illicit. & l. cum Senatus, num. 4. de rebus dubijs, & l. nulli, nu-
mer. 2. quod cuiuſquè Vniuerſit. Iaſſ. l. imperium, de iuriſdict.
Felin. cap. 1. de præſcriptionib. gloſſ. verb. *ſub excommunicatio-
ne* in cap. 1. de locato, Abbas in cap. cum ab Eccleſiarum, nu-
mer. 6. de officio ordin. & in cap. ex literis de conſtitut. vbi In-
nocent. & cæteri, idem Abbas fuſius in celebri quæſtion. 6. in-
cipit, Gandulfus, qua nihil doctius, nihilquè magno viro dig
nius, me vmquàm legiſſe memini, latè etiam Socinus, cap. 1.
num. 17. & cap. ſignificaſti, num. 43. de for. compet. Silueſtr.
in ſum. verb. *Collegium* in princip. Maranta in praxi, 4. part. diſ-
tinct. 11. num. 23 Horat. Lutius, priuileg. 66. limit. 1. Scaccia
de appellation. quæſtion. 8. num. 124. & ſequentibus, Tiber.
Decian. tom. 1. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 41. Riccius praxi var.
reſolut. reſol. 317. num. 3. Farinac. in praxi 1. tom. tit. de inqui-
ſit. quæſt. 8. num. 4. Couarr. cap. 34. pract. ſub num. 1. Zeuall.
de las fuerças, 2. part. quæſt. 157. Azeued. l. 10. tit. 1. lib. 4 à nu-
mer. 25 Bouadill. lib. 2. cap. 18. num. 181. & 214. Armendar.
ad ll. Nauarræ, tit. de confratrijs num. 9. lib. 3. Baſilio de ma-
trimonio, lib. 5. cap. 12. §. vn. qui author, & Bouad. in Hiſpa-
niæ Vniuerſitatibus, & noſtra Salmanticenſi rem tractarunt,
& hãc ſententiã amplectitur, Narbona l. 31. gloſ. 1. tit. 7. lib. 1.
Recopilation. à num. 2. & 4. & per totam, & iuxta ea quę in
hoc loco ſcripſit hic author, accipiendus eſt in l. 20. gloſſ. 22.
num. 29. tit. 1. lib. 4. Recopilation. vbi indiſtinctè Eccleſiaſti-
cas Vniuerſitates appellat, ob commixtionem clericorum, &
laicorum, tamquam à nobiliori parte, nec exprimit an hoc pro-
cedat, quando maior pars eſt clericorum, quod niſi ſic eum ac-
cipias contraria ſcripſit, hic author, primæ ſententiæ obli-
tus.

Vt tamen, authoritates huius ſententiæ, non ſolum nume- 25
res, ſed ponderes etiam, probatur rationibus quæ eam certiſsi-
mam reddunt, quas priuſquàm exprimam, illud noto, quod &
euidens eſt, eam huius opinionis partem quæ habet, Vniuer- 26
ſitatem in qua maior pars eſt clericorum, Eccleſiaſticam eſſe,
nulla egere probatione, nullus enim hoc dubitauit, ſicut nec il-
lud, in clericis ſtudioſis vt ſingulis, non niſi Eccleſiaſticam iu-
riſdictionem exerceri, cum non niſi à Pontifice potuerit deri-
uari, ita in ſpecie Baſilius d. libr. 5. cap. 12. §. vnic. nu-
mer. 9.

27 Duo ergo manent probanda, nempè Vniuersitatem laltim maiori ex parte laicorum, laicam esse, quòad gubernationem, reformationem, cæteraſquè totius corporis causas, item illud, indistinctè respectu singulorum, iurisdictionem Regiam exerceri, nec posse Pontificiam, nisi causa spiritualis, vel mixti fori sit.

28 Hæc primo probantur; quia ad cognoscendam cuiusquè rei naturam, & substantiam, maior pars inspicienda est ipsius rei, cuius naturam minor induit, etiam si dignior sit; vnde si maior pars Vniuersitatis sit laicorum, corpus vniuersale laicum erit, licet minor pars dignior sit, l. cum aurum 19. aliàs, l. sequẽti, §. perueniamus, de aur. & arg. leg. vbi si legetur aurum argentumve in quo gemmæ inclusæ sunt, & si maioris valoris; adhuc tamen auro cedent, cuius maior est species.

29 Secundò, eadem ratio probatur eleganti exemplo, l. quæritur de statu hom. vbi Hermaphroditus, si magis incalescat in sexu fœmineo, quàm masculino, licet sexus masculinus sit dignior, tamen iudicatur, vt fœmina.

30 Tertiò, ex cap. ex literis, & cap. cum secundum de iure patronatus, & ita ex supra adductis iuribus resoluunt in specie, doctissimè Abbas, d. quæst. 6. num. 8. & cap. nullus, de foro cõpet. num. 11. Marian. Socin. cap. 1. num. 17. eodem, faciũt tradita à Donello, & Ossuald. lib. 4. com. cap. 37. lit. A.

Non omittam, potuisse prædictos interpretes, dilucide in hanc eandem rem expendere, l. in modicis 24. cum duobus præcedẽtibus, de contrahend. empt. l. si mercedem §. 3. §. si eum fundum, de act. empt. in quibus, quamtùmuis religiosa & sacra res sit, adhuc tamen maiori parti fundi profani cedit, & cum fundo transit in emptorem, pars modica quę per se in commercio non erat, idcircò nec vendi alienative poterat; ergo similiter si minor sit clericorum pars, maiori laicorum parti accedet, & profanam sæcularemque efficiet Vniuersitatem. Memini me iam olim publice defendisse, dum iuueni cuidam auditori meo semestres recitationes præsiderem, modica loca sacra numquam per emptionem transire, neque cum vniuerso fundo vendito, contra veteres neotericosque omnes, vnũ Ant. Fabr. sequutus in Rational. ad prædict. leg. & l. 6. & 11. §. 1. de religios. cuius sententiam, neque iure, neque ratione conuelli posse adhuc mihi persuadeò; vnicum tantum postmodum reperi testimonium,

dum

dum Taciti annalia per æstiua otia euoluerem, qui nullo modo capit solutionem Fabri, quam d. l. in modicis, & similibus applicat (ait) hic author 1. annal. *Falanio obyciebat accusator, quod venditis hortis, statuas Augusti simul mancipasset, quod vbi Tiberio innotuit, scripsit Consulibus, contra religionem non fieri, quod eius effigies, vt & alia numinum simulachra, venditionibus domuum, & hortorum accederent.*

Quorum authorum considerationibus, addò quartum fundamentum, quod nisi hæc traditio vera esset, scilicet quod maior pars laicorum, laicam efficeret Vniuersitatem sequeretur, nullum locum, neque ciuitatem, neque Regnum, laicum corpus efficere posse; quia nullo loco, ciuitate Regnove, saltim minor pars clericorum deficeret, quod enorme absurdum foret. 31

Quintò, hæc sententia adeò vera est, vt non solum procedat, quoties in studio generali, actu sunt plures studiosi laici, sed etiam si casu, & contingenter plures sint clerici, quòd vt percipiatur supponendum est, in hac quæstione solum inspici potentiam, non actum (hoc est) quod Vniuersitas possit tota ex laicis constare, vt laica sit, sicut è contrario, vt Ecclesiastica iudicanda esset requireremus, non nisi clericos studiosos ad eam admitti, saltim pro maiori, aut æquali parte, quia hoc desiderare tur ex propria Vniuersitatis natura, aut fundatione, prout plura sunt erecta studia in Italia, vt testantur Abbas, & Socinus supra; quæ res sequenti exemplo manifestior fiet, nam Regnũ, ciuitas, Regium Senatorum tribunal, ciuitatis consistorium, ipsumquè Vniuersitatis Salmantinæ consilium, (quod claustrũ vocant,) nemo profecto dicet, Vniuersitates Ecclesiasticas esse, quia quandoquè contingat, ciuium, Senatorum, aut in claustro assistentium maiorem partem, clericorum esse; hæc enim extrinseca mutatio, siue hæc accidentia, nequaquàm rei naturam mutant, l. 2. §. ex his, vers. *non enim*, de verbor. obligat. l. proponebatur 76. de iudicijs, ibi: *Et si omnes iudices mutati essent, tamen & rem eandem & iudicium idem*, & ibi: *Aliaquè extrinsecus in eorum locum accederent.* 33 34 35

Facit quod res quorũ capaces sunt laici, & si à clericis possideantur, laicæ tamẽ manent, Clem. 1. de suplẽd. neglig. prælat. Barbatia cõs. 17. vol. 1. & cũ Cardin. Felin. & alijs Mascard. cõcl. 585. n. 6. & 7. cũ ergo pateat, studia generalia natura eorum, & fundatione inspecta omnino laicorum studiosorum 36

esse

esse posse rectè infertur laicam Vniuersitatem constituere.

37 Sextò, hæc sententia confirmari potest ex eo, quod iure cõmuni inspecto, vniuersitas Scholarium, si plures sint laici, rectè potest Rectorem laicum sibi eligere, cautius tamen fiet si clericus eligatur, ad id vt plenam, etiam in clericos studiosos, iurisdictionem habeat, iuxta ea quæ scripsimus supra cap. 4. num. 4. ergo quia vniuersitas, sæcularis est.

38 Septimo, quia Vniuersitatũm & studiorum erectio, vt res profana, & politica, ad principes laicos expectat, qui absque dubio in suis imperijs, ius habent erigendi studia generalia, sicut & quamlibet aliam ciuitatem denuo cõstituẽdi, quin potius abs-

39 què principis licentia in suo Regno erigi non poterit studium generale, aut Academia constitui, vt probatur l. 1. & 3. §. in summa de Colleg. illicitis, & in specie resoluunt Bartol. Bald. & alij in proœm. Digest. §. tria, Doctor. communiter in authentic. habita, Monachus Geminian. & alij in cap. 2. de priuileg. in 6. & in Clement. 2. de magistr. vbi Cardin. §. final. Doctores in Clement. dudum, §. ab olim, vbi gloss. verb. *generalibus* de sepulturis, D. Thom. in tract. contra impugnantes relig. Cosmas in proœmio pragmat. sanct. §. quibus attẽte, vers. *studiorum*, & tit. de collation. §. *item quoâd duas partes*, vers. *Vniuersitates*, D. Antoninus 3. part. tit. 22. cap. 6. §. 19. Petr. Greg. de Republic. lib. 18. cap. 5. num. 1. & lib. 15. syntagm. cap. 32. num. 9. & 10. Natta volum. 4. cons. 657. Camillo Borell. de præstantia reg. Cathol. cap. 34. per tot. & cap. 40. num. 200. Ossuald. 17. com. cap. 20. litera K. ad fin. vers. *quæritur*; probatur apertissimè hæc sententia in l. 1. tit. 31. part. 2. ibi: *La vna es â que dizen estudio general en que ay Maestros de las Artes, &c.* & statim, *E este Estudio deue ser establecido por mandado del Papa, ò de Emperador, ò del Rey.*

40 Octauo, nostra Salmanticensis Academia, anno 1200. à Principe sæculari erecta est, & amplissimè non semel dotata, vt probaui cap. 8. num. 46. vixitquè & viguit 55. annos, absquè

41 vlla Pontificum approbatione, nam primus eam approbauit Alex. 4. anno 1255. & hoc ad instantiam Alfonsi Hisp. Reg. 10. constat ex prologo constit. pag. 4. & latius Chacon. in historia, & ne quis putet studium generale non fuisse ante confirmationẽ, ipse Alex. Põtif. cũ Rege Alfõso loquẽs, ait; *apud Salmãticã, ciuitatem (vt fertur) vberrimã, & lõcũ, in tuo Regno Legion. salubritate aeris, & quibuslibet opportunitatibus præelectum, generale stu-*

dium

dium statuisti. Verba etiam priuilegij Alfonsini, hæc sunt: *Porque entiendo que es pro de mi Reyno, y de mi tierra, otorgo, y mando que aya Escuelas en Salamanca, y yo recibo en mi encomienda, y en mi desendimiento à los Maestros hi vinieren, è à sus omes, è à sus cosas, &c.* Denique Scholarum Magistro à Rege Alfonso XI. primitus data 42
iurisdictionem probauimus supra cap. 5. à nu. 40. Approbationis Pontificiæ virtutem, aut necessitatem, postea explicabimus in solutione 2. arg.

Iustinianus in proœmio Digestorum, §. *hæc autem tria*, apertissimè probat, principi sæculari potestatem erigendi, & reuocandi studia generalia competere, & Bononiensem Academiam à Lotario institutam, tenet Bartol. in d. §. & hæc tria, nu- 44
mer. 3. vbi docet, ad Principem expectare Academiarum erectionem; Federicus Vienæ Academiam fundauit, pluribusque 45
alijs, idē probat Nidemdorpius tractatu de Academijs, & professione. Berosolib. 5. qui Salonem Celtarum Regem, Semiramidis tempore, & Inghaenonem in Germania, Academias in- 46 47
stituisse scribit; Dauid Iosaphat Iudeorum Reges, Salmanasar Assyriorum, Artaxerxes Persarum, studia instituerunt, vt ex sacra pagina probat Petrus Greg. lib. 18. de republ. cap. 2. numer. 13. extat denique insigne in hanc rem Antonini Pij rescriptum, de quo fit mentio à Modestino in l. si duas 6. §. 1. de excusation. tutor. vbi à Principe designantur vniuscuiusque 48
ciuitatis studia, & professores.

Ex quibus omnibus satis conuincitur, & Vniuersitatem ipsam principaliter laicam esse, vt à Principe laico institutam, & 49
iurisdictionem in laicos saltim, sæcularem etiam esse, quod argumentum fortius stringit, si consideres quòd aduersæ sententiæ authores, ex sola Pontificis authoritate, volunt Ecclesiasticam esse Vniuersitatem, quanto ergo melius ex institutione, & instituendi potestate, absquè Pōtificis approbatione vlla, quæ Principi laico competit, dicemus laicam futuram, & Academiam, & iurisdictionem.

Nonò quòad iurisdictionem, quod sæcularis esse debeat, 50
facit, quòd Princeps habet fundatam intentionem in Vniuersocius territorio, & consequenter in omnibus Vniuersitatibus eodem territorio erectis l. 1. §. initio de officio præfect. vrbi. ibi: *Quidquid igitur intra vrbem admittitur ad præfectum vrbi videtur pertinere*, l. benè à Zenone, C. de quadrien. præscriptio. ibi:

Cum

cum omnia Principis esse intelligantur, cap. omnes basilicæ 16. q. 7. cap. monasteria 18. quæst. 2. l. 8. tit. 14. lib. 3. ordin. quæ est l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopil. ibi: *El Rey funda su intencion de derecho comun acerca de la iurisdicion ciuil, y criminal en todas las Ciudades, villas, y lugares de sus Reynos, y señorios*, glos. in cap. fin. verb. *situm* de officio Archid. vbi Ioann. Andr. Gregor. Lop. l. 2. tit. 1. part. 2. Abbas, cap. si diligent. de præscriptionib. num. 2. Couarr. pract. cap. 1. num. 9. Auendaño cap. 1. Præter. num. 7. Auiles ibidem num. 2. & 14. Xuarez allegat. 7. Bouad. lib. 2. cap. 16. num. 73. Mastrill. de magistrat. tit. 3. à n. 6. Borrell. de præst. Reg. cap. 21. à num. 14. latissimè Castillo de tertijs, cäp. 18. à num. 157.

51 Et hoc argumentum conuincit, eo addito, quòd in studijs generalibus nulla subest specialis, & expressa exemptio, aut exemptionis causa, vt patebit in solutione argumentorum, quo posito, sequitur necessariò præsumptioni standum, 52 quæ pro Principe adest, nisi expressa exemptio ab eius iurisdictione probetur, ex latè traditis per Palac. Rub. in cap. per vestras notab. 2. §. 1. num. 43. Azeued. l. 2. tit. 1. lib. 4. *Recopil.* & cum pluribus Castillo de tertijs, d. cap. 18. à num. 160.

53 Decimo, quia etsi maximè vellet Pontifex, non posset studiosos laicos, à sæculari Principis iurisdictione eximere, Principe id non assentiente; nam solum quoties salus spiritualis ver- 54 satur, vel periculum animarum, potest Ecclesia laicos etiam inuitis Principibus, Ecclesiasticis iudicibus subijcere, vel etiam 55 Religionis ordinisve causa; laicos autem tales remanentes, nullo modò eximere à Principe potest, nisi dicto casu, vt latissimè probat Suarez lib. 3. contra Reg. Angl. cap. 5. à num. 8. Basilio de matrim. d. lib. 5. cap. 12. §. vn. num. 11. & 12. & num. 21. quòd autem studiorum causa, nullomodò fit ex causis prædictis, sed politica, & temporalis, communisquè qualitas laicis, & clericis, res aperta est, & probat Basilius supra, & nos latiùs in solut. ad 56 4. argum. Ergo ob id etiam, quod maior studiosorum pars, subdita sit laico Principi, nec potuerit à Pontifice eximi, Vniuersitas laica erit, & consequenter, iurisdictio quæ à nullo alio deriuari potuit, quàm à Principe sæculari, erit etiam sæcularis, quantumuis ab Ecclesiasticis exerceatur, id enim naturam sæcularem non mutat, vt probauimus supra, num. 34.

57 Vndecimò, hæc sententia probatur, ex ipsius Scholarum

Ma-

Magistri regio titulo, & admissione, quam transcripsimus supra capite 8, ad finem, vbi Princeps (ait) *Y le doxys vsar y exercer la juridicion Escolastica, Ecclesiastica, y seglar pertenesciente â la dicha Maestrescolia*, & inferius ibi: *Y por lo que me toca le doy poder, y facultad para vsar la dicha jurisdicion.* Quæ verba iunctis à nobis traditis eodē c. 8. ad fin. cōuincunt, in studiosos laicos, laicam iurisdictionem esse, & à Principe deriuari.

Duodecimo, pulcherrimè defenditur hæc regia iurisdictionis concessio, etiam iure communi, ex textu apertissimo in d. authentica habita ibi: *Coram Domino, vel Magistro suo, vel ipsius ciuitatis Episcopo, quibus hanc jurisdictionem dedimus.* Ecce vbi Episcopi iurisdictio in studiosos ab Imperatore conceditur: ergo temporalis est. 58

Decimotertio, confirmatur hæc sententia ex Trident. Sess. 22. de reformat. cap. 8. vbi cum Episcopis detur facultas visitandi Collegia quęcumquè pia, *etiâm quas Scholas, sine quocumquè alio nomine vocant*, adduntur hæc verba: *Non tamen quæ sub Regum inmediata protectione sunt, sine eorum licentia*; quod nulla alia de causa, exceptum puto, nisi quia prædictæ Vniuersitates, vt potè res principaliter laica, ad visitationem, & gubernationem laici Principis expectant, & licet cætera Collegia, & Vniuersitates quantumuis laicas, quæ sub inmediata Regum protectione non sunt, Concilium, Episcopi visitationi, permittat, quando piam causam continent, vtpotè mixti fori; attamen id dignitati Regiæ datum, vt quantumuis piam causam contineant si sub eius protectione sint, Ecclesiasticus nullas partes habeat, quo sensu Concilij verba accepit, Bouad. d. lib. 2. cap. 28. nu. 214. lit. F. Narbon. l. 31. gloss. 1. num. 5. tit. 7. lib. 1. Recopil. qui latè probant studia generalia sub inmediata Principis protectione existere, & faciunt scripta sup. num. 38. & seqq. & hic sensus probatur in cap. 2. §. ad hæc, Sess. 25. de reform. in eod. Trid. 59

Nec credas, d. cap 8. Trid. cæteras Vniuersitates quæ Episcoporum visitationi committuntur ob id Ecclesiasticas esse, sed tantum mixtas, si pietatis causa fuerint erectæ, aliàs si non pia relicta contineant, & maior pars sit laicorum, erunt sæculares omnino, iuxta conclusionem nostram, supra num. 18. & seqq. scriptam, ratio est, quia Trid. non nisi de Vniuersitatibus pietatis causa erectis loquitur, vt ex eius verbis constat, studia autem non obid solum, quod studia sint, piæ causæ sunt, cum Baldo docet Petr. de Vbaldis in tract. 4. canon. quęst 14. num. 24.

Barbat. vol. 4. cons. 1. num. 3. Tiraquell. de priuileg. piæ cāus. in præf. vers. *item relictum*, Marant. 6. part. 2. act. princ. num. 85. Abb. cap. 1. de in integr. restit. num. 15.

60 Decimoquartò huius sententiæ veritatem, vsus ipse Regum
Hispaniæ, ab ipsa Vniuersitatis Salmanticensis infantia, quàm
61 sæpissimè demonstrauit; nam primo loco Alfonsus Rex sapien
tissimus eo nomine Decimus (non vt in legibus part. & for.
Nonus) anno 1254. Salmantino gymnasio iudices, & constitu
tiones, habito Doctorum consilio dedit, quo tempore primum
62 Academia cepit legibus gubernari, constitut. prolog. ibi: *Y como el estado desta comunidad no se podia bien conseruar, sin firme, y saludable gouierno de algunas leyes particulares, este sabio Rey las hizo, y ordenò, con parecer de Prelados, y varones sabios, por las quales esta Vniuersidad se gouernò muchos años*, Chacon in histor. Vniuersit. ibi: *Y porque entendiò, que para esto lo principal, era la orden, y buena gouernacion, juntò para ello los Prelados, y Arcedianos, y hombres sabios de sus Reynos; y auido con ellos Consejo, hizo ciertas ordenanças, por donde los del Estudio de Salamanca se gouernassen, è rigiessen, y concedio les muchos priuilegios, y puso hombres principales del lugar que fuessen sus Conseruadores, y amparassen, è defendiessen â la Vniuersidad, y â las personas della, contra los que algun daño los quisiessen hazer.* Deniquè verba ipsius Alfonsi ex priuilegio extracta, quod in scrinijs Salmanticensibus seruatur, cuius què data est d. anno 1254.
63 Hæc sunt. *Otrosi tengo por bien, que el Dean de Salamanca, y Arnal de san Iaque, que yo fago Conseruadores del Estudio, ayan cada año docientos maraudis por su trabajo*, quorum hodiernam æstimationē, infra explicabimus, & ibidem Episcopo Salmanticensi com-
64 mittit: *Que haga prender, y echar en la carcel âlos Estudiantes peleado*
65 *res.* Idem Rex Alfonsus pronuntiat, Scholares laicos suæ iurisdictionis esse, in l. 6. tit. 31. part. 2. ibi: *El nuestro juez los deue castigar*, vbi Gregor. Lopez cum Bald. & Accurs. idem notauit, l. 2. eiusdem tit. ibi: *Contra el Escolar que fuesse lego.*

66 Non alijs quàm prædictis Regijs legibus, moderata est Academia circiter 130. annos, vsquè dum ad ann. 1380. Cardinalis D. Petrus de Luna legati officio in Hispania fungens authoritate Apostolica, ad instantiam tamen, & cum consensu Ioannis Primi, tunc Castellani Regis, quasdam nouas constitutiones edidit, quas postea idem legatus, Pontifex Benedict. 13. nominatus auxit, & confirmauit anno 1411. vt ipse in eisdem cō-

stit vo-

titutionibns testatur, & refertur in d. prologo const. pag. 5. & latiús per Chacon, d. historia.

Postea anno 1436. Ioann. 2. Rex, in comitijs generalibus ad 67
instantiam Regni decreuit, vt iudex specialis Regius crearetur
in Salmantino studio, qui laicorum studiosorum crimina puni
ret, & de tributis Regijs ab eisdem soluendis cognosceret, quod 68
decretum extat hodie, l. 3. tit. 7. lib. 1. Recopil. facileque ex ip-
sius serie conijci potest causa, ob quam solùm ad prædicta duo
causarum genera, iudex specialis datus fuerit, quia scilicet, iudi
ces ordinarij studiosorum, vt ferè semper clerici, & studioso-
rum protectores, remissiùs quàm par erat, eorum flagitia vindi
cabant, fraudibusque in exigendis Regijs tributis locus fiebat,
quibus vt occurreret princeps, iudicem specialem constituit ijs
tantum causis, quæ acriori iudice indigebant; circa quas in mi-
nuta fuit ordinario Scholæ Magistro iurisdictio Regia in lai-
cis Scholaribus, in cæteris tamen causis ciuilibus illibata per-
mansit, & hunc verisimum illius legis sensum opinor. Quot tẽ
pora durauerit hic iudex, in obscuro est, sicut & illud, quo tem
pore, Rectori, & Scholarum Magistro iurisdictio omnis ordi-
naria tributa, nisi quod odorari potest, ex dictis à nobis, cap. 8.
supra à num. 40. & cap. 6. à num. 101.

Post hæc Enricus IIII. Catholici Reges Ferdinãdus & Eli- 69
sabeth, Carolus V. cæterique vsque ad nostrũ Fhilippũ IIII.
quàm plurimis legibus latis, quas videre est in tit. 7. lib. 1. Re-
copil. & in vltima constitution. parte, quàm plurima ipsius vni-
uersitatis statuta, etiam Pontificia authoritate facta, reuocarũt,
limitarunt, aliaquè nouiter præceperunt, prout vniuersitatis
conseruatio postulabat.

Deinde anno 1512. serenissima Hispan. Regina Ioanna Ca- 70
tholicorum Regum filia, Visitatorem & reformatorem Açade-
miæ Salmanticensis constituit Illustrimum D.D. Didacum Ra
mirez dominum meum tunc Malacæ præsulem, ipsiusque Re-
ginę maiorem Capellanum, & Pintiani senatus Prę sidem, dein
dè Reges successores, quàmplurimos alios visitatores & refor- 71
matores nominarũt, quos congessit Chacon in d. historia & cõ
stitutio. prolog. Sed & ipse Martinus Pontifex constitutione 72
22. Conseruatores à Principe dari solitos profitetur, commit-
titque Scholarum Magistro, quod si prædicti Conseruatores
negligentes fuerint, in eo quod ad eorum officium pertinuerit

ipse eos censurâ Ecclesiastica compellat.

73 Decimoquinto certissimum est, hæc omnia quæ scripsimus fieri tuta conscientia non posse per Principes sæculares, si prima sententia vera foret, & nisi Academiæ gubernatio temporalis, & iurisdictio in laicos sæcularis esset; quis autem sanæ mentis homo, audebit Christianissimis Principibus doctissimis Religiosissimisquè eorum ministris, & Consiliarijs imponere, aut errorem, aut peccatum, quorum alterum necesse est, vt imponat, qui contrariam sententiam tueri vellet.

74 Decimosextò, quia iudex Ecclesiasticus ex vi iurisdictionis Ecclesiasticæ, non potest laici personam capere, nisi invocato brachio sæculari, prout cum pluribus resoluunt Bouadill. lib. 1. cap. 17. num. 167. Basil. d. lib. 5. cap. 12. §. vn. num. 13. & sunt iura in cap. 1 de officio ordinar. cap. cum Episcopis eod. in 6. l. 59. in fin. tit. 6. part. 1. l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recopilat. vbi latè Azeued. l. 6. tit. 4. lib. 1. Recopilat. at studiosorum iu-
75 dices Salmantini aprehendunt laicos sine inuocatione brachij sæcularis, & licet reclamauerint sæpiùs Regij Prætores, senatus tamen Regius, ita decreuit: ergo remanet iurisdictio sæcularis.

76 Decimoseptimo hanc sententiam sine dubio probauit Rebuffus in praxi tit. de erectione in Cathredal. num. 7. vbi, de Vniuersitat. Paris. ita scribit: *Sic & Vniuersitatem Papa creat, & Princeps sæcularis, & vterquè priuilegia illi confert, & vterquè suos constituit Conseruatores, & iudices*, idem Rebuf. priuil. 158. in princ. ibi: *Sed hodie sunt constituti Conseruatores, qui iurisdictionem in Scholasticos habent, & exercent, & sunt duo dati, vnus à Rege, vel plures, alter*
77 *à Papa*, Petr. Greg. d. lib. 15. syntagm. cap 32. num. 9. vbi ait Vniuersitates studiorum, ad mixta Collegia pertinere, Ecclesiastica, & non Ecclesiastica, priuilegijs Summi Pontificis, &
78 Regis institutæ, Molina de iustitia, 5. tom. disput. 29. num. 7. qui asserit, in Vniuersitatibus Æuorensi, & Conimbricensi, iurisdictionem in Vniuersos studiosos laicos, merè laicam esse, & à Principe laico iudicem constitui, & in Æuorensi Academia esse etiam alium Conseruatorem Ecclesiasticum, qui à Rectore eligitur, tamen ex Bullis Apostolicis Ecclesiasticam à Pontifice exercere iurisdictionem, in omnibus studiosis clericis, ac
79 beneficiarijs, qui omnino eisdem bullis exempti sunt ab Archiepiscopi Æuorensis iurisdictione. Zeuallos, *de las fuerças*, 2. part.

part. quæst. 157. à num. 8. resoluit, non posse Pontificem, nisi Regis consensus accedat, priuilegium fori studiosis concedere, vt reos laicos extrahant, à proprio eorum foro, inde infert, non valere conseruatoriam Vniuersitatis Toletanæ, quia à Principe nondùm est confirmata, reos verò Ecclesiasticos, rectè posse solũ Pontificem extrahere, & ideò eorum respectu valere Conseruatoriam. Ecce apertissime sentiunt prædicti interpretes, nihil amplius habere Academiam, Ecclesiasticum, quàm quod spirituale est, vel ratione causæ, vel ratione clericorum, vt singulorum, cætera à secularis Principis potestate pendere; nam quod prædicti authores affirmant, vtrùmquè, Põtificem scilicet & Regem instituere, & priuilegia concedere, ita accipiẽdum est, vt vnusquisquè, vel pro suo territorio, vel pro causarum natura, id constituat, quod suæ iurisdictionis est. 80

Postremo Cardoso in praxi, verbo *studium*, ait, studia cuiuscunquè Vniuersitatis, quæ immediatè subiecta sit Summo Põtif. & eius visitationi, debent visitari, & reformari per delegatos Summi Pontificis; illa verò quæ sunt, in Vniuersitate subiecta Imperatori, Regi, seu principi sæculari, sunt visitanda, & reformáda per deputatos ab ipso Imperatore, Rege, seu Principe; & hæc sententia non male per eum probatur in Trid. Sessione 25. de reformat. cap. 2. vers. *ad hæc*, qui author & omnes hoc 17. fundamento adducti, illud absquè dubio sentiunt, non ex eo solo, quòd Vniuersitas studiosorum sit, Ecclesiasticam omnino & Ecclesiasticæ iurisdictionis esse, ac per consequens falsam reddi, Salycet. & sequacium sentẽtiam, aliàs inepta prorsus esset distinctio, inter Academias sæculares, & Ecclesiasticas, Cardin. Alban. in addit. ad Bartol. in l. sodales, de Colleg. illicit. in hanc eandem sententiam incidit, quamtùmcumquè Bartolo assentire non videatur in principio, nam ad finem addit, respectu clericorum, vt singulorum, non operari maiorem laicorum partem, secus vt vniuersorum, hoc autem ipsum, & Bartolus si bene percipiatur, & nos fatemur. 81 82

§. I.

...ndetur ad primum argum. & de immunitate Ecclesiarum, Scholarumve, in studiosis agitur.

VITVR nunc, vt oppositæ sententiæ argumenta diluamus, quorum primo satis fit, ex dictis in primo fundamento nostrę sententiæ, & sequentibus, vsquè ad 5. ex quibus constat, non minorem partem inspiciendam, etsi dignior sit, sed maiorem; illud verò quod dicitur, generaliter studiosos omnes, clericos appellari, impropia, & abusiua, ne dicam barbara locutio est, indignaque in tantæ rei argumentum ponderari, præcipuè si expendas duo quæ mouerunt Salicetũ. Primum, quod studiosi, ab vltramontanorum vulgo, clerici nũcupãtur. Secundũ, quòd iustitię Sacerdotes appellantur, inl. *I.* de iustit. & iure, hæc omnia futilissima sunt vid. Matthæũ Steph. de iurisdictione, relatũ ab Ossual. d. lib. 17. c. 20. lit. K. *vers. planè*. Sed illud turpius est, quòd ex dictis infert Balb. in d. allegat. à num. 61. inmunitate Ecclesiæ gaudere non debere studiosos laicos: Credo etènim falsam omnino eius sententiam esse, quinpotiùs studiosos laicos inmunitate Ecclesiastica omnino frui debere, quod, nostra sententia retenta, necessariò infertur, & sic in supremis tribunalibus iudicatum accepi, idcircò Scholarum magister, seu quilibet Scholarium iudex, eos ab Ecclesia extrahere nequibit; quòd si de facto extrãhat, poterit Episcopus, sub cuius Diœcesi Eccleſia erit, aduersus extrahentes procedere. Quid denique iuris sit, in studiosis clericis, *ex illis ipsis rationibus* dęcidi oportet, quæ latè ab interpretibus tradũtur, in quæstione generali de inmunitate clericorum; nam studiosi qualitas, nil addit, nequè detrahit quoàd hanc quæstionẽ de inmunitate clerici, in qua duæ sunt oppositæ sententiæ, & licet Panormit. quæ negatiua est, vsu tribunalium præualuisse aliqui affirment, mihi tamen affirmatiua sententia iam pridem placuit, quam placuisse video, doctissimo Couarr. lib. 2. var. cap.

cap. 20. num. 16. vers. *vigesimonono*, & alijs congestis à Bouad. lib. 2. cap. 14. à num. 57. Farinac. 1. tom. tit. de carceribus, quæstion. 28. num. 7. & 8. Tusch. verb. *Ecclesia*, conclus. 10. & 11.

Planè hæc distinctio inter laicos, & Ecclesiasticos studiosos locum non habebit, si non de inmunitate Ecclesiæ tractetur, sed de inmunitate Gymnasij, siue Scholarum, nam tunc indistinctè extrahi nequeunt, nequè clerici, nequè laici studiosi, ratio est, quia hæc inmunitas non solum loco, sed personæ ipsius studiosi tribuitur, & ita indistinctè seruandam, probant Rebuf. priuileg. 102. Horat. Lutius priuil. 52. Clarus 5. sentent. 5. fin. quæst. 30. ad finem Decian. tom. 2. criminal. lib. 6. cap. 29. num. 11. Bouad. lib. 2. cap. 14. num. 104. Narb. l. 28. tit. 7. lib. 1. Recopilat. apud quos reperies, quibus casibus Scholarũ inmunitas non sufragetur. 88 89

§. II.

Respondetur ad secundum argum. & latè explanatur, quid Pontifex possit in Academijs erigendis, & ad quid approbatio Apostolica desiderari soleat.

AD secundum respondetur, satis constare ex rundamẽto 6. nostræ sententiæ, quàm falsum sit asserere, studiũ generale erigi non posse, sine Pontificis authoritate, cum quilibet alius supremus Princeps, in sua republica, eandem habeat potestatem, vt tamen constet de potestate Pontificis in hac parte, & cur studia generalia Principum sæcularium, eius approbationem, & priuilegia habeãt, sequentes constituo regulas. 90

Prima, Summus Pontifex sicut quilibet qui reipublicæ præest, potest in suo temporali territorio, studium generale constituere, absquè vllius alterius assensu, aut authoritate, cap. 2. de priuilegijs, vbi Doctores. In hoc studiorum genere, prout est 91

vibis Romanæ Gymnasium, omninò habet locum distinctio
92 an maior vel æqualis pars, sit clericorum, & tunc Ecclesiastica
erit, sin vero maior pars sit laicorum, sæcularis erit, & tempora-
liter ipsi Pontifici subiecta, nec credas hanc distinctionem su-
pervacuam, ad multa enim prodest, nam si laica est, laicus Re-
ctor eligi poterit, & valebit electio, sin verò Ecclesiastica, nulla
93 erit laici Rectoris electio, vt iam alibi latius diximus. Item ap-
pellatio à Rectore seu cæteris iudicibus, etiam si clerici sint, in-
94 terponi debebit, ad iudices sæculares ipsius Pontificis, hoc est
ad Potestatem si laica est Vniuersitas, in causis laicorum; si ve-
rò Ecclesiastica, indistinctè ad Episcopum appellabitur, prout
hæc omnia in Academijs *Romæ*, & Bononiæ erectis resoluunt
Abbas d. quæst. 6. optimè Scaccia de appellat. quæst. 8. art. 40.
num. 124. & sequentibus, vide quæ dicam in solut. ad 10. arg.
in fine.

95 Secunda non tantum in suo territorio, sed in omnibus Eccle
sijs Cathredalibus, Collegiatis, Parrochialibus, *Romanæ* Ec-
clesiæ subiectis, potest Pontifex studia erigere, & Magistros
clericos ad eruditionem clericorum, & studiosorum pauperum
constituere in omnibus scientijs, & Ecclesiarum redditibus ale
re, prout factum fuit in Concilio Lateranensi, de quo in cap. 1.
& per totum, de Magistris iunctis à nobis traditis supra *cap.* 8.
96 à num 42. quæ studia Ecclesiastica erunt omninò.

Tertia, si Princeps sæcularis negligat studia vniuersalia lai-
97 corum erigere, & *Religionis* causa, & studiorum penuria id po-
stulet, poterit Pontifex, Principem monere, & cogere vt ea in-
stituat, aut ipse instituere, Principe monito & nolente, aut ne-
gligente, ratione supremæ potestatis Ecclesiasticæ, & ob cau-
sam *Religionis*, & iuxta prædicta intelligendus est text. in ca.
de quibusdam 37. distinct. & huius tertiæ regulæ rationes, ex-
98 primuntur in Clement. 1. de Magistr. iuxta quas erectum stu-
dium, non erit Ecclesiasticum, nisi maior pars, *clericorum sit*,
ex sua natura, aut fundatione, aut nisi ad eius conseruationem,
& *Religionis* causam, omninò necesse sit, vt à sæculari iurisdi-
99 ctione eximatur, aut si iustè ab eius protectione princeps sæcu
laris fuerit priuatus, quo casu expressa priuatio exemptio-
nè necessaria est, aut quod cætera concurrant, præcipuè quod
durare nequeat studium, nisi exemptum, hæc latè probari pos-
sunt ex adductis à Basilio d. lib. 5. de matrimonio c. 12. §. vnico

num. 11. & quæ congessimus supra nono fundamento nostræ sententiæ, & cap. 8. à num. 44.

Quarta, licèt ad studium generale constituendum in Regno 100
vniuscuiusquè Principis sæcularis, non sit necessaria Pontificis authoritas, siue approbatio, attamèn est admodum conueniens, ad augmentum, & conseruationem studij, idcircò ferè semper à Pontificibus approbatio postulatur, etiam per ipsos Reges; vt fecit noster Alphonsus, inde est, vt lapsi nonnulli cre- 101
diderint, necessariam esse approbationem Pontificis, licet ego nullibi id scriptum legerim, nisi in constitutionum prologo, vbi allegatur Ancharranus in cap. cum dilectus num. 10. quæstion. 3. quid nequaquàm probat, imò contrarium num. præcedenti, & per Balboam, d. allegat. num. 12. ad fin. vbi allegat Bartol. & Bald. quorum nullus quidquam tale scripsit, in locis per Balboam allegatis, nec vnquàm alibi, vt opinor. Multò minus id probãt Diuus Thom. & Antoninus relati supra in 6. fundam. nostræ sentẽtiæ; imò oppositum docent, & solum addunt præcipuè ad Papam expectare ordinationem studiorum, quod 102
verbum *precipuè*, vel *maximè*, non eum habet sensum, quasi id solus Pontifex possit, nam is sensus pugnaret expressis ipsorum authorum verbis, sed *precipuè*, vel *maximè*, propterea, quod vt diximus eius approbatio summè conueniens est, & ferè in omnibus studijs intercedit, ob effectus quos statim explicabimus, & sic intelligendus est idem Antoninus 3. part. tit. 5. cap. 2. §. 1. & additio Philipi Probi, ad Cosmam in pragmat. dict. proœm. §. *quibus attente*, verbo, *studiorum*, ibi: *Erigere Vniuersitatem ad solum Papam spectat, aut Regem, aut Principem, vt notat beatus Thom. Antonin. &c.* & his verbis Cosmæ addit. probus: *Hodie verò, vt in pluribus, Ecclesia atraxit sibi collocationem studiorum, & meritò cum multum faciant, ad interpretationem fidei nostræ.* Multò melius scripsisset hic author, 103
vt in plurimum, quàm vt *in pluribus*, & magis pie, & forsitàm error extat typographi, aut deniquè si ipse author sensit hodie expectare ad solum Papam, labitur omnino; mirè huius regulæ veritas comprobatur ex proœmio Martini V. constitut. ibi: *Ad huiusmodi Vniuersitatis augmentationem, & conseruationem*, & iuxta prædictas regulas accipiendus est Camillus Borrell. de præstantia Regis, cap. 34. num. fin. similiter, & Petrus Greg. lib. 15. syntagm. cap. 32.

Denique apertè comprobat hanc sententiam nostram, Chã-
104 con in historia qui de confirmatione, nostræ Salmant. Aca-demiæ, agens, ait: *Por todas vias procurauan el Rey don Alonso acrecentar el dicho Estudio, que cada dia se adelantaua en reputacion, y letras, y aunque el dicho Estudio auia sido establecido por el Rey don Alonso su abuelo y confirmado por el Rey don Fernando su padre, con todo esso porque tuuiesse mas authoridad, el mismo pidiò confirmacion del al Papa Alexandro IV. que entonces era, &c.*

Quinta regula, sola approbatio Pontificis, nequaquàm facit
105 Ecclesiasticam Vniuersitatem, aliàs sua natura laicam, hæc regula euidens est: nam Pontifex non potest Ecclesiæ iurisdictioni subdere, Vniuersitatem laicorum, nisi ratione ordinis, vel Religionis, hic omnia cessant: ergo laica manebit: probantur hæc ex traditis sup. 10. fundamento nostræ sententiæ n. 53.

Secundò probatur, quia dupliciter potest authoritas Pontificis desiderari. Primò vt ipsam rem cui authoritatem interponit, erigat in spiritualem, prout euenit, in Ecclesiarum, & Capellaniarum fundationibus, quas collatiuas vocant. Secundò intercedit authoritas Pontificis, non vt rem ipsam in spiritualem erigat, sed dum examinat, an quid aduersum moribus, aut religioni contineat, vel vt priuilegia, aut redditus Ecclesiasticos largiatur, aut quid simile, vt contingit in Academiarum, siue studiorum fundationibus in librorum publicatione, & similibus; in hoc secundo casu nequaquam Pontificia authoritas rem Ecclesiasticam facit, imò nec id Pontifex intendit; & hanc duplicem authoritatis Pontificiæ interponendę speciem, ignorarunt Azeued. Gutierr. Gironda cæterique à relati supra, num. 17. inde lapsi crediderunt, absolutè authoritatem Ecclesiasticã Collegijs, & Vniuersitatibus interpositam, Ecclesiasticas eas reddere. Quòd autem authoritas Ecclesiastica interuenire soleat non vt rem Ecclesiasticam faciat, sed tantùm vt licitam, rectè scripsit Marta de iurisd. 4. part. cap. 113. num. 17. ibi, *Nec refert, quod huiusmodi fraternitates, sint erecta ex authoritate Summi Pontificis, quia authoritas Pontificia non potest facere, vt persona sit locus, facit autem vt Collegium, dicatur licitum, nec erectum contra prohibitionem, nec facit quod sit locus pius.* Hic subintrat aptissimè scire, vt quid ergo hæc Pontificia approbatio desiderari solet, & à Principibus peti? accipe perstrictim effectus, & rationes.

106 Primus effectus est, vt studium à Principe in suo regno erectum,

ctum, non solum sit generale in suo Regno, sed in Vniuersa Ec
clesia, Princeps namquè non potest extra suum Regnum stu-
dium generale erigere, nam extra territorium ius dicenti, im-
punè non paretur, l. fin. de iurisdict. nequè princeps, in alium
superemum Principem potestatem habet, l. ille à quo 13. §. tem 107
pestiuum, ad. Trebell. Pontifex autem, in omnibus Regnis
Christianis, potestatem habet, cap. cuncta per mundum 9. quæ
stion. 3. vnde studium, ab eo, vt generale approbatum, in vni-
uersa Ecclesia generale erit, quam differentiam, & effectum in
specie doctè scripsit Petr. Greg. de republic. lib. 18. cap. 3. nu-
mer. 8. & ante eum præsenserat Immol. Clement. dudùm de se-
pulturis, num. 22. ad fin.

Hanc sententiam credo verissimam, vt laureati in simili stu- 108
dio à Pontifice approbato, possint, in aliorum Principum reg-
nis, docere Theologiam, & ius canonicum, item quod huiusce
Vniuersitatis gradus, (cæteris concurrentibus) valeant, ad
honores Ecclesiasticos, & beneficia obtinenda, ad quæ gradua
ti in studijs generalibus desiderantur: ad cætera verò officia, & 109
munera merè sæcularia, itẽ ad docẽdum ius ciuile, & Regium,
verius profecto crederem, non nisi ex consensu Principis supre
mi, vniuscuiúsquè Regni, procedere prædictam sentẽtiam, quo
consensu accedente, idem esset, & si Pontificis approbatio de-
ficeret, d. l. ille, §. tempestiuum, vers. *sed si*: Vnde nouiter inferri 110
potest, Scholarum Magistrum Salmanticensem, & similes, si
vellent suam iurisdictionem exercere in laicos alteri Principi
subiectos, in casibus in quibus diætas excedere possunt, nequà
quam posse; si verò in clericos, rectissimè poterunt, quia respe-
ctu clericorum potuit Pontifex Scholarum Magistrum in vni
uersa Ecclesia iudicem facere, non verò respectu laicorũ, quos
à suis iudicibus eximere non potest, nisi ex consensu ipsius
Principis, cui rei laici subsunt.

Secundus effectus est, vt clerici studiosi, Scholarum Magi- 111
stro licitè subijciantur, & indistinctè in omnibus causis, nam li
cèt iure communi, in causis Vniuersitatis, seu professionem res
picientibus, iurisdictio Regia sufficere videatur, ex dictis per
nos sup. c. 4. à n. 4. & c. 6. n. 66. & in specie tenet Bouad. d. lib.
2. c. 18. n. 214. & est l. fin. C. de iurisdict. vbi Bartol. & cæteri,
latè Abbas d. q. 6. tamen in causis clericos respicientibus, vt
singulos, satis est dubium, an iudex Vniuersitatis laicæ, etiam 112

si clericus sit, possit cognoscere, maximè sine consensu prælati ex cap. significasti de foro competenti, de qua quæst. abunde Abbas. d. quæst. 6. num. 8. & 9. Marian. Socin. & alij plures quos retulimus sup. c. 6. n. 66. quæ omnia dubia cessant, approbatione Pontificia intercedente, nec vlla licentia Prælati re-

113 quiritur, ad prorrogationem iurisdictionis, siquidem ipse Pontifex eos omnino submittit Scholarum Magistro, & ab omni

114 alio iudice eximit. Hinc etiam licitum est iuramentum, quod ab studiosis clericis quotannis extorquetur, de obediendo *Rectori*, quod, sine licentia Prælati, non procederet, si studium à Pontifice non fuisset approbatum, latè Bald. d. authentic. habita Speculator de actore, vers. *item excipitur*, Alexand. in addition. ad Bartol. d. l. final de Colleg. illicit. num. 3. lit. P. Ancharran. in regul. ea quæ quæstion. 16. de regul. iur. in 6. Zacharias in not. ad Abbat. cap. 1. de locato lit. D. Marta de iurisdiction. 4. part. casu 39. numer. 6.

115 Tertius effectus est, vt redditus Ecclesiasticos, ex quibus opulentissime hæc vniuersitas alitur, percipere licitè valeat, quos Principis concessione habere non posset, licèt hic, non tàm sit aprobationis effectus, quàm ratio, quæ potissimum Hispanos *Reges*, & alios Principes mouere solet, vt approbationem à Pontificibus postulent.

116 Quartus effectus, siue ratio est, vt clerici etiam Beneficiati & Religiosi, liberè ad studia possint migrare, nequè à suis Prælatis detineantur, & vt leges & physicam possint audire, & docere, quæ omnia cum prohibitiones canonicas contineant de quibus in cap. super specula ne clerici, vel Monachi, cap. 2. eod. tit. in 6. necessariò ad Pontificiam dispensationem perti-

117 nent, nec *Regis* vllæ in id sunt partes; quid autem in nostra Salmantica dispositum sit reperies, de clericis, etiam beneficiatis const. 27. vbi trienij studium, in ciuili iure, eis permittitur,

118 nisi præsbyteri, aut religiosi sint, de Monachis studentibus, constitutio 31. & 32. pro materia vltra ordinarios in prædictis iuribus, Horat. Luc. ad finem tract. de priuileg. Scholast. nu. 18. & priuileg. 100. ampliat. 1. Barbos. de potest. Episcop. 3. part. alleg. 50. num. 49. & allegat. 56. num. 26. Carol. de effect. cleric. effect. 29. à num. 1.

119 Quintus, isque infignis effectus est, ad tollendum dubium, an

ẽn studiosi beneficia habentes, fructus in absentia percipere va
lerent, ex priuilegio, cap. final ad fin. de Magistr. si in studio
quãuis generali hęc approbatio deficeret, & si enim defẽdi pos
sit, absquè expressa approbatione, sufficere tacitam, siue præ-
sumptam Pontificis, aut cõsuetudinem, vt latè probat Horat.
Luc. d. priuileg. 100. tamen, sine dubio est si Academia per Põ
tificem approbetur. In nostra Salmanticensi Schola, extat in-
signe Eugenij IV. priuilegium in hanc rem multò ampliorem.
facultatem concedens, quam d. cap. vltimo de Magistris con- 130
cessa erat, de cuius materia diffusè scripserunt, Couar. lib. 3.
var. cap. 13. num. 5. Azor. inst. 2. tom. lib. 7. cap. 4. Garc. de be
nef. 3. part. cap. 2. à n. 54. Gratian. discept. cap. 165. n. 15. Fran
cisc. de Leon in Thesaur. Eccles. cap. 33. num. 22. Carol. de ef-
fect. clericc

§. III.

Responsio ad 3. argum. & de differentia inter corpus mysticum, & singulos de Vniuersitate, quôad causarum cognitionem.

AD tertium facilè respondetur, turpiter errasse Bella-
meram, qui primus huius argumenti autor est; dum 131
scribit, ex eo, quod Vniuersitas Scholarium laica cen
senda foret, inferri, vt de studiosorum causis laici cog-
noscerent, quod esset absurdum, respondetur (inquam) nil im
pedire, Vniuersitatem laicam esse, & adhuc in ea clericos stu-
diosos exemptos manere in causis quæ ad ipsos vt singulos, &
vt clericos expectant, sic enim dicimus, quoties ab Vniuersita
te Rector laicus eligitur, vt in clericos studiosos, iurisdictio-
nem non habeat, sed tantùm in laicos, quæ distinctio, siue 132
exemptio, non minus facit Vniuersitatem laicam, vt in
specie scribit, Marianus Socin. d. cap. 1. num. 17. pag. 2.
vers. & *erunt exempti*, & inferius vers. *& ideò debet esse cle-*
ricus, Bartol. l. sodalis num. 13. de Colleg. quæ solutio mani-

festior

133 festior sit ex eo, quia ciuitas, aut senatus Regium, nõ desinunt: sæcularia esse, quia corpus vniuersum ex aliquibus clericis exemptis constet, ergo nec studiorum Vniuersitas; & ob hanc exemptionem euitandam, solent sæculares Principes authoritatem Apostolicam requirere, quæ si interueniat omnis exẽptio cessabit, vt nuper diximus in 2. effectu.

134 Secundò, respondetur distinguendo tres causarum species; prima est, earum quę ad clericos studiosos respiciunt, vt singulos, nec sunt de professionem studij respicientibus, & in his causis, erunt exempti, vt in prima solutione diximus.

135 Secunda species est, causarum quæ ad studiorum professionem respiciunt, in quibus quamuis laica sit Vniuersitas, & laico Principi subiecta, poterit Princeps, & eius iudices laici, cognoscere de clericorum causis, in hoc tantùm, vt eos à gremio Vniuersitatis expellere possint, & Scholas interdicere, & Cathredis, cæterisquè priuilegijs, & emolumentis, quos ab Vni-
136 uersitate habebant ex iusta causa priuare; excepto eo, quod aduersus eorum personas vltra non procedatur, ita in specie Bouadill. d. lib. 2. cap. 18. num. 214. huius rei ratio pendet, ex dispositione, l. fin. C. de iurisd. iunctis traditis ab Abbat. d. q. 6.
137 num. 9. & his quæ de modo procedendi aduersus clericum, ratione suscepti officij, cumulant Mexia ad pragm. pan. concl. 5. num. 21. vsquè ad 33. Salgado de reg. protect. 2. part. cap. 4. num. 11.

138 Addo, quod nil absurdi resultat, cum hæc iurisdictio proprièe non sit, sed politica & æconomica dominatio, quam & simplicis confratriæ Rector habet, qui iurisdictione caret, Bart. l. sodalis numer. 13. de Colleg. vnde fit communem sententiam.
139 Quam supra probauimus, nempè Rectorem laicum nullam in studiosos clericos iurisdictionem habere, accipiendam, de propia, & vera iurisdictione, poterit tamen etsi nullam habeat, ab Vniuersitate expellere, & priuilegijs priuare, studiosis concessis, etiam si clerici sint, dummodo aduersus eorum personas, vl-
140 tra non procedat. Imò si iudex ab Vniuersitate laica electus, clericus esset, plenam causæ cognitionem haberet, etiam aduersus personam, & bona clerici studiosi, in hisce causis professionem spectantibus, iuxta vulgarem sententiam, de qua Abbas d. q. 6. v. 9. & nos latè suprac. 6. n. 66.

141 Quæ omnia, iure communi in Vniuersitate laica procedent, ex-

expressam aprobationem Pontificis nõ habente, nam si appro
bata sit, mixtamque iurisdictionem Ecclesiasticam, scilicet, &
sæcularem exerceat, hæc cessabant, ad id tamen proficient, vt
dignoscatur, quibus casibus Regia iurisdictio sit, & in quibus
Pontificia.

Tertia caularũ species est, earũ quæ ad vniuersum corporis 142
mistici moderamẽ, & studij generalẽ gubernationẽ spectãt, &
in his, procul dubio est, nullũ adesse absurdũ, in eo quod à iudi
ce, siue principe sæculari, terminẽtur, etiam si inmixtim studio
sos clericos contingant, perspicua est huius rei ratio, nam licet
vniuersitas ex singulis corporibus constet, alia tamen persona 143
est vniuersitas, & illud corpus mysticum, omninò diuersa à cle
rico studioso vt ex l. lege C. de in ius vocando, & c. qui manu-
mittitur 12. quæst. 2. l. mortuo de fidei iussor. I. proponebatur
de iudic. fusse probant, Abbas d. q. 6. num. 11. vers. *sed præsuppo
no* Socin. c. si quis clericus num. 17. vers. *dic ergo*, de foro comp.
Roland. consil. 53. Minsing. obseru. 78. cent. 4. à nu. 7. Gayl.
lib. 2. de pac. publ. cap. 9. num. 11. & 14. cum ergo sit diuersum
corpus, idque sæculare, recte dicemus cessare absurdum, quod
Bellam. opponit, siquidem non de clericis cognoscitur, sed de 144
Vniuersitate ipsa, ita in specie concludit Bouad. cum pluribus
d. lib. 2. cap. 18. num. 181. & 214. quæ conclusio abunde com-
probari posset, ex congestis ab interpretibus in resolutione il-
lius quæstionis, an scilicet lex à Principe sæculari prolata, quę
regimen & bonum publicum totius Regni respicit, clericos li-
get, de quo vltra ordin. in cap. Ecclesia S. M. de cõst. Oldrad.
consil. 22. Valasco consul. 100. Zeuallos in epistola ad Regem
3. tom. num. 22. Burg. l. 3. Taur. num 40. Menoch. consil. 10.
Bellarm. de cleric. lib. 1. cap. 28. versic. *tertia propositio*, Graffus
de effectibus clericat. effectu 2. à n. 130. & à n. 265. D. Thom.
de regim. princip. lib. 1. cap. 12. Salzedo ad Diez cap. 55. Paz.
de tenuta 2. p. cap. 63. num. 14. Victoria de potest. Ecclesiast.
relect. 1. sect. 7. num. 4. Nauarr. in manual cap. 23. num. 88. So
to de iust. quæst. 6. art. 7. vers. cæterum Molin. de iust.
tract. 2. disput. 32. vers. *sexta conclusio*, Medina
de rest. quæst. 36.

§. IV.

Respondetur ad quartum argum. & litterarum, & studiorum finem, communem, siue promiscuum esse probatur.

145 AD quartum resp. ex latè adductis per nos in 7. & 10. fundam. nostrę sententiæ, à nu. 8. vbi probauimus, ad Principes sæculares spectare studiorũ erectionẽ, nec posse Pontificẽ ob solã Scholastici qualitatem, laicos à Principis potestate eximere; ergo manifestum est studij finem, non esse ex ijs spiritualibus causis, ob quas Pontifex potest laicos à sæculari potestate eximere, aliàs ad solum Pontificem priuatiuè spectaret studiorum creatio, & sola studiosi qualitas, forum Ecclesiæ tribueret, non secus ac religio, seu ordo.

146 Secundò, respondetur finem præcipuum, & potissimum studiorum esse, vt sint viri docti in omnibus scientijs sacris, & profanis, qui rempublicam feliciter regere, & supremis principibus assistere, virtutesquè morales exercere possint, vt honestè viuatur, vt alteri non lædatur, vt suum cuiquè tribuatur; l. 6. tit. 31. part. 2. ibi: *E que pueden de estudiar, y de aprender, è de facer vida honesta, y buena, cà los estudios para esto fueron establecidos*; Petr. Greg. de republ. cap. 2. num. 16.

147 Quod autem iste finis sit communis, siue promiscuus, cõueniẽsquè Principi sęculari, sicut & Ecclesiastico, nemo dubitabit, nisi qui ignorauerit, §. iuris præcepta inst. de iust. & iur. hinc est, quod hæc qualitas studiosi communis sit laicis, & clericis, Abbas cap. fin. de priuil. in 6. & cap. 2. eodem, & d. quæst. 6. num. 3.

148 Hinc etiam est, quod summè conuenit christiano Principi, etiam in Theologia, & iure canonico, valides esse professores; quis enim dubitat, religionis vnitatem, conseruationem, defensionemquè, Principi sæculari in suo Regno incumbere; tritissima certè est, Theologorum, Philosophorum, & politicorum

tum doctrina; at hæc, sine viris doctis, sine studijs, Princeps
consequi nequibit; non nego hæc ipsa ad Pontificem, etiam ex 149
pectare, imò Pontifici non solum in suo temporali territorio,
sed in vniuersa Ecclesia, maximè nolente, vel negligente Prin
cipe sæculari vt supra diximus, id tamen negabo, ad solum Pon
tificem priuatiue spectare, quæ res omnino à veritate abest, nã
si finis communis est vtriquè potestati, pariter, & potestas eri-
gendi studia, & iurisdictio in eis communis erit, siue promis-
cuus.

Nec tunc obijcias, vel nos ipsos fateri, quod scientiarum fi- 150
nis sit, virtutum moralium exercitium, honestam & iustam vi-
tam docere, & denique ignorantes erudire, quæ omnia in Prin
cipis Christiani Republ. finem supernaturalem sapere, non est
dubitandum; quod maximè in Theologia & iure Canonico
procedit, quæ duo immediatè Dei cognitionem & cultũ respi-
ciunt, & vt finem potissimum habent, Christianum compone-
re. Nam respondeo, quod ad eximenda studia, & studiosos à 151
Principis sæcularis *iurisdictione*, non sufficit scientiarum fi-
nem esse *supernaturalem*, sed ampliùs requiri, quod salus spiri-
tualis, vel *periculum animarum* versetur, vt in nostra eadem
quæstione resoluit Basilio d. lib. 5. cap. 12. §. vn. num. 10. &
12. *exempl.* grat. si aliter studium conseruari nequiret, quàm
exemptum, & Religionis causa, studium ibi esse postularet, vt
sup. diximus num. 97. aliàs si sola finis naturalis inspectio suffi-
ceret ad exemptionem, sequeretur, quòd ob quodcumquè ex 152
quatuordecim misericordiæ operibus, quod laicus exerceret,
veluti si erranti monstraret iter, aut ludi Magister elementa pri
ma doceret, diceremus absolutè eximi à sæculari iurisdictione,
& Ecclesiasticæ potestati subijci, aut eximi posse per Pontifi-
cem, quòd nullus affirmabit; cum ergo ratio illa potissima sa-
lutis spiritualis, vel periculi animarum, cesset in nostra quæstio
ne, sequitur, sæcularem manere Vniuersitatem studio-
rum, quantumcumquè finem supernatu-
ralem, cum politico mixtum,
respiciat.

§. V.

Respondetur ad quintum argum oppositæ sententiæ.

153 AD quintum respondetur, à clericorum coniugatorum exemptione, pessimè argui, ad exemptionem studiosorum laicorum; nam clerici coniugati, clerici sunt, capit. 1. de cleric. coniugat. in 6. & ratione ordinis, vt toties diximus, rectè possunt à Pontifice eximi; at studiosi qualitas clericum non facit, eum qui laicus est, vnde eximi à Pontifice non potest. Aliud enim est aliquem laicum remanentem eximere; aliud, statum aliquem Ecclesiasticum instituere, quem qui assumat, exemptus maneat, hoc Pontifex potest; illud inuito Principe cui subiecti sunt laici, non potest; at sic est, quod studiosorum, non est status Ecclesiasticus, ergo obsolam studiosi qualitatem, eximi non possunt à sæculari potestate, hoc
154 eodem modo respondet Basil. d. lib. 5. cap. 12. §. vn. num. 21. ad aliam similem obiectionem, de exemptione vxorum, quæ antiquitus Episcopis, præsbyteris, & Diaconis erant, quas Episcopas, præsbyteras, & diaconissas vocabant, quasquè religiosas fuisse, & ob id rectè eximi potuisse, ob religionis causam,
155 probat, idem Basilius d. num. 21. & latius eod. tract. de matrim. lib. 7. cap. 21. & 25. quò postremò loco scripsit, circa Episcopas tantùm necessariam religionem, in cæteris votum castitatis solum emitti, quòd religionem non faciat. Vnde vltra Basilium noto, dici posse diaconissas, exemptas ratione ministerij Ecclesiastici, ad quod ordinabantur, vt ex Epiphanio, & alijs probat Petr. Greg. lib. 16. syntagm. cap. 7. à num. 10. constatque ex l. nulla 9. C. de Episcop. & cleric. Cerda in aduerlar. cap. 155. num. 4. vel fortè verius dici potest, has omnes Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, & subdiaconorum vxores, de foro Ecclesiæ fieri, non ex earum persona, sed quia ob indiuiduitatē matrimonij, domicilium maritorum sequuntur, vt la-

vt latè probauimus, cap. 1. à num. 64. & in specie Bouad. lib. 2. cap. 17. num. 145. de his tamen mulieribus quę Episcopæ prę byteræ, &c. vocabantur, plura vltra Basiliũ reperies, apud Maximo. ann. 571. cap. 18. & 19. distinct. 32. Isidor. de viris illustr. cap. 3. Moral. lib. 11. cap. 48. Padill. cent. 6. c. 12. Baron. ann. 58. à num. 18. & ann. 34. num. 298. & 280. Germon. de sacr. im mun. lib. 2. cap 2. num. 17. Zerd. in aduersar. cap. 155. num. 4. & cap. 82. num. 3. Petr. Greg. lib. 16. syntagm. cap. 7. à n. 10.

§. VI.

Respondetur ad sextum, & septimum argumentum.

AD sextum respondetur, verba illa generalia constit. 23. nullo modo nostræ sententiæ, & conclusioni obstare, nam si certum esse probauimus, in solos studiosos clericos, Ecclesiasticam esse iurisdictionem, & potestatem, sequitur exindè, quantùmcumquè generalia sint constitutionis verba: *Inomnes scilicet cuiuscumquè qualitatis studiosos, siue eorum familiares, vel officiales Vniuersitatis, quod anullo iudice Ecclesiastico, aut seculari, trahi possint, vel quoquomodo corâm eis conueniri*; hæc (inquam) verba accipienda sunt inter subditos Ecclesiasticæ iurisdictioni, idest clericos, inter quos, esse possunt prædictarum qualitatum personæ, ad quarum comprehẽsionem, prædictæ exuberantes clausulæ apponerentur; nam & officiales, & familiares clerici esse possunt, item & aliàs exempti priuilegio Apostolico, quo nõ obstãte, Pontifex per prædictas clausulas, eos Scholæ Magistro subiicit, qui sensus necessarius est, nisi dicamus, in laicos studiosos prædictam constitutionem vim non habere, nisi volente, & approbante Principe, & tunc vt Principis magis, quàm vt Pontificis constitutio, sustinebitur, l. 1. §. sed neque, C. de vet. iur. enucl. ibi. *Vt omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem, prudentissimi viri, habeant authoritatem, tamquàm si eorum studia, ex principalibus constitutionibus profecta, & à*

156

157

158

nostro diuino forent ore profussa; omnia enim merito nostra facimus, quibus ex nobis omnis eis impertietur authoritas : nam si Pontifex, inuito Principe, laicos eximere non potest, etiam si eximat, dicemus exemptionẽ nõ tenere, argum. si filius 19. de testam. ibi: *Quia nulla sunt tabulæ testamenti, quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuerit*, l. fin. de iurisd. cum similibus.

459 Sed & prædicta solutio, nempè quod clausulæ generales restringendę sunt, ad clericos, confirmatur, quòd si non in Pontificia constitutione, sed Regia lege appositæ forent, etsi amplissimis formulis, talibus scilicet quòd clericos comprehenderent, nemo dubitaret, generalem illum sermonem, ad Principis subditos, idest laicos, restringẽdum, ergo pari modo, eo principio posito, quod verissimum est, ob solam studiosi qualitatem Pontificem non posse, laicum à Principe eximere, sequitur, quòd licet clausularum exuberantia verba, similem exemptionem innuerent, restringenda essent ad clericos, qui Ecclesiastici fori sunt.

460 Ad septimum argumentum eadem omnino solutio adaptanda est, nempè clausulam illam, qua Pontifex declarat, Vniuersitatem Salmanticensem, inmediatè Sedi Apostolicæ, subiectam existere, accipiendam fore, respectu iurisdictionis Ecclesiasticæ in clericos studiosos, aut causas Ecclesiastici fori, iuxta nostram sententiam, & conclusionem supra positam.

§. VII.

Respondetur ad octauum argum. deductum, ex d. const. 23. iunct. cap. si diligenti, de for. compet.

461 AD octauum respondetur eodem modo, quo respondimus ad sextum, & septimum, scilicet, priuilegium studiosis omnibus conceissum, d. const. 23. quòd trahi nequeant coram vllo alio iudice, quàm coram Scho-

lx

le Magistro, nec ratione summissionis, vel delicti, nec ob aliam quamcumquè causam, sub poenis contentis, in cap. si diligenti, de for. compet. & amplius 20. Florentorum, hanc inquam constitutionem, non potuisse ad laicos extendi, nisi accedente Principis consensu, & approbatione qua interueniente non vt Ecclesiastica, sed vt secularis constitutio obligat, & tenet respectu laicorum studiosorum, d. l. 1. §. sed neque, ad fin. C. de veter. iur. enucl. iunct. sup. num. 157. Vnde necessariò dicendum erit in vim Ecclesiasticæ constitutionis solos clericos studiosos comprehendisse.

Nec tunc obijcias frustra prædicti priuilegij mentionem fa- 162
ctam, si ad solos clericos restringenda esset, qui iam iure ipso id habebant, arg. l. vn. C. de thesaur. cum similib. nam respondeo, priuileg. d. cap. si diligenti, concessum iure canonico clericis, respectu iudicis ordinarij ipsorum, non verò respectu Academici iudicis, qui nouiter illis prædicta constitutione designatur, & ab ordinarij iurisdictione simul eximuntur, idcircò non sine iusta dubitandi causa Pontifex expressit dispositum, per d. cap. *si diligenti in foro* iudicis ordinarij, locum habere, etiam *in Academico* iudice clericorum.

Secundo respondetur, quod in d. cap. si diligenti, solum pro- 163
hibetur, ne clericus laici iudicis iurisdictionem prorrogare possit, nec quidquam, de non consentiendo in alium Ecclesiasticum cauetur, prædicta verò constit. 23. id ampliùs Pontif. decernit, quòd in nullum alium iudicem, nequè Ecclesiasticum, nequè secularem, consentire possit studiosus, vt probatur in ead. const. ibi; *Seu alio quocumquè iudice Ecclesiastico, vel seculari, &c.* Vnde non immeritò, licet ad solos studiosos clericos dicta constitutio pertineat, necessaria fuit specialis prouisio cum longè ampliorem decisionem contineat, quam d. cap. si diligenti

Verisimilior etiam fit hæc interpretatio, & solutio, ex eo 164
quod iure communi, & Regio attento, semota prædicta Salmatina const. summè probabilis sententia est, studiosos quàmtumuis laicos, idē priuilegiū habere, ne scilicèt foro studij renūtiare possint, cuius sentētiæ authores, nullatenus eā reddunt rationē, quòd laici studiosi de foro Ecclesiæ sint nec; si redderent, vera esset; sed illā; quod scilicèt studiosorū iudices, fauore stu- 165
diorū, & ne studiosi ab studijs distrahātur, dati sunt; vndè fori

pri-

priuilegium, non singularibus concessum, sed Vniuersitati, & publicam causam habet, cui singuli renuntiare nequeunt, vt videre est apud Stephan. Vultei. Coler. & alios quos refert Oss. uald. lib. 17. com. cap. 1 c. lit. N. & cap. 17. dit. K. & nos latius alibi de veritate huius sententiæ agemus, ergo vel ex hac consideratione apparet, Pontificis mentem in d. const. eam fuisse, vt in nostra Salmantica specialiter respectu clericorum decerneret, quòd iure communi dubium esse poterat, maximè in clericis studiosis, ob decis. text, in d. cap. si diligenti, cap. significasti de for. comp.

166 Ex hac solutione infero, respectu studiosorum qui clerici sunt, omnino huius priuilegij reuocationem, ad summum Ecclesiæ Præsulem expectare; respectu verò laicorum studiosorum, ad Principem secularem; vnde quantumuis prædicta constitutione Pontificia, familiaribus studiosorum indistinctè priuilegium fori concessum fuit, tamen iustissimè potuit Princeps, sæcularis (prout fecit) prædictam constitutionem restringere, vt familiares non gaudeant, nisi etiam studiosi sint, l. 18. §. fin. tit. 7. lib. 1. Recopil. Quod intellige, nisi familiaris studiosi, clericus sit, is enim, foro gaudebit, etiam si non sit studiosus, nã familiares comprehendunt Pontificiæ constitutiones, quas respectu familiarium clericorum derogare non potuit prædicta, l. 18. sed tantum respectu familiarium laicorum.

167 Secundò infero pœnas, d. const. 23. non incurri quoties de causa studiosi laici agatur, nisi dicamus consensum Principis, & approbationem efficere, vt Scholæ Magister, tam quàm Ecclesiasticus possit prędictas pœnas, & censuras proferre, etiam in causis laicorum, quemadmodum dicimus iudicem Ecclesiasticum, si temporalem iurisdictionem exerceat à Principe concessam, posse, nisi ipse Princeps prohibeat, censuris vti cæteraq; què iuris Canonici solemnia seruare, cap. Romana, §. debet, de appellat. in 6 & videantur ad hoc omnino, dicenda in solutione arg. seq.

§. VIII.

§. VIII.

Respondetur ad nonum argum. et de potestate Scholæ Magistri ad censuras proferendas in causis laicorum studiosorum discutitur.

AD nonum argum. quod dictum lethale putant, quibus aduersa complacet opinio, resp. Basil. d. lib. 5. cap. 12. § vn. n. 18. longè tamẽ defecit in solutione, aliàs vir doctus, & audaci ingenio, nescio quæ iura adducens, omnino extrà rem, licet aliquantulùm veram solutionem olfecerit.

Dicimus ergo, dupliciter posse responderi. Prima solutio 168
est, quod etiam si merè sæcularis maneat iurisdictio à Rege concessa Scholarum Magistro, adhuc poterit ipse Scholę Magister hanc laicam iurisdictionem censuris tueri, & eas exercere in causis laicorum studiosorum, si id ei Princeps sæcularis non prohibeat, cuius rei elegantem probationem deduco, ex l. 8. tit. 3. lib. 1. Recopil. & l. 4. tit. 7. lib. 3. in quibus Reges Catholici, 169
& postea Carolus Imp. & Philip. II. decreuerunt, Prælatos cæteroſque quoscumque Ecclesiastico, iudices, in casibus, in quibus iurisdictionem temporalem exercent, constituere debere laicas personas, quibus iudicandi officium delegent, aut si ipsi velint cognoscere, nequaquàm per censuras procedant, imò procedere teneantur, omnino ordine & forma iudicij sęcularis seruata, tàm vsquè ad sententiam, quàm in appellationibus recipiendis.

Ex harum legum decisione duo infero. Primum, quod 170
necessaria fuit Regia prohibitio, ne censuris Ecclesiastici iudices vterentur, aliàs potuissent censuris vti, quod apertissimè probat cap. Romana 3. §. debet, de appellat. in 6. innct. interpret. Abbat. & aliorum, quos refert Azzued. d. l. 8. nam Pon-

tifex

tifex decernit, ordinem cognitionis, & cætera seruãda ab Episcopis, in causis in quibus temporalẽ iurisdictionem exercent, quæ seruantur in Ecclesiasticis, nisi forte de consuetudine, siue priuilegio, siue iure aliõ speciali, aliud caueatur, & ibi addit glos. verb. *iure alio* (ait) *hoc est, quod reseruauit sibi concedens iurisdictionem temporalem.*

171 Secundò infero, pendere ex nutu, aut permissione Principis an in his casibus censuris Ecclesiasticus iudex vtatur an non, nec arguas: ergo Princeps sæcularis potestatem censurarum confert, & aufert; minimè; sed aut prohibet, aut permitit, vt Ecclesiasticus potestatem censurarum, quàm ipsemet habet, ex d. §. non debet, ad causas sæculares porrigat, quam pro-

172 hibitionem, siue permissionem in sua re Princeps proculdubio potest interponere, non solum initio, sed quod plus est, post cõcessam iurisdictionem, iusta causa accedente prohibere potest, ne censuris vtatur, prout factum est à Catholicissimis Regibus, in d. l. 8. & 4. & cum plurib. tesoluit Bouad. d. lib. 2. cap. 18. numer. 214. ad fin. & nos infra latius; deniquè hanc Regum potestatem ipsa Ecclesia profitetur in d. §. debet, iuncta glos.

173 Hæ duo illationes, optimè adstrui possunt, ex traditis à Bouadill. lib. 2. cap. 17. à num. 195. Azeued. dd. legib. & in l. 4. nu. 3. tit. 7. lib. 3. *Recopil.* Couarr. cap. 4. pract. à num. 2.

174 Modò his positis, retorquere poteris in nos dictas leges Regias hoc modo; de omnibus iudicibus Ecclesiasticis loquuntur prædictæ leges, qui temporalem habent iurisdictionem, ergo etiam Scholarum Magister, vtpotè in ea prohibitione comprehensus, non poterit censuris vti, at sic est, quod vtitur, etiam in causis, quas nos temporales affirmamus, ergo ob id maximè,

175 quòd omnis Scholastici, iurisdictio, ab Ecclesia est. Sed facilè respondeò, ipsos Principes prædictarum legum conditores, ipsas limitasse, & specialiter Scholastico permisisse, vt Ecclesiastica Conseruatoria, & iurisdictione vti posset, & consequenter Ecclesiasticis censuris; hoc patet, ex concordia cum studio Salmantino habita, in l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopil. in proœm. & in fine, quæ res cum ex nutu Principis pendeat, vt probauimus, rectè conuincitur, nil obstare nostræ sententiæ prędictas leges, nec etiam 8. argumentum, quòd scilicèt Scholarum Magister censuris vtatur. Cur autem ea concessio facta fuerit facilè dig-

176 noscitur, fauore, scilicèt studiorum, & vt faciliùs negotia studio-

dioſorum expediantur d. l. 18. in princip.

Sed vrgebis adhuc, quòd permitente Principe, vt Eccleſia- 177.
ſticus iudex in temporalibus, cenſuris vtatur, eo ipſo videtur
permiſiſſe, vt iuriſdictio ab ipſo Principe conceſſa, in Eccleſia
ſticã mutetur, quid enim aliud eſt hæc permiſio, niſi quòd hæc
iuriſdictio, vt propia iudicis exerceatur, propia autem eſt, Ec-
ſiaſtica, ergo & hæc quoquè erit eiuſdem naturæ.

Huic obiectioni reſpondetur, non rectè inferri, ex eo quod 178
iuriſdictio temporalis exerceatur quaſi Eccleſiaſtica, quod Ec
cleſiaſtica ſit, imò contra, adhuc omninò temporalis manet;
hoc belliſsimè mihi probant, duo Pauli I. C. reſponſa. Pri- 179
mum in l. ſi communem 10. quemad. ſeruit. amit. Pupillus &
ego ſeruitutem communem habebamus, tranſactum eſt non
vtendo tempus legitimum, quo ego, ſi ſolus ſeruitutem ha-
berem, eam amiſiſſem, neuterquè noſtrum vſus eſt, quæritur,
an amiſſa ſit ſeruitus, ait Paulus, *licet vterquè non vtatur, tamèn
propter pupillum, & ego viam retineo*: Ecce vbi pupilli priuilegio,
tuetur ſeruitus ſocij qui maior eſt, & adhuc non ait Paul.
pupillum & maiorem, eumdem priuilegium habere, aut ſerui-
tutem pro parte ſocij maioris, invſucapibilem eſſe, hoc enim
abſurdum foret dicere, nam ſola pars pupilli eſt quæ vſucapi
non poteſt, vt notat rectiſsimè Acurſ. ibidem verbo *& ego*,
ibi *pars enim pupilli eſt invſucapibilis*, ſed propter partem invſuca
pibilẽ, ratione communionis & indiuiduitatis, pars quæ vſuca
pibilis eſt, retinetur, ſic in noſtra ſpecie, ratione cõmunionis,
cenſurarum poteſtas in cauſis Eccleſiaſticis ad cauſas ſæcula-
res porrigitur.

Secundùm reſponſum eſt l. ſi is qui duos 29. deliberat. leg. 180
teſtator duos reos debendi habebat, quorum vnus incapax
erat, vtroſque liberari iuſsit, ait Paulus, quod ſi ſocij ſint, *prop-
ter eum qui capax eſt, & ille capit per conſequentias, liberato capaci per
acceptilationem*; non ait, capacem fieri (quod abſit) ſed incapa-
cem, per conſequentias ratione ſocietatis cõmodum ſentire, ac
ſi caperet.

Tertio idem probat d. c. Romana §. debet de apellat. in 6. 181
vbi cum Pontifex de cauſis agat temporalibus in quibus iuxta
Eccleſiaſticam iudiciorum formam, procedi oporteat, adhùc
eas temporales apellat, ergo non transformantur.

182 Prædicta duo Pauli responsa, eleganter nos expediunt ab alia obiectione, nempè, quomòdo potest Princeps per alium, quod non pollet per se ipsam, quod etsi satis liqueat ex dictis, confirmatur etiam in dictis Pauli responsis multoties euenire, vt per alium quis faciat, quod ipse non posset, l. aristo 3. ff. qui potiores, ibi: *Sæpe enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere potest*, vbi plura Acurs. verb. *potest*.

183 Secundò, principaliter respondetur, esto quòd fateamur, in iurisdictione temporali, non posse iudices Ecclesiasticos vti censuris; ob idque è Scholarum Magistrum minimè de iure eas posse exercere in causis studiosorum sæcularium, in quibus à Rege iurisdictionem habet, adhùc non obstabit vsus contrarius, nam id euenit, ratione consuetudinis, siue præscriptionis, posse autèm à iudice Ecclesiastico præscriptione, & consuetudine induci hanc censurarum potestatem, sine dubio est, ex traditis à gloss. verb. *consuetudine*, per text. in c. *Romana* 5. in prin. de sent. excommunicat. in 6. pleniùs Balb. de præscription. 1. part. 5. part. quæst. 11. num. 10. vers. 8. vbi de requisitis ad præscriptionem, Manuel Rodrig. in summ. verb. *descommunion*, cap. 76. in paruis, conclus. 1.

184 Hæc solutio non leuiter confirmatur ex literis Apostolicis, quas retulimus, supra c. 6. n. 70. in quibus potissimè in vsu & consuetudine, hanc censurarum potestatem in temporalibus, Scholarum Magister fundat, & ex ipsis literis apparet consuetudinem, & præscriptionem allegatã, & probatam ab Scholarum Magistro; & consuetudinis ratione, ita pronuntiat Sacræ Rotæ auditor, *& similiter, dictum Scholasticum fuisse in possessione pacifica â tempore immemorabili citrâ, cognoscendi, & decidendi, lites, &c.* & inferiùs, *ac etiam posse similiter ipsum tantum excluso, d. Rectore, per censuram Ecclesiasticam compellere, &c.*

§. IX.

§. IX.

Reſpondetur ad decimum argum. & â iudicibus ſtudioſorum ad quos appellandum ſit diſcipiatur.

AD decimum argumentum reſpondetur facilimè, ſi omnino profiteamur veriſimum eſſe appellationem in omnibus cauſis in quibus Regia iuriſdictio exercetur ad Regẽ interponi debere, ex d. l. 8. tit. 3. lib. 1. Recop. vbi Azeued. & cum pluribus Bouad. d. lib. 2. c. 17. n. 195. & ſeq. Couarr. d. cap. 4. pract. num. 2. Didacus Perez, l. 5. tit. 4. lib. 1. ordin. latiſsimè cum pluribus Scaccia de appellat. quæſt. 8. à n. 90. vſquè ad 96. quidquid aliud ſenſiſſe videatur, Marta de iuriſd. 4. part. caſu 198. num. 8. & iure canon. hæc ſententia probatur in d. cap. Romana, §. debet, per quem textum docte ſcripſit, Paz in praxi 5. part. 2. tom. cap. vn. num. 4. ad finem, defendi deciſsionem *Regiam*, d. l. 8. tit. 3. lib. 1. Recopil. & omni iure ſeruandam; docte etiam notat, deciſ. d. cap. Romana, Trid. Concil. Seſsione 22. de reformat. cap. 7. ſeruari iuſſam; & quod prædicta iura, & authoritates procedunt in quocumquè prælato, aut perſona Eccleſiaſtica, maiori, vel minori, iuriſdictionem temporalem habentibus. 185 186

Nec tunc obſtat vſus contrarius, quia id permitente Principe ipſo fieri præſumitur, prout in cenſuris diximus in ſolut. ad 9. & prout probat aperte, d. cap. Romana 3. §. debet, de appellat. in 6. iuncta interpretatione à nobis tradita ſupra in ſolut. præcedentis arg. ex Trid. Seſſ. 22. cap. 7. de reformat. Baſil. d. lib. 5. cap. 12. §. vn. num. 17. ratio huius præſumptionis eſt, quod ſuprema temporalis poteſtas in Principe eſt, & conſequenter omnis iuriſdictio temporalis in eius Regno, etiam ab Epiſcopo exercita, ſeu quocumquè Prælato, à *Rege* deriuata præſumitur, cuius ſoliùs eſſe potuit, optime Paz vbi proximè, & Couarr. d. cap. 4. imò in hac ſpecie, multò planiùs procedit 187 188 819

hæc sententia, cum Princeps possit liberè iudicem quem voluerit designare, permitereque vt Ecclesiasticus de appellatione sæcularis causæ cognoscat, vt probat Basil. supra, & res est quæ dubio caret.

190 Quod autem hęc appellationis cognitio per Nuntium Apostolicum, aliumve Ecclesiasticum, procedere non possit, nisi volente Principe, vel ex eo patet, quòd quotiescumque Princeps vult appellationem Nuntio auferre, id facit, sæpissimè etiam ad supremum Regium Senatum appellatio interponitur, in causis scilicèt temporalibus, hæc enim fieri quotidie videmus, & testatur Basil. supra, summèque, & iuri & rationi ea pra-
191 xis conuenit, & satis comprobatur ex d. §. non debet, quem text. male perceperunt, qui ex eo probarunt, quòd quoties nõ iure feudali, sed liberè, & absolutè transfertur iurisdictio, ad Archiepiscopum appellandum sit, quod falsum esse, doctè probat Couarr. d. cap. 4. num. 2. Scaccia, d. quæst. 8 de appellat. num. 96. Paz, & Bouad. supra & satis ex ipso text. conuincitur sufficit enim præsumptio illa quod in concessione iurisdictionis, numquàm Rex supremam iurisdictionem à se abdicasse videatur, Couarr. ibidem, & nos latiùs in solut. ad 13.

192 Ex dictis infertur errasse Narbonam in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recop. gl. 42. num. 30. vbi indistinctè eam regulam statuit, quod si iurisdictio temporalis incorporata sit Ecclesiasticæ, ad superiorem Ecclesiasticum, non ad sæcularem debeat prouocari, quod probat ex cap. si duobus 7. §. denique de appellat. sed is text. loquitur in temporali ipsius Pontificis territorio, in quo longè alia ratio est, quæ vt percipiatur, supponamus, in terris quæ B. Petri patrimonium vocantur, duarum personarum vices summum Antistitem agere, nam & Pontifex, & Dominus, seu Princeps temporalis existit, & vtraquè iurisdictio Ecclesiastica & sæcularis, plenissimè penes ipsum residet, easquè separatim exercet, Ecclesiasticam per Episcopos, sæculares per sæculares Magistratus, c. per venerabilẽ 13. §. quod autẽ ad fin. vers. *id autẽ*, qui fil. sint legit. ibi: *Id autẽ in patrimonio B. Petri libere potest. Ap. Sed. efficere, in quo & Summi Pontificis authoritatẽ exercet, & summi Principis exequitur potestatẽ*, prædicta etiã satis cõstant ex dictis, sup. à n. 91. Hoc posito Pontif. in d. §. denique ait, à sententia ciuilis iudicis, posse ad ipsum Pontificem appellare, eos qui in temporalibus ipsi Põtifici subditi sunt, quorũ scilicet Dominus temporalis est, & hunc esse illius text. sen-

sum,

tum, primo probãt ipsa verba, secũdo. gl. ibidẽ, verb. *nostræ*, dũ innuit in eo text. agi de subditis in temporalibus Pontifici in eius territorio, vt in cap. venientes de iur. iur. c. cum Ioannes, de fid. instr. & gloss. sequuntur Abb. & cæteri communiter, & clarius Cuiac. d. cap. si duobus ad fin. de appell. Narb. d. gloss. 22. n. 57. Nunc facilè apparebit disparitatis ratio inter decis. d. §. denique, & quæstionem nostram; nam primò Põtifex in suo territorio Princeps temporalis existit, ad eumquè appellatio rectè interponitur; at in nostra quæstione, cum Princeps Ecclesiastico iudici iurisdictionem cõcedit, adhuc supremus Princeps ad appellationem remanet, non minus, quàm si alij sæculari iudici, vel Optimati laico iurisdictionẽ concessisset. Appareat denique quantum errauerit Narbon. dum putat incorporationem (vt ipse ait) iurisdictionis Ecclesiasticæ cum sæculari, vtrãquè iurisdictionẽ Ecclesiasticã efficere; imò si rectè perpẽdatur, d. §. deniq; omnino oppositũ probat, eius ad quod à Narbon. allegatur, siquidẽ in ipso Põtifice vt Domino temporalĩ vnita vtraque iurisdictio, adhuc noncõfunditur, sed separatæ exercetur, discreta sunt enim iura, quãuis plura in eandẽ personã deuenerint, l. tutorẽ 22. de his quæ vt indign. & nos. sup. c. 15. n. 13. & ex his facile impugnabis plura quæ coacerbatim scribit Narbona, d. l. 20. gl. 22 à n. 57. tit. 1. lib. 4. *Recop.*

Ex dictis infero secundò, quod si ad Ecclesiasticum appelletur, aduersus Principis vel Regij Senatus decretum in causa temporali, & earum quæ iurisdictionis *Regiæ* sunt, sententia cæteraque omnia à iudice Ecclesiastico appellationis prolata, nulla erunt, vtpote ab incompetenti iudice pronunciata, item puniri poterunt arbitrio senatus, appellantes, & cæteri qui appellationi detulerint, si laici sint, imò & iudex à quo, quantumuis Ecclesiasticus poterit puniri eo genere, quo possunt cæteri Ecclesiastici, qui munera *Regia* exequuntur, denique supremus Senatus adiri poterit, vt superiorem Ecclesiasticum vim facere pronuntiet, & eam tollat. 193

Sed est quæstionis, quid in dubio iudicãdũ; hoc est, dũ non apparet de volũtate Principis, eiusve Senatus, & in hoc tolerãtia, & vsus id poterit vt præsumatur permissus principalis, imò & regulariter posse, ad Ecclesiasticũ appellari, nisi constet de Principis prohibitione, innuere videtur, d. §. debet, in quo sanè eius decisio, nec in Hispania, neq; Gallia recepta est, vt testatur Cou. suprà, & cũ alijs, Scacciâ, Bouad. & Azeu. vbi proxime. 194

Quid

Quid autem iuris erit, si quis studiosus in appellatione errauerit,
195 facilè decidi potest, ex l. 1. §. si quis in apellatione vbi Scribent. de appellat. l. 18. ad fin. vbi Greg. tit. 23. part. 3.

196 Cum de his in præceptorũ circulo colloquerer, D.D. Martinus de Bonilla, iuris canon. præceptor primarius vir literis, & modestia insignis, mihi obiecit, quod si verum esset, iurisdictionem Scholarum Magistri in studiosos laicos regiam esse, & appellationem ad suos iudices interponi debere, sequeretur ad *Regias* Chancellarias appellandum, quod nusquam factum, dictumve cognouimus; quæ obiectio acrior insurgit, si addamus
197 in d. l. 8. tit. 3. lib. 1. Recopilat. caueri, vt iudices Ecclesiastici temporalem iurisdictionem exercentes, omnino deferre teneã tur appellationibus, quæ ad *Regias* Chancellarias interpositę fuerint, hoc in nostro Scholæ Magistro cessat, ergo quia iuris-
198 dictio Ecclesiastica est. Respondeo, quòd sicut Vniuersitas respectu clericorum, inmediatè Sedi Apostolicæ subiecta est, & Scholarum Magister exemptus adeò, vt nullus ab eo iudex, nisi Pontifex, aut eius legatus de latere appellari possit, d. constit. 33 sic etiam respectu laicorum, & generalis protectionis, patronatusquè Regij, & Principum sæcularium exemptione, ipsa Vniuersitas inmediatè subiecta est Principi, & eius supremo senatui, nullusquè alius appellari potest; hoc satis *probat* Concil. Trid. Sess. 22. de reformat. cap. 8. ibi. *Siue quas Scholas vocant, non tamen quæ sub Regum inmediata protectione sunt, sine eorum licentia*, l. 16. tit. 7. lib. 1. Recopil. in princip. adduximus plura in ea quæst. an ad Regium patronatum expectet Scholastici præsentatio, cap. 8. & resoluit Bouad. d. lib. 2. cap. 18. num. 214. & in Vniuersitatibus Gallię, Senatus censuit appellatio-
199 nes Cõseruatorum laicorum, Vniuersitatum, ad Curiam inmediatè dirigendas, & non ad inferiorem Rebuf. priuil. 164. versic. *fallit tamen*, in fin.

200 Deniquè obijci potest aduersus prædicta, quòd quando iudex laicus, & Ecclesiasticus simul iudicant, appellatur *superior* Ecclesiastici, vt dignioris, non laici, ex celebri *Bartol.* doctrina in l. 1. §. si quis in appellatione, num. 12. de appellat. de qua Rebuf. priuileg. 106. vers. *decimoquarto*, Marta de iurisdict. 4. part. casu 118. num. 6. Scaccia de appellat. quæst. 8. n. 101. Bouad. lib. 2. polit. cap. 17. num 93. ergo multo fortius si vnus tantùm pronuntiet, qui & laicus, & Ecclesiasticus iudex est, vt

eue-

euenit in Scholę Magistro, apellandus erit Ecclesiasticus. Respondeò primò, quod licet ob hanc rationem appellandum foret ad Ecclesiasticum, non tamen quid euinceretur, ad probandum vtramquè iurisdictionem in prædicta Bartoli specie esse Ecclesiasticam, & hic est præcipuus disputationis nostræ scopus; non enim appellatur ad Ecclesiasticum ob id, quod iurisdictio laici Ecclesiastica sit, minimè enim ea potuit ad esse ratio, sed quia vnus tantùm iudex adeundus est, & is dignior esse debet.

Secũdò responderi nisi fallor eleganter potest vtcumquè Bar 201
tolum accipiamus, attamèn eo casu, sine dubio accipiendum, quo in vna eademquè causa concurrit vtraquè iurisdictio, Ecclesiastica scilicèt, & sæcularis, hoc autem in nostra tractatione minimè contingit, cum omnino discretæ sint causę, in quibus studiosorũ iudex, vt Ecclesiasticus, & in quibus vt laicus, procedit, licet enim vtramquè iurisdictionem exerceat, sic tamẽ ea vtitur, vt in causis laicorum merè laica sit, in clericis, aut causis spiritualibus Pontificia; vnde cum numquàm cõcurrant in vna eademquè causa, ambæ iurisdictiones, non potest esse locus Bartoli sententiæ, quæ tunc procedit cum vtraquè iurisdictio simul in eadem causa exercetur, cuius causæ appellatio cũ sit indiuidua, nec possit nisi ad vnum interponi, rectè sequitur ad Ecclesiasticum, vt digniorem interponendam, in nostro autem casu, is Iudex appellabitur in vnaquaquè causa, cuius iurisdictio exercita est, adeò vt si iudex sit Ecclesiasticus, iurisdictionem tamen Regiam exerceat, ad Principem appellatio interponi debeat, quod vel ex ipso Bartol. comprobari potest, d. §. si quis in appellat. num. 14. & ex Scaccia de appellat. d. quæstion. 8. num. 93. & 101. in fin. versic. *declara restringendo*, sed & supra scriptis verisimè comprobatur. Denique an vera sit sen- 202
tentia Bartoli, aut vsu apud nos recepta consule Bouad. d. lib. 2. cap. 17. num. 93. & quos ipse refert.

Tandem si quæras, quis iudex appellationis erit studiosis iu 203
re communi inspecto, & d. authent. habita, id late scripserunt Bald. ibidem num. 38. vers. *sed dubitatur*, Salycet. num. 26. vers. *sed tunc reuoco ad dubium*, Matth. Sthephan. lib. 3. de iurisdict. part. 2. cap. 12. à num. 63. Osswald. 28. com. cap. 6. lit. A A. & quid in Vniuersitate Parisiensi, Rebuf. priuil. 158. Scaccia cũ alijs de appellat. quæst. 16. limit. 22 sed quæ iure communi obser-

seruari debeant, optimè expressit idē Scaccia quæst. 7. de appel
lat. art. 4. num. 124. cuius sententia est (quæ mihi summè pla-
204 cet nonnullis additis) scilicet, quod si Vniuersitas sit Ecclesia-
stica, quia maior pars est clericorum, indistinctè appelletur ad
Episcopum, in cuius Diœcesi est vniuersitas. Sin autem sit sæ-
cularis, quia maior pars est laicorum, tunc in causis laicorum
studiosorum appellabitur ad potestatem prætóremve loci, in
causis verò clericorum distinguemus, si respiciant professionē
vel gubernationem studij generalem, ad laicum omninò erit ap
pellatio, in causis vero extra professionē, clericos vt singulos
respiciētib⁹, aut sua natura spiritualibus, in his solis Episcopus
adeundus erit, quæ adeo vera sunt, vt omninò procedant iure
205 communi inspecto, siue à Rege erecta sit Academia, siue à Pon
tifice in suo temporali territorio, vt diximus supra à num. 91.
& in specie resoluit Scaccia supra, Abbas d. q. 6. faciunt dicta
sup. num. 192.

206 Illud tamen obseruandum est, quod si studiosus velit omis
so medio in prædictis causis ad Principem appellare, seu Pon-
tificem, in causis ad vnumquemquè expectantibus, iuxta pro-
ximè scripta, rectè poterit, vt ex d. authēt. habita omnes notāt,
Rebuf. priuil. 164. per tot. maximè in vers. *fallit tamē* Ossuald.
cum alijs 17. comm. cap. 20. litt. E. & lib. 28. cap. 7. litt. L. latè
Scaccia de appellat. quæst. 7. num. 102. & quęst. 8. d. nu. 124.
207 ad fin. Vnde notabis illud tantum in effectu differre iudices ap-
pellationis iure communi inspecto, à iure singulari nostræ Vni
uersitatis, quòd apud nos, necessariò ad Principē supremum,
appellandum, aut eius specialem ad id legatum, iure autem com
muni gradàtim appellabitur, nisi omisso medio studiosus ve-
lit appellare, cuius differentiæ ratio facile depromitur; quia no-
stri iudices Academici, inmediate supremis potestatibus sub
sunt, ob specialem exemptionem, quæ exemptio cessat iure cō-
muni, licet ob specialem protectionem d. autent. habita, *id in-*
dultum videatur, vt medium appellationis omittere possint;
dixi legatum vicem Pontificis gerere, nunc dico, id probari cō
muniter ex c. dilecti 66. de appellat. Scaccia d. quæst. 7. sub n.
103. Paz 5. p. 2. tom. c. vn. n. 4.

208 Dixi quoque studiosorum iudices Salmanticenses, inmedia
te supremis potestatibus subesse, quia non Scholarum Magi-
ster tantum, sed Vniuersitas tota exempta est, & inmediate

Prin-

Principi & Pontifici subiecta, vt verba constitutionum pro- 209
bant. Vndè necessariò sequitur, idem in appellatione à senten-
tia Rectoris respondendum, quod respondimus in Scholę Ma-
gistro, & hoc certissimum esset, nisi apertè aliter Principes ip-
si Ecclesiasticus sæculariśque statuissent, nam const. 26. Mar-
tini V. vers. *ita tamen*, & Carol. V. Imperator. concordia, quę
extat in statutis pag. 388. §. 6. 8. 9. 10. 11. & 13. disponuntur 210
duo summè notanda; primum est, à Rectoris grauamine, in om-
nibus suæ iurisdictionis causis, posse adiri Scholarum Magi-
strum; qui siue ad partis quærelam, siue ex officio, reformare
potest grauamina quæcumquè à Rectore illata.

Secundùm quod in cæteris rebus causisque in quibus iudex 211
ordinarius est Scholę Magister, in ijs superior est etiam Recto
ris, non minus quam cæterorum studiosorum; & hoc quidem
postremum licet expressum non fuisset, ego affirmarem, perspi
cua ratione, quia scilicet exemptio & iurisdictio Rectoris, solũ 212
professionẽ, & certa causarum genera respiciunt, extra quæ illi
iudici ordinario subditus est, cui si Rector non esset subditus
foret, vt probat *d. l. fin.* C. de iurisdict. d. l. 1. & 2. tit. 4. p. 3. iun-
ctis traditis per nos supra cap. 6. à num. 23. probatur etiam ex
l. 1. tit. 13. lib. 3. Recop. Stracha de Mercat. tit. de iudicibus n. 213
7. in illo vero, quòd Scholæ Magister superior sit Rectore in
causis ad ipsum Rectorem expectantibus, per viam recursus,
aut quærelæ, siue mauis appellationis, contrarium affirmarem,
ob exemptionem Academiæ nostræ, & inmediatam subiectio-
nem supremis potestatibus, nisi ita expresse cautum foret.

Sed si Academia nostra Pontif. & Reg. inmediatè subiecta
non foret, dicerem iure communi etiam si constit. non exprime 214
retur, appellari posse ab omni sentẽtia *Rectoris*, & senatus Aca
demici ad Scholæ Magistrũ, neq; hoc casu appellatio ad Epis-
copũ, seu Potestatẽ teneret iuxta distinct. de qua sup. n. 204.
quia ibi dicta procedunt, nisi sit alius iudex inmediatè, & priua
tiue superior totius studij, & cui Vniuersitas ipsa simul, & Re-
ctor in cæteris ordinarijs causis subsint, nã tunc is appellandus
est, vt potè superior iudicantis, l. 1. C. vbi & apud quem. Lenau
der. de priuil. q. 83. per tot. & n. 152. vers. *nisi*.

Nunc superest vt scias, in nostra Academia, & similibus,
omisso Scholarum Magistri medio, posse à Rectore appellari,
eo tamen casu exemptio Rectoris, & Academiæ inmediata sub-

iectio operabitur, ne alius quam Pontifex, legatus ve eius, aut Princeps, supremus ve senatus appellari possit, vnusquisque in suis causis iuxta supradicta

§. X.

Respondetur ad vndecimum argum. & nouissimè trā. Etatur quando cognitio per viam violentiæ in causis studiosorum locum habeat, & quomodo.

215 AD vndecimum respondetur, nil obstare, quod in omnibus causis, à Scholarum Magistro per viam violētiæ, vt aiunt, summa Regia Prætoria adeantur, nam in laicorum studiosorum litibus, id de facto, non de iure procedit, sicuti de facto etiam, causæ ipsæ Ecclesiasticæ ad eadem tribunalia deferuntur, contra aperta verba Regiæ l. 18. §. 1. tit. 7. lib. 1. Recop. qua cauetur, ne processus ad Chancellarias *Regias* trahantur in causis studiosorum, in quibus Scholæ *Magis*ter procedit, quam legem absolutè ita accipiunt Bouad. lib. 2. polit. cap. 16. num. 90. Salgado de Reg. protect. 1. part. cap. 2.
216 §. 5. num. 41. Doctor. Ferdinand. Arias de Messa Vespertinæ perpetuæ Decretalium Cathredæ antecessor, de vtraquè Iurisprudentia valdè meritus, ingenio viuidus, & docendi sale rarus, in anniuers. recitat. de offic. & potest. iud. deleg. cap. 1. *numer.* 24. quo loci fatetur, de facto non de iure, Regia Prætoria per viam violentiæ adiri, si ergo certum est, in omnibus causis indistincte de facto non de iure prædicta procedere, non potest non dici, nil probare hanc causarum delationem ad *Senatum* Regium, circa inspectionem sæcularis, vel *Ecclesiasticæ iu*risdictionis, nam si iuxta d. l. Regiam nullæ causæ per viam violentiæ deferrētur, adhuc non inde inferre liceret, causas omnes sæculares esse.

Sed iam quod in hunc articulum incidimus, in animo est aliqua in eo, adhuc ignorata, aut saltim non scripta in medium proferre.

217 Ponendum est d. l. Regia ijs tantùm casibus prohiberi cog-

ni-

nitionem per viam violentiæ, in quibus Scholarum Magister iurecommuni attento, constitutionibus, & Conseruatorijs Salmantinis, exequi appellationem potest; id aperte exprimunt, eiusdem legis verba, ibi: *Y si el dicho Maestre Escuela, ò su Teniente vieren que de justicia deuen dencgar alguna apelacion de las que dellos se interpusieren, y executar su sentencia en los casos contenidos en la dicha Conseruatoria; que por ello vos los del nuestro Consejo, y Presidente, y Oydores de la nuestra Audiencia, no mandeys sobreseer la dicha execucion, y traer los processos, &c.*

Hinc nascitur, quòd casus in quibus Scholarum Magis- 218
ter appellationi deferre tenetur (quos facile percipies ex traditis supra cap. 14. 15. & 16.) & in summa quoties in iure expresse iubetur, vt appellatio recipiatur, aut quoties extra causas, vel personas, in sua iurisdictione comprehensas Scholæ Magister cognoscit, hi omnes casus, cognitionem per viam violentiæ admittent, vtpote d. l. *Regia* non comprehensi, sub hac 219
tamen breui, & verissima distinctione. Quòd scilicet si causa inter clericos studiosos agitetur, aut sua natura spiritualis sit, aut denique ex ijs, quæ iuxta scripta in hoc cap. ad Ecclesiam pertineat, & in qua non Regiam, sed Ecclesiasticam iurisdictionem Scholarum Magister exerceat; tunc absque dubio per viam violentiæ summa Prætoria adiri poterunt, sin verò causa sit inter studiosos laicos, aut in qua iurisdictionem exerceat 220
Regiam, cessabit omnino cognitio per viam violentiæ, imò nec per appellationem, nisi Princeps, aut supremus Castellæ Senatus adiri poterit, ob inmediatam subiectionem de qua supra, aut legatus siue Nuntius Hispaniæ ob permissionem Principis, & stylum. His cognitis facile inferes, non omnino vere scripsisse eos, qui indistincte dixerunt, de facto semper per viam violentiæ Regias Chancellarias in causis studiosorum adiri, dantur enim plures casus quibus dispositio d. l. Regię cessat, & consequenter iure optimo, auxilium Regium implora-tur.

Inferes secundò, quę causa fuerit huius stylli introducendi, 221
quòd scilicet protectio Regia indistincte imploretur, tàm in causis laicorum, quàm clericorum; nempe quod possunt dari casus, in quibus cognitiò per viam violentiæ locum habeat, item quòd Chancellariæ *Regij* Senatores, ex inspectione actorum volunt cognoscere, an sit ex ijs causis necne, & dum hoc

dubitant, inhibitionem proferunt, & processus expetunt, & ra
tione quidem, cum ad eos expectet cognoscere an sit casus vio
222 lentiæ necnè, arg. l. si quis ex aliena de iurisd. omn. iud. licèt
meo videri sufficeret, imò deberent solùm expediri Regiæ li-
teræ, vt Scholarum Magister relationem consultationemve
remitteret, secundùm quàm, aut esse locum cognitioni pro-
nuntiarent, aut non; denique hæc omnia simul cum confusio-
223 ne, & inuixtione iurisdictionis apud vulgus, item quia ipsis li-
tigantibus breuior, & expeditior via ad lites expediendas esse
solet, eas per viam violentiæ ad Chancellarias deferre; hæc
omnia (inquam) in causa fuerunt (ni fallor) vt indistinctè
vsus induxerit, omnes causas prædictam cognitionem admitte
re quæ res longè abest, vt nostræ sententiæ obesse quidquàm
possit.

224 Quòd Regium auditorium sit adeundum per viam vio-
lentiæ in causis studiosorum, apparet ex l. 39. titul. 5. libr. 2.
Recopilat. quam explicat Salgado de *Reg.* protect. 1. part.
cap. 2. §. 5. num. 55. & latius eod. cap. 2. §. 4. per tot. & 2. part.
cap. 10. à num. 52. vbi varias quæstiones adnectit, tamen duas
225 prætermisit, nec inutiles, ego eas addam. prima est posito
quod d. l. Regia id tribunal ad *Regiam* protectionem a-
deundum est, sub cuius districtu degit iudex à quo appel-
latum fuit, an inspici debeat locus in quo solitum, & per-
petuum tribunal habet ipse iudex, an verò is in quo de-
git tempore grauaminis illati, potest enim contingere, vt
locus in quo solet pro tribunali sedere ad vnam Regiam
Chancellariam expectet, alter vero in quo habitat eo tem-
pore quo grauamen infert, alterius districtus sit.

226 Videtur dicendum eam Regiam Chancellariam adeun-
dam in qua solitum tribunal existit, ibi enim Magistratus ius
dicere tenentur, vt sententia valeat, l. cum sententiam 6.
C. de sent. & interlocut. secundò, non parum stringit, *l.* 2.
versic. *Y entiendase*, titul. 5. libr. 2. *Recopilat.* ibi: *Que todos los*
227 *lugares siganla cabeça de su jurisdicion.* Adhuc ego contrariam
partem veriorem existimo, nempè eam Regiam Chancella-
riam adeundam, ad quam expectat locus, in quo iudex stu-
diosorum, siue quilibet alius tempore sententiæ degit. Pri-
mò, quia licèt ordinarij iudices, & præcipuè Gymnasiarcha

noster,

nostet, designatum habeat locum præcipuum, Salmanticam
scilicèt, vbi ius reddere debeat; nec possit illum transferre, ad- 227
hùc tamen quoties ex causa abfuerit, nullo modo deponit im-
perium; imò quòcumque ierit, iurisdictio ipsum commitatur, &
inquocumque loco potest ius dicere, salua maiestate imperij
sui, l. penultim. de iust. & iur. l. si cum dies 21. §. si arbiter, de ar- 228
bitr. l. 5. titul. 22. part. 3. ibi: *En aquel lugar do solia oyr los pleytos, ò*
en otro que sea conuenible para ello, dummodo sit intra fines, &
territorium suum, l. fin. de iurisdict. l. 7. titul. 4. part. 3. Secun- 229
dò ex d. l. 39. titul. 5. lib. 2. Recopilat. ibi. *Debaxo de cuyos limi-*
tes estuuiere el juez Ecclesiastico, expendo verbum illud, *estuuiere*,
hoc est tempore illati grauaminis, nã qualitas adiuncta verbo,
debet intelligi, secundùm tempus verbi, l. in delictis, §. si detra-
cta, de noxal. l. Titius de testam. milit. si ergo, d. l. Regia dispo-
nit, eum senatum adeundum per viam violentiæ, sub cuius li-
mitibus degit iudex, idem est ac si diceret, sub cuius limitibus de 230
git sententiæ tempore.

Nec obstant contraria, non primum ex d. l. cum sententiam
6. C. de sentent. quia ibi in loco occulto, & officio non præsen
te, iudex sententiam tulit, quo casu nulla erit sententia ex late
traditis ab ordin. in d. l. cum sententiã, & d. l. penult. Vant. de
nullitat. ex defect. process. num. 84. Rodrig. de modo examin.
proctss. cap. 12. num. 41. Marant. 6. part. titul. de sent. à num.
72. Menoch. libr. 1. de arbitr. quæst. 64. Donel. lib. 28. com. c. 231
3. vbi Ossuald. lit. O. & libr. 17. capit. 21. ad fin. vbi etiam Os-
suald. Greg Lopez d. l. 7. titul. 4. part. 3. imò in iudicibus stu-
diosorum, qui fere semper priuilegio, vel consuetudine, vel ex
natura causæ, summarie, & de plano procedunt, ea solemnitas
in d. l. cum sententiam 6. requisita, nullitatem non inducit,
etiam si deficiat, l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bon. poss. l. leuia
6. de acusat. l. vnius 18. §. fin. de quæst. gloss. verb. *stans*, Clem.
sæpè in fin. de verbor. signific. Vantius, Rodrig. & Ossuald. su 232
pra idem Ossuald. d. lib. 17. cap. 21. ad fin. vbi quod opponun-
tur hæc *de plano*, & *pro tribunali*, d. l. 18. §. fin. de quæst. & plu- 233
ra ex humanioribus literis congerit, de summaria, & planaria
cognitione, & alia quæ dicitur, leuato velo, l. pen. C. de nau-
frag. lib. 11. & in quibus differant.

Non etiam obst. d. l. 2. tit. 5. lib. 2. Recop. nam longè in alio

casu

234 casu loquitur quod vt percipiatur, necesse est eiusdem legis præcipuam decisionem referre, quæ fuit limites inter Pintianam & Granatensem Chancellariam designare, vt sciretur ad quam ex eis de vno quoque loco appellari deberet, & limes designatur Tagus flumen (flumina passim terminos distingunt Castrens. in l ex hoc iure 4. num. 6. de iust. & iur. & in dubio flumen, limes præsumitur Castrens. ibidem sequutus à Gregor.
235 Lop. l. 2. tit. 1. p. 1. glos. *departidos*, & flumina limites æternos appellat. Bald. cap. cum causam, nu. 3. de probat. latè Mascard. concl. 393. & seqq.) postea additur, quod si cõtigerit oppida aliqua trans flumẽ existere, quorũ ciuitas, siue locus qui caput territorij illius est, in altera fluminis parte existat, inspiciatur locus qui iurisdictionis est caput, & ad quam Chancellariam is pertineat, ad eam quoquè vniuersum territoriũ expectet, quod
236 procedit, in quocumque iudex ex prædictis locis pronuntiauerit, siue in ciuitate siue in villis oppidisve, territorio contentis, ea enim lex ad limites, non ad personas respexit, & vniuersum territorium illi loco qui caput esset, adiunxit, vnde vbicumquè iudex ius dicat intra illum territorium, perinde est ac si in territorij loco qui caput est, pronunciasset.

237 In quæstione verò de qua agimus, longè alia fuit mens legislatoris, nàm post prædictos limites designatos, decreuit vt cognitio per viam violentiæ pertineret ad id tribunal Regium, ad quod pertinet locus in quo degit ipse iudex, & sic iam non limites vllos designauit, sed iuxta designatos, locum tantum in quo
238 iudex degeret, respexit, vnde infertur quod si Scholę Magister siue alius iudex vim inferat in villa, aut oppido, cuius caput trans flumen est, caput inspici opporteat & ibi occurratur *vbi*
239 occurreretur si iudicatum fuisset in Ciuitate qui caput existit, hæc tamen, alia quæstio est, ab ea quam disputamus, scilicet si iudex extra propij tribunalis locum, qui ad Pintianum prætoriũ expectat, in alio iudicet, qui ad Granatense prætoriũ expectet iuxta designationem d. l. 2. in quo verisimum credo Granatense, non Pintianum prætorium addiri debere ex dictis

240 Secunda quæstio à Salgado prætermissa est, an prædicta resolutio procedat si non ipse iudex, sed delegatus ab eo (vt quotidie fit) in Granatensis prætorij finibus existens vim inferat, quia tamen hæc quæstio ad caput singulare, de Vicario & delegatis expectat, propius ibi eam relinquimus, simul cũ illa à Salgado

gado scripta vbi supra an scilicet delegatus possit etiam sententiam exequi, appellat. remot.

Sed si Scholarum Magister Granatenses Senatores, siue a- 241
lios supremi auditorij iudices inhibere velit in causa studiosi, & ad censuras procedat, quis per viam violētiæ senatus adeundus sit, ex Salgado d. 1. p. cap. 2. §. 5. breuiter respondeo, vsu, & praxi in Regijs Chancellarijs admissum, vt si iudex degit in districtu ipsius Chancellariæ, illud idem tribunal cognoscat de hac eadem vi, sin autem non sit sub eius districtu, iudex que ex communicauit, vel interdixit, putat recurrendum esse ex parte fiscalis ad id tribunal, sub cuius districtu iudex degit, secundū quod, causæ studiosorum in d. quæstione deferentur ad Pintia-
num Senatum, cum Scholarum Magister non degat in Granatens. districtu; quod credo verum. Sed si Scholarum Magister, 242
dum fortè in Granatensis prętorij districtu existit, ipsos Granatenses Senatores inhibeat, an tunc ipsud Granatense prætorium de vi illata cognoscat? & credo cogniturum ex proximè 243
dictis, quod si Regium tribunal Granatense pronuntiauit, vim fieri ab Scholæ Magistro, & hoc tempore iam Scholæ Magister in suo propio tribunali degat, & sic in Pintiano districtu, quemadmodum Granatense prætorium possit exequi suum decretum, late docet Salgado 1. p. cap. 2. §. 4. à num. 3. illud etiam 244
omisit Salgad. an prædicta eius distinctio, locum habeat in delegato, qui in Granatensi districtu (verbi gratia) degit, quamtumuis iudex delegans sit alterius districti, qui casus quotidie in causis studiosorum contingit, sed resolutionem in c. de delegato reperies infra.

§. XI.

Respondetur ad duodecimum argum.

VT opinor, satisfit huic duodecimo argum. si ad memo- 245
riam reuocemus vndecimum nostræ sententiæ fundamentum, de quo sup. num. 57. iunct. cap. 8. à num. 78. quibus locis probauimus præsentationem ad officium Scholæ Ma-

Magistri fieri per Principem, in quantum Scholæ Magister iudex Ecclesiasticus est clericorum studiosorum, præbendamque & dignitatem Ecclesiasticam habet, non in quantum iudex est secularis. Duas personas refert Scholę Magister, vna iudicis Pontificij, alia iudicis Regij, ad primam pręsentatio re-
246 quiritur, ad secundam libera, & absoluta electio Principi competit; nec refert vt vnicus iudex, duorum iudicum vice fungatur, iam pluries id in iure euenire scripsimus, cap. 15. num. 13. & alibi, sed in specie, quod quis possit duos diuersos iudices agere in eisdem causis, sunt iura in cap. 1. de offic. legat. cap. nisi 21. de præbend. Bouad. cum pluribus lib. 2. cap. 21. num. 29. nos etiam diximus cap. 19. num. 8. in vna eademque causa pos-
247 se quem, partim Conseruatoris, partim ordinarij iudicis, vices agere. Denique cõstat ex cap. Romana 3. §. debet de appellat.
248 in 6. Episcopũ, & Ecclesiasticã, & mere tẽporalem iurisdictionem simul habere posse, nec sæcularis desinet esse, ob id quod dignitati annexa sit, imò in ea appellationes ad sęcularem Principem expectabunt, & ius ciuile obseruari debebit, cęteraq; fieri, quæ temporalem iurisdictionem conseruant, diximus latę supra §. 9. à num. 185. vid. etiam quæ §. seq. scribemus.

§. XII.

Respondetur ad decimum tertium argum. & de natura donationis Regiæ fauore Ecclesiæ factæ in iurisdictionalibus agitur, & an præsumatur iurisdictionis donatio, seu potiùs præcaria concessio.

249 CVM viderent oppositæ sententiæ fautores, negari nõ posse, iurisdictionem in studiosos laicos origine eius, & natura attenta, Regiam temporalemque esse, aliam nec faciliorem Prouinciam agressi sunt, & licet pondere rationum

iram opressi, hanc iurisdictionem sua origine sæcularem esse fateantur, aiunt tamen, à Regibus donatam Ecclesiæ, & irreuocabilem eam donationem, idcircò & in Ecclesiasticam conuersam iurisdictionem, esto quod antea sęcularis foret; hic videre est quanta cumulent; de valore, & perpetuitate donationis fauore Ecclesiæ factæ, omittentes omninò in facto, probare donationem à Rege factam, quam nunquam præsumi ex elementarijs iuris principijs est.

Duo nisallor sunt potissimæ præsumptiones, ex quibus 250
hanc donationem inducunt. Prima est confirmatio Conseruatoriarum Salmanticensium à quamplurimis Hispaniæ Regibus facta. Secunda, ipsa actualis vnio, & vsus vtriusquè iurisdictionis in Ecclesiastico Scholæ Magistro; agamus primò de Conseruatoriæ confirmatione.

Fateor sæpissimè per Hispanos Principes Conseruatorias 251
huius studij confirmatas, & approbatas, sed quod indè infertur, hoc est, iurisdictionis Regiæ donatio, tantum abest vt nostro videri consequentiam habeat, vt potius oppositũ, hoc est, expressum sæcularis, & Regiæ iurisdictionis conseruandæ animum inferri credamus, inde est, vt in 14. nostræ sententię fundamento de quo supra, num. 60. & seqq. prædictas cõfirmationes, & aliàs Regias leges in huius iurisdictionis Regiæ probationem adduxerimus, vt mireris varia hominum ingenia: sed videamus quid recta iuris ratione attenta, prædictæ confirmationes sibi velint, & quidem omnes eas (nisallor) retulimus d. num. 60. & seqq. quibus lectis, & relectis, nil aliud inuenies, 252
quàm anno 1200. ab Alfonso IX. Academiam fundatam, postea anno 1243. à Ferdinando III. confirmatam, & alijs priuilegijs denuò concessis decoratam, deniquè ab Alfonso sapiente approbata est anno 1252. has approbationes nullus sanæ 253
frontis homo dicet, quidquam donationis in Ecclesiam continere, cum Academia adeò merè sæcularis, vsquè ad hæc tempora foret, vt nec approbationem Pontificis haberet quæ sequuta est anno 1255. vt diximus supra num. 41. hilcequè 254
temporibus Principes Hispani iudices studiosorum ad libitum eligebant. quorum iurisdictio adeo erat sæcularis, vt ad clericos studiosos porrigi non posset, nisi in causis Vniuersitatem, & professionem respicientibus; vnde sæpiùs clerici eligebantur à Principe, quia hoc modo ampliorem in studiosos clericos potestatem habebant, vel

consuetudine, vel tacito, & præsumpto permissu Pontificis,
256 aut Episcoporum, ob licentiam residendi in hoc studio, vt dixi nus, cap. 6. num. 66. sed cum hæc omnia adhuc dubia essent ad plenam iurisdictionem in clericos exercendam, idem Alfons. X. confirmationem Pontif. obtinuit, vt nu. 111. & 133. diximus.

Post hæc tempora, ferè omnium Principum sæcularium confirmationes ad præsens vsquè sequutę sunt, sed has etiam, neque suspicionem donationis continere, ex seqq. probo.

257 Primùm, quia regulariter donatio non præsumitur, l. cù de indebito, vbi not. de probation. quæ regula certius in iurisdictionis donatione procedit ex infra dicendis.

Secundò, quia dato, quod argumentis, seu præsumptionibus donatio probanda foret, deberent tamen ea argumenta & præsumptiones, sic donationem concludere, vt actus ex quibus donatio præsumebatur, non ad alium finem fieri po-
258 tuissent; eleganter probat, d. l. cum de indebito, vers. *sin verò*, at sic est, quod prædictæ confirmationes Regiæ ad alium prorsus finem fieri potuerunt, hoc est ad priuilegia Regum successorum approbanda, ad iurisdictionem sæcularem Regio nomine exercendam, vt mox explicabimus, ergo nequaquam ex eis donatio præsumi debet.

259 Tertiò, quia ni fallor, inepta est præsumptio donationis ex confirmationibus deducta, quãdoquidèm ipsi Principes cùm in ipsis confirmationum priuilegijs, cùm etiam sæpissimè alijs legibus latis, sic confirmarunt prædictas Conseruatorias, vt suam esse expresserint iurisdictionem in laicos, & licet ab Ecclesiastico Scholarum Magistro exercitam, ab eorum tamen nutu, & potestate pendentem; quæ confirmationis propia natura est, id scilicet quod confirmat, proprium confirmantis ef-
260 ficere, l. 1. §. sed nequè, C. de veter. iur. enucle. ita videmus, ab ijsdem principibus toties reformatam, diminutam, & auctam prædictam iurisdictionem, sed præter adducta d. nu. 60. supra hoc cap. locus est in hanc rem notatu dignissimus, in l. 18. §. 1.
261 ad fin. tit. 7. lib. 1. Recop. ibi: *Y en estos dos casos ansi de estender la Conseruatoria del Estudio â mas de las injurias, y fuerças notorias, y manifiestas, como en lo que toca â executar su sentencia, sin embargo de apelacion, mandamos que se haga en tanto que nuestra voluntad fuere.*

262 Quartò, & vltimo si veritatẽ amamus, prædictæ Regię cõfir-

firmationes ad id præcipuè conceſſæ fuerunt, quod doctè animaduertunt Rebuf. Petr. Greg. & alij relati ſup. num. 74. vſque ad 82. ſcilicèt, quod cum Vniuerſitates ſtudiorum ad mixta Collegia pertineant, & vtriuſquè Principis Eccleſiaſtici, & ſæcularis approbationem habeant, vterquè confirmat, vterq; ſua priuilegia illis confert, & vterquè ſuos conſtituit Conſeruatores, & iudices; quia tamèn per vnicum iudicem commodius, abſquè dubio ſtudium gubernatur, & plures altercationis, & competentiæ cauſæ ceſſant, Reges Hiſpaniç voluerunt, vt vtraquè iuriſdictio per vnicum iudicem exerceretur non ergo fuit Principum mens iuriſdictionem donare Eccleſiæ, ſed vt habilius exerceretur, Scholæ Magiſtrum eligere eodem modo quo quemlibet alium laicum eligere poterant, vnde quemadmodum ſi Princeps iudicem ſtudioſorum laicorum nominaſſet Epiſcopum Salmantinum, prout aliquàndo nominauit, vt diximus ſup. num. 63. aliumve Prælatum, ex hac nomination one donationem Eccleſiæ factam præſumere, abſurdum foret; ſic paritèr abſurdum eſt, ob nominationem in Scholæ Magiſtro factam; imò & quemadmodum ob electionem Archiepiſcopi Granatenſis in Præſidem Granatenſis Chancellariæ, turpe foret dicere, ſæcularem Granatenſis Præſidis iuriſdictionem, donatam Eccleſiæ, & Eccleſiaſticam factam; æquè abſurdum puto, ob nominationem Regiam in Scholæ Magiſtro, Eccleſiaſticam Regis iuriſdictionem præſumere; & ſi alicui diſpares hæ ſpeciès videantur, ab eis diſparitatem inquiro, nam ſi dixerint in exemplis ſupra ſcriptis diuerſæ qualitatis ſubditos tradi, idem etiam euenit in Scholæ Magiſtro ſiquidẽ ante Regiam nominationem, nullam in laicos iuriſdictionem habebat; item hodie, nũquam ſic mixta eſt iuriſdictio, vt vtraquè ſimul, & ſemel exerceatur, nam in laicis laica, in clericis ſpiritualis exiſtit; ſi autèm dixerint, ſtudioſi qualitatem communem eſſe laicis, & clericis, ſimiliter dicam, in Salmantino, vel Granatenſi diſtrictu, qualitatem ciuis communem eſſe laicis, & clericis, & adhuc non dicemus Diœceſſanorum laicorum reſpectu, donationem Eccleſiæ factam præſumi. 263 264

Ex dictis facilè eliditur ſecunda donationis coniectura, ob vnionem vtriuſquè iuriſdictionis, nam abſit vt vel donationem induxerit, vel Eccleſiaſticam fecerit ſæcularem iuriſdictionem, neque Eccleſiaſticæ acceſſoriam. 265

Primò, quia vt doctè Basil. d. lib. 5 cap. 12. §. vn. num. 20. iurisdictio sæcularis licèt minus nobilis sit, non est verè, & in rigore accessoria, sed in laicos principalis, cum à nullo alio cõcedatur, limitetur, modificetur, aut suspendatur, quàm à Rege, diuersamque causam habeat ab Ecclesiastica.

366 Secundo, quia non ob id solum quod duo iurisdictiones diuersæ ab vnius persona exerceãtur, sequitur necessario vtriusquè iurisdictionis confusio, cum distinctæ durare possint in vnius persona, vt pluries scripsimus sup. num. 201. & cap. 15. num. 13. & hoc eod. cap. num. 192. ad fin. & num. 246. cum seqq. sed ad rem nostram nullus extat in iure locus aptior, quã cap. per venerabilem 13. §. quod autem, versic. *ad autem*, qui filij sint legit. dum probat in ipso Pontifice omnino distinctam conseruari Ecclesiasticam iurisdictionem in vniuersa Ecclesia, & sæcularem in patrimonio Beati Petri, faciunt l. si pater 15. §. 1. de adoption. ibi: *Facit enim hoc quasi quilibet; nõ quasi auus* l. debitor. 59. §. fin. ad Trebell. ibi: *Quia non quasi hæres, sed quasi mater*, l. 6. in princ. ff. quod cuius q. vniuers. ibi: *Quasi decuria enim hoc dedit, non quasi domestica persona.*

367 Tertiò, prædicta omnia clarius procedunt, quoties de Principis voluntate constat, volentis ne iurisdictio confundatur, quod probatur aperte in cap. Romana 3. §. debet, de appellat. iunctis per nos traditis sup. num. 170. & 185. & seqq. de volũtate autem Principis plura extant testimonia, relata per nos sup. num. 60. & clarius d. l. 18. §. 1. ad fin. vers. *Y en estos dos casos.*

368 His ita perceptis facilè ruunt omnia, quæ prolixo calamo cumulat Narbon. d. l. 20. gloss. 22. tit. 1. lib. 4. Recop. à num. 57. & per tot. in valde simili specie familiarum Sanctæ Inquisitionis, quo loci *Regiæ* legis verbis ab ipso relatis, num. 20. manifestam vim infert, & concessionem, annexionemque inducit perpetuam, aduersus aperta Regum concedentium verba, ex vnioneque iurisdictionis vtriusquè in inquisitorum personis infert, Ecclesiasticam vtramquè iurisdictionem, & sæcularem transfusam, transformatamquè, cum nequè ea mens fuerit Regis iurisdictionem concedentis, nec necessariò sequatur transformatio ex vnione iurisdictionis sæcularis cum Ecclesiastica, in vnius iudicis persona, cum possit vtraquè distincta conseruari, imò debeat cum omnino à diuersa causa deriuetur.

Ad duos effectus negari non potest prodesse vtriusquè iu- 269
risdictionis vnionem, ad appellationem scilicet, & censurarum potestatem, vt latè scripsimus §. 8. & 9. huius cap. Sed adhuc in stricta ratione iuris, dici potest hos effectus non tàm ab vnione, quàm à voluntate Principis procedere, alioquin si ab vnione procederent, non posset Princeps prædictos effectus tollere manente vnione, at sic est quod potest, vt dd. locis probauimus, ergo quia ab vnione non procedunt.

Denique, ex abundanti omittendum non est, esto quod do 270
nationem iurisdictionis Ecclesiæ factam fateamur, quod falsissimum puto, adhùc dicendum, reuocabilem ex quacumquè iusta causa manere, & vsum tantùm iurisdictionis donatum præsumi, non supremam iurisdictionem, vt sunt iura appellationis, reuocationis, seu reformationis, cæteraquè Regalia quæ Princeps nequit alienare, ea alienatione quæ priuationem huius supremæ potestatis inducat; & licet in cæteris priuilegijs quę iurisdictionis donationem non continent, distinguamus inter donationem factam subditis, aut alteri non subdito, vt Ecclesiæ, adhoc vt subdito facta donatio reuocabilis censeatur, 271
alteri vero non subdito, aut Ecclesiæ, irreuocabilis; hoc in iurisdictione nõ procedit, cuius donatio semper in Principe precaria est, & precarij naturam sapit. text. insignis adhoc, in cap. intellecto 33. de iur. iur. cap. dudum §. nos igitur de præb. in 6. Germon. de indult. §. perquę n 47. probãt, & prosequntur ex Bald. in l. qui se patris, C. vnde liberi. Rom. cons. 24. n. 58. & alijs innumeris relatis, Casanat. cons. 430. à n. 42. Castillo de tertijs, cap. 18. à num. 155. Bouad. d. lib. 2. cap. 18. num. 214. ad fin. & cap. 17. num. 196. ad fin. & cap. 16. num. 87. Basil. d. lib. 5. de matrim. cap. 12. §. vn. num. 22. exornat pulchrè in 272
quadam iuris allegatione pro Thoma de Angulo Officiali Regio, D. D. Sebastian. Zambrana de Villalobos Calatrauensis ordinis eques, & in militarium ordinum supremo Consilio Senator, iurisprudẽtię Coripheus, iustitię Antistes maximus, cuius illustre genus, cuius laudes, ipsius famæ relinquo, nedum laudo, meam superbe causam agere videar.

§. XIII.

§. XIII.

Respondetur ad decimum quartum argum. & an reddituum Ecclesiasticorum adsignatio Vniuersitatem Ecclesiasticam reddiderit.

273 AD decimumquartum respondetur, falsum omninò esse, quòd ob id solum, quòd de redditibus Ecclesiasticis alatur Academia, seu dotetur à Pontifice, Ecclesiastica sit iudicanda, imò tantum hoc à vero abest, vt potius ipsi redditus anteà Ecclesiastici, profani cẽseri debeant post vnionem eorum Academię factam.

Primò, quia si redditus Ecclesiastici vniantur studio generali, siue alio cuicumque loco, siue personæ sæculari, non fit locus, neque persona Ecclesiastica, imò redditus Ecclesiastici naturam profanam, & sæcularẽ induunt, argum. l. Paulus, aliàs, Per procuratorem, de adquir. hęred. ibi: *Quia mutatione personæ castrensia esse desierunt*, ita in specie resoluunt cum pluribus, Garcia de Expens. cap. 9. à num. 97. Lassart. de decima, cap. 19. numer. 31. Barb. l. Titia, num. 41. solut. matrim. Ramirez de lege Regia, §. 31. num. 4. Garc. de benef. 1. part. cap. 2. num. 29. D. Franc. de Leon, decis. 3. num. 13. cum seqq Gama decis. fi. iunct. addit. Blasij Florez, Paulo Cristineo decis. 235. num. 6. & seqq.

274 Secundò, in nostra Salmanticensi Academia planius hæc procedunt, quia non ex redditibus Ecclesiasticis erecta, & fundata est, sed multò post fundationem, & Regias easquè amplissimas dotationes, quæ tempore defecerant, accesserunt Pontificiæ largitiones, quod vt vulgò pateat, breuiter historiam contexemus.

275 Alfonsus Nonus, Legionen. Rex, vt iam scripsimus, anno 1200.

1200. Academiam Salmant. erexit, non tamen dotauit ob regalis patrimonij penuriam, adhùc tamen floruit Academia prę
ceptoribus, quia collectas siue honoraria à discipulis exigebāt, 276
vsquè dum sapiens Alfonsus X. (iuxta suam ipsius sanctionē in l. 3. tit. 31. part. 2.) Cathedras diuersis scientijs docendis, & eorum salaria designauit, anno 1254. vt ex ipsius priuilegio constat, relato à Chacon. in d. hist. in quam impensam è propio patrimonio largitus est, *dos mily quinientos marauedis de renta*, hodie sex millia ducatorum, iuxta eiusdem Chaconis doctam sanè computationem, licèt Couarr. in collat. veter. numismat. 277
cap. 6. num. 4. vers. *el otro*, & de inceps, velit marauedinos de quibus Alfonsus X. agit in partitar. legibus, quatuordecim tãtum philipicis hodiernis æstimari, vulgo, *catorze reales*, Orosc-
cius aliter, l. Imperium 3. à num. 87. de iurisd. contendit, illius temporis marauedinos, sexaginta tantum habere, *de los marauedis de oy*, quorum interpretum varietatem componere, aut in eorum quæstione veritatem inuenire, penè impossibile est, ob frequentem monetarum mutationem, & penè diariam in
unoquoquè sæculo. Hæc fuit prima Vniuersitatis dotatio, sed adhuc præceptores supererant, quibus hæc honoraria Regia non contingebant, qui continuato collectarum subsidio, pu-
blice docuerunt, vsquè ad annum 1480. quo, Vniuersitatis decreto sublatę fuerunt collectæ, prohibitumquè, ne quod docendi pretium exigi posset, iuxta Vlp. sententiam in l. 1. §. 4. 278
& 5. de var. & extraord. cognit. cui non obstat l. diuus 4. ff. eodem, quam ego sic accipio, vt Diuus Pius rescripserit, professores salaria petentes, idest, de publico, hæc exigere posse; & sic eam legem suspicor accepisse Alfons. d. l. 3. tit. 31. part. 2. quid aliter ea iura interpretetur, Cuiac. 7. obs. cap. 25. Donell. 18. com. cap. 2. lit. BB. vbi Ossuald. Meril. lib. 5. obser. c. 22. & 23. de collectis præceptorum videantur Canonistę in cap. 1. & cap. quia, de Magistris, & Clement. 1. eodem Rebuf. priuil. 89. & 90.

Posdeindè anno 1300. Ferdinand. 4. nepos Alfonsi sapientis dotationem ab auo factam, iam bellorum, & alijs temporum 279
calamitatibus pene absumptam, denuò constituit, & decimarũ partem, quas vulgo *tercias* vocamus, quasquè possidebat ex Pontificia largitione, Vniuersitati donauit, cuius donationis priuilegium Academiæ seruatur, cum tamen triennio tantum

hæc

hæc concessio durasset, & quia tunc ad tempus tantum has de-
cimas Pontifices donabant Regibus, & quia Clemens V. an-
no 1305. omnino Regibus eas abstutilit, iterum egere cæpit
280 Academia, vix tamen anno elapso, ipse Clemens Pontifex
monitus in quantum Hispanicæ religionis, & reipub. detrimẽ
tum eas decimas Salmanticensi studio à Rege concessas abstu-
lisset, ipse nouiter concessit, eiusquè concessio perpetua man-
sit, facta ad annum 1312. His stipendijs Academia floruit, vs-
que ad annum 1387. quo Ioannes Hispanus Rex, Academię
281 ærariũ, 200 mille annuis marapetinis, in decimis prædictis vul
go *tercias* soluẽdis auxit, hodie decẽ millia regalia annua, vt pro
bat Chacon, ex Chronicis Alfonsi XI. cap. 98. quam eandem
quantitatem, ad Vniuersitatis suplicationem, fortè quia adhùc
temporarię decimę à Regibus possidebantur, Enriquus Ioan-
nis filius, è propio patrimonio concessit in perpetuum, anno
1397. rursùs ipse Enricus prędictam pecuniam in regio patri-
monio assignatam, quia difficilè exigebatur ab Vniuersitate,
permutauit in tertiarum partẽ, *de Almuña Baños, y Peña del Rey*,
ad instantiam ipsius Vniuersitatis, quas tertias postquàm ann.
14. Academia exegerat, Benedictus XIII. iterùm abstulit an-
no 1415. vt fecerat Clemens, & etiam, vt ipse Clemens, anno
sequenti restituit in perpetuum.

282 Ex his facilè videbis, quàm accessoriè ad Vniuersitatem
merè sæcularem, prouenerint reddítus Ecclesiastici, quanta-
què fuerit *Regia* solicitudo, vt vnio fieret, quantaquè tempo-
ra è *Regio* ęrario Academia dotata manserit, vnde fluit planis-
simè succedere, regulam de qua supra, quod scilicèt hæc reddi-
tuum accessio nequaquàm naturam Vniuersitatis
mutarit, quin potius ipsi redditus sæcu-
lares reputandi sint.

§. Vltimo.

Respondetur ad vltimum argum. & nouissimè de Collegijs maximè Salmanticensibus, deque eorum natura visitatione, & reformatione tractatur.

AD vltimum respondetur, eam pragmaticorum sententiam quæ habet, Collegia studiorum & confraternitates laicorum, Ecclesiastica authoritate erecta, religiosa & Ecclesiastica iudicanda (præterquam quod sic accepta indistinctè, longè à veritate abest, & contrariam, vt veriorem, & receptiorem amplectitur vltrà alios Gutierr. de gabell. quæst. 91. num. 18. vers. *ego vero*) esto tamen quod vera foret, tunc procedit, cum scilicet vel finis supernaturalis, vt puta cultus diuini causa, vel saltim pius cum authoritate Ecclesiastica concurrit, authoritasque non solum ad approbationem interponitur, sed vt ratione finis lociue, rem vel Collegiũ in spirituale vel quasi erigat, denique in Collegijs studiorum non absolutè loquũtur prędicti interpretes, sed ita si ad sustentationẽ studentium pauperum, vel alia pia opera principaliter exercẽda erecta fuerint, quæ omnes species latè à nostro tractatu distant quando scilicet Collegiũ studentibus indistinctè, siue diuitibus, siue pauperibus erigitur, nec alium prȩcipuum finem habet nisi scientiarum publicam professionem, quo casu certissima sententia est, quòd si prædicta collegia sint laicorũ saltim maiori ex parte, omninò sæcularia, & profana erunt, prout sunt studia generalia, & Salmanticense nostrum, quamtùmuis ab Episcopo, siue Põtifice approbentur, redditibusque Ecclesiasticis ab ipso donatis alãtur, Capellãque seu Ecclesiã vnitã habeãt, vbi certis diebus diuinis assistant, & quod plus est, etsi ab ipso Põtif. in B. Petri patrimonio erigãtur; in summa ergo in hisce Collegijs procedet omninò cõclusio à nobis proposita sup. à n. 18. quę hic repetẽda erit. Ratio diffferentiæ est, quia solus studiorũ finis neq; Ecclesiasticũ neq; piũ Collegiũ facere potest, sed qualitas sit cõmunis clericis & laicis, vt probaui 284

sup. num. 38. & §. 4. à num. 145. & quod non faciat pium probaui, nu. 59. Vnde prouenit, quod eius conditionis erit Collegium, cuius sunt personæ, & sic si ex fundatione maior collegarum pars laicorum esse potest, saculare Collegium erit, sin verò non nisi clerici esse possunt, saltim pro maiori parte, Ecclesiasticum Collegium efficient. Hanc sententiam probant ipsi met in hoc vltimo argumento adducti, sup. num. 17. & quam plurimi ex ijs quos adduximus, num 24. & num. 59. maximè Garcia de benef. d. 5. part. cap. 1. num. 611. vbi postquàm scripsit, Collegia pro sustentatione pauperum erecta, pia esse & si authoritas Episcopi intercedat religiosa, etiam si maior pars sit laicorum, contra doctr. Bart. l. fin. de Colleg. illicit. quam nos amplectimur, addit, hæc verba: *Et doctrina Bart. d. l. fin. num. 15. quam sequitur Abbas, cap. ex literis, num. 4. de constit. & in cap. 1. de locato, & alij ibi, Aufrer. de potest. Eccles. Couarr. cap. 34. Azeued. d. l. 10. num. 25. quòd ad iudicandum an Collegium sit Ecclesiasticum, vel sæculare, inspiciendum est, an maior pars sit laicorum, & tunc sit sæculare, an maior pars, seu æqualis sit clericorum, & tunc sit Ecclesiasticum, procedit in Collegijs non fundatis pro sustentatione pauperum, & sic causa pia, sed in Collegijs doctorum, & Scholarium non pauperum, seu in Collegijs aliquorum officiorum.* idem sensit Barbos. de offic. Episc. d. alleg. 75. num. 30. & n. 47. ibi: *In Collegijs mercatorum, vel Scholasticorum, vel similium artium profanarum,* Gut. Azeb. & Gironda dd. locis.

285 Non obstant, aprobatio Ecclesiastica, & alimonia ex Ecclesiasticis redditibus, ad quæ latè respõdimus, sup. §. 2. & 13. Minus obstat capellæ, siue Ecclesiæ annexio, quod ve aliquando ad pia sacra ve congregentur, quia quando prædicta non tendunt ad finem præcipuum fundationis, nequaquàm attenduntur, vt supra adducti satis probant, dũ semper exprimũt, quod ad pia principaliter erigantur, vel quod Collegium sit accessorium capellę, vel Ecclesiæ, non è contra, quod capella, vel Ecclesia sit accessoria Collegio, quod infra explicabimus.

286 His positis, breuiter solutio erit, nostram Academiam cæteraquè studia generalia, nõ ad alium finem quam ad studia erecta esse, idcircò quidquid in Collegijs studiorum ob aliũ piũ finem erectis interpretes dixerint, aduersus nostram sententiã expendi nequit, cum loquantur in casibus in quibus ea ratione mouẽtur, quæ in nostra tractatione cessat, verumquè est, quod si di

ſi diuerſitatis cauſa ceſſet, & Collegia nõ pia ſint, tunc noſtram ſententiam amplectuntur ipſi qui pro contraria expẽdebãtur.

Hæc pro ſolutione ad argumentum ſatis erant, ne aliàs noſ- 287
trę tractationis terminos mouere videremur, ſed altiùs hunc ar
ticulũ repetendum magna præmanibus occaſio ſuaſit, nã dum
hæc ſcriberem, Philipus noſter Regũ maximus, ſex Hiſpaniæ
Collegia, quæ maiora vocantur, & ſunt; viſitanda, & reforman
da decreuit, id quatuorquè illuſtriſsima Salmanticenſia viſita
torem elegit, tanto Principe, & ad rem tantam, vnicè dignũ vi-
rũ illuſtriſs. D. D. Mendum de Benauides, y la Cueua, Epiſco- 288
pũ Segouienſem, qui omnia reformatione digna, Principi eiuſ-
què ſenatui retulit, quorum complura cum reuocationem mu-
tationemve continerent conſtitutionum ab ipſis fundatoribus
in limine fundationis Apoſtolica authoritate præcedente
ordinatarum, ſtatim orta eſt dubitatio de Principis ſæcularis
poteſtate, & an Apoſtolica confirmatione ad hæc perficienda
opus eſſet, cuius rei deciſio pendet potiſsimè ab ea quęſtione,
quam in huius capitis fronte enodãdã propoſſuimus in ſtudijs
generalibus, ſcriptaq́; in ea, ad pleroſq́; huius quæ nunc tracta
re intendimus quæſtionis articulos; profutura ſunt; vt clarius
tamen, & breuius procedatur, omni diſputatione inſuperhabi-
ta, per cõcluſiones generales materiã explicabimus, poſt dein-
de ad Salmanticenſia Collegia eas adaptantes.

Omittentes præterea plura, quæ ex iuris authoribus, & hu- 289
maniorum literarum profeſſoribus, in medium proferre poſſe-
mus, de origine Collegiorum, de eorum varietate, progreſſu, &
prohibitione, ſiue permiſſu, pluraquè alia quæ diſci poterunt,
ex tit. de Colleg. illicit. l. 1. quod cuiuſquè vniuerſ. l. 2. de ex-
traor. crim. l. 5. §. quibuſdam, de iure inmunit. l. fin. de excuſat.
tut. l. 1. in fin. de offic. pręf. vrb. l. pater 48. §. tuſculanis, aliàs, ſi
deicommiſsit, deleg. 3. l. cum ſenatus 20. de reb. dub. l. 2. & 3. C.
de incert. perſon. l. 2. § deinde 6. verſ. *omnium*, de orig. iur. ſunt
& alia canon. & Regij iuris loca poſtmodùm referenda, eſt & l.
6. 12. tab. apud Balduin. explicant vltra ord. in dd. iuribus Ino
cent. c. cum ab Eccleſ. de offic. ord. & c. dilecta, de exceſs. præ-
lat. Rebuf. ad conſt. Gall. tom. 2. tit. de confratr. Menoch. de re
cup. rem. 15. à n. 22. Bouad. lib. 2. c. 18. n. 218. Ægyd. Boſ. in
pract. crim. tit. de vnio. Didac. Per. tot. tit. 11. lib. 8. ord. Florez
q. 21. à n. 175. Greg. Lop. l. 4. tit. 3. p. 6. cæteriquè adducti ſu-

pra,n.17.Duar.ad tit.de Colleg.illicit.Cuiat.7 obs.c.30.Brisson.lib.1.select.antiq.Germon.de sacr.immunit. lib. 1. c.8. & 9.Balduin.ad d.l.6.12.tab.latissimè Petr.Greg lib.13.de republic.c.2.& 3.vbi refert Plin.lib.34.c.1.& 35 c.12. D. August.de commun.vit.cler.seu ad fratres in eremo. Tacit. 11. & 14.annal. Sueton.in Iulio,c.32.& alios, latè etiam Rosin. &
290 Demsterus,lib.8.antiq.Rom.c.6.de legib.12.tabul l.41.Cerda,aduers.sacr.c.28.n.2.& c.171.n.11. Turnebus,lib.5.aduers. c.28.& lib.11.c.9.vbi cuiusdam Collegij, quod *Romæ* magnũ vocabatur, memoriam inuenies.

291 Prima conclusio sit, iure communi,& *Regio* nullum Collegium creari erigive posse, siue finem temporalem, siue Ecclesiasticum respiciat, absquè licentia speciali expressa, vel præsumpta superioris, l.3.§.in summa de Colleg.illicit.leg.2.de extra ord.crimin l.1.in pr.quod cuiusque Vniuers.l.5.§.quibusdam,de iur.inmunit.de iure canonico, probat hanc conclusionem,c.fin.de relig. dom. c.1.eod.tit.in 6.Trid.Sess.25.c.3.ad fin.de regular.de iure Regio,l.6.in pr.tit.31.p.2.l.4.vers.*Otrosi*,tit.3.p.6.l.1.2.3.& 6.tit.11.lib.8.ord.l.3.tit.14.lib.8.*Recop.*
292 Et licèt Bart.l.fin.de Colleg illicit.n.5.& alij communiter dixerint, quædam Collegia licita esse de iure gentium, vt populus, Ciuitas, quædam de iure ciuili, vt Collegium religionis causa, Collegium studiorum, artificum, & similium, indequè inferant nullam specialem licentiam hęc Collegia requirere, falsò inferunt, nam licita dicuntur, adhoc vt permitti debeant ab Ecclesia, siue à Principe,& sic ad differentiam aliorum, quæ illicita Collegia dicuntur, non tamen adhoc, vt absquè *speciali*
293 licentia erigi possint, hæc enim in quocumquè Collegio, quantumcumquè finem licitum habeat, siue spirituale, siue temporale sit, requiritur, vt scilicet examinetur, an sub prætextu Religionis, aliave iusta causa, quid aliud moribus aduersum contineatur, aut publicæ leges in aliquo lędantur, ratio est, *quia cõspiratiunes*,& alia mala ob quæ Collegia illicita prohibentur,
294 etiam in Collegio licito incidere,& dissimulari possunt Iuuen. *nal.satyr.*13.

Fallit enim vitium, specie virtutis, & vmbra.
Cum sit triste habitu, vestequè, & vultu seuerum,

295 probat d.l.2.de extraord.crim.d.l.3.tit.14.lib.8.Recop.extra

nag

trauag. Ioann. 22. incipit, *sancta Romana*, in princip. de religios. dom, latè Petr. Gregor. lib. 13. de republic. capit. 2. & 3. item de qualitate, & conuenientia loci, & temporis in quo Collegium populus Ciuitasve erigitur, prius à Principe inspiciendum est, idcirco verior omnino est sententia quæ habet, ob id solum, quod authoritas specialiter deficiat, illicitum dici Collegium, quodcumquè id sit, eamquè expresse probat, d. §. in summa, l. 3. de Colleg. illicit. cæteraquè supra adducta iura, si benè percipiantur, pro- 296
bat etiam hoc eleganter, quod cum Nicomediæ ad Trajani tẽpora, vastissimum incendium fuisset, nequè vllum, ad incendia compescenda, instrumentum esset, consuluit Trajanum Plinius, his verbis: *Tu Domine dispice, an instituendum putes Collegium fabrorum dumtaxat hominum* 150. *ego attendam, nequis nisi faber recipiatur, neve iure concesso in aliud vtatur, nec erit difficile custodire, tâm paucos.* Trajanus verò in hæc verba rescripsit: *Tibi quidem secundùm exempla complurium in mentem venit, posse Collegium fabrorum, apud Nicomedienses institui; sed meminerimus prouinciam istam, & præcipuè eas Ciuitates ab huiusmodi factionibus esse vexatas; quodcumquè nomen ex quacumquè causa dederimus ys qui in diem contracta fuerint, conspirationes graues fient.* Ecce vbi ad Collegium summè licitum, & specialis licentia desideratur, & ex causa denegatur, huius exempli author est, ipse Plinius, apud Balduin. 297
in d. l. 6. 12. tab. & in ciuitatibus, & populis, ita tenuit Innocent. cap. cum ab Eccles. de offic. ordin. & indistinctè in omnibus Accurs. d. l. 2. gloss. 1. de extraord. crimin. & d. §. in summa, verb. *illicita*, & in Collegijs religionis causa, Petrus Gregor. lib. 13. de republic. capit. 4. numer. 3. Anton. Fabr. in rationali ad d. l. 1. quod cuiusque Vniuers. optime Didacus Perez, d. l. 1. titul. 11. lib. 8. ordinam. gloss. 1. ad fin. versicul. *Confraternitates*, & l. 2. gloss. 3. in princip. & quæstion. 1. ad fin.

Et quod sufficit licentia siue authoritas præsumpta, vt puta 298
si Princeps illi vt Collegio rescribat, aut publice permitatur, docte Inocent. d. c. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. Abbas, cons. 55. n. 4. & 5. & quod præscriptio sufficiat ad licentiã præ
sumendam Borrell. de reg. præst, c. 34. n. 12. & n. 11. Barbos. 292
cum plurib. d. alleg. 75. numer. 5. & sequentibus, quod Ba

10-

300 rones alijquè non supręmi Domini hanc authoritatem præ-
standi ius non habent. Quod si nunc interroges cuius authori
tas in Collegijs requiratur, an Pontificis, an Regis, an vtriusq;
301 què? hac breui distinctione rem omnem percipies. Si finis
Collegij non sit sua natura spiritualis, sed temporalis, & Poli-
ticus, vt Ciuitas, senatus, artificũ Collegia cæteraq́; de quibus
in d.l. 1. quod cuiusq́; vniuers. l 1. de Colleg. l. fin. C. de iurisd. l.
1. & 2. tit. 4. p. 3. solius Principis authoritas desiderabitur, qui
in tẽporalibus supremus est Dominus; hinc est, vt rectè dixeri
mus studia generalia Põtificis authoritate non indigere; hinc
302 etiã nũc affirmam⁹ Collegia studiorũ sufficere vt principali au
thoritate erigantur, nec necessariò Pontificalem requiri, si so-
lum præcipuum finem studiorũ habeant, hæc enim omnia me-
rè temporalia sunt, & à Principis potestate pendent, quod sa-
tis apertè prædicta iura proximè allegata probant & in vniuer
sitatibus probauimus hoc cap. num. 38. & num. 145. & seqq.
§. 4.

Hæc distinctionis pars ampliatur, etiam si Collegium aliqua
303 spiritualia siue pia annexa habeat, vt erit capella vbi sacra fiãt,
aut Ecclesia in populo, nam neque ad nouum populum con-
struendum, ob id dicemus licentiam Pontificis requiri, quod
Ecclesia in eo sit ædificanda, sanè ad ipsam Ecclesiam conse-
304 crandam cæteraque spiritualia erigenda nemo negabit autho-
ritatem Ecclesiasticam requiri. cap. nemo & per tot 1. distinct.
de consecrat. cap. penult. de consecrat. Eccles. Germ. de sacr. im
muni. lib. 3. cap. 1. & 2. sed non de hoc agimus, aliud est Capel
lam siue Ecclesiam dedicare, aliud Collegium in vniuersum li-
citum esse non posse absque Pontificia approbatione, hoc ne-
305 gamus; & solum limitamus hanc distinctionis partem si Colle-
gium quantumuis ad finem politicum, & temporalem, ex cleri
cis præcisse erigeretur, saltim quòad æqualẽ partem, hoc est,
quod non nisi clerici esse possent, quo casu, non liceret clericis
Collegium coire, nisi Pontifice cui subsunt approbante, sicut
dicimus non posse Principem sibi Senatum supremum consti-
tuere, quod ex clericis præcisse constet, nec ipsos clericos sine
306 permissu saltim præsumpto Pontificis in Collegio Senatuve
existere cap. clerici 5. ne cler. vel mon. cum pluribus congestis
à Mol. lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 51. Azeued. ad Cur.
Pis. lib. 2. cap. 21. per tot. Bouad. lib. 2. c. 17. num. 31. lit. C. &

num.

num. 22. lit. A. Borrell. de magistr. lib. 2. cap. 9. & de reg. præstan. cap. 73.

Secunda distinctionis pars est; si finis Collegij Ecclesiasti- 307
cus sit, aut saltim pius, & sic aut religionem, aut pietatem respiciat de quibus agitur l. 1. §. 1. de Colleg. l. 2. de extraord. crim. l. 20. C. Theodos. de sacrif. pag. Cuiat. 7. obser. ca. 30. & apud nos sodalitia vulgo *cofradias*, de quibus in d. tit. 11. per totum lib. 8. ord. & d. l. 3. tit. 14. lib. 8. Recopilat. in hisce Collegijs vtraque authoritas, & Ecclesiastica & temporalis interuenire debet; de temporali est de iure communi d. l. 2. de extraordin. crim. d. l. 1. §. 1. de Colleg. De Pontificia, si de noua Religione tractetur, sunt iura in cap. fin. de relig. dom. cap. 1. eod. tit. in 6. clement. 1. eod., in cæteris verò Episcopi Diœcesani sufficit authoritas, Clement. quia contingit, de relig. dom. Trid. d. c. 3. Sess. 25. de regul. & c. 8. Sess. 22. de reform. Anast. Germon. de libert. Eccles. cap. 8. pag. vltim. Borrell. de reg. præst cap. 34. num. 14. & iure nostro Regio apertissimè vtraque authoritas exprimitur d. l. 3. tit. 14. lib. 8. Recop.

Amplia hanc secundam distinctionis partem vt à fortiori 308
procedat si Collegium æquè principaliter & ad pium & ad tẽporalem finem sit erectus, & sic duos fines principaliter respiciat, ratio tàm ampliationis, quàm secundę distinctionis partis est, quia vterque Princeps offendi prædicta Collegiorum erectione potest, si sub religionis prætextu vel in rempubl. vel in Ecclesiam machinetur, vnde Principẽ ratione territorij, & tẽporalis reipubl. protectionis; Pontificẽ, vt Christi Vicariũ, vtrũque huiusmodi Collegia examinare & eorum erectioni authoritatem præstare æquum est, hanc conclusionem probant, complures ex sup. num. 289. adductis, & latè Borrell. de reg. præst. d. cap. 34. numer. 2. vsque ad 5. iunge dicta n. 294. sup.

Ex dictis inferes in Collegijs Salmanticensibus de quibus noster sermo est, cęteriſque similibus, & Ecclesiasticam & 309
sæcularem authoritatem requiri, cum præter finem temporalem alium æquè principalem habeant, pauperum nempè sustẽtationem, iuxta hanc quam scripsimus distinctionem verissimè scripsit Borrell. de reg. Cath. præst. cap. 34. à num. 14. vtrãque licentiam in Collegijs studiorum requiri & probatur per ci- 310
tatos d. num. 289. at dices, si Collegia hæc, nouam religionem

non

non respiciunt, cur solius Episcopi authoritate erectæ nõ sunt sed à Pontifice obtenta est? facilè & multipliciter respondetur Primò quia vestium mutatio collegarumque insignia, simul cum communi vita, & sanctissimarum ceremoniarum obseruãda copia, satis in aliquo nouam religionem sapiunt, saltim vt à
311 Pontifice examinari possint, & approbari debeant c. 1. de religio. dom. in 6. vers. *inhibentes* iunct. gloss. verb. *habitum* extrauag. Ioann. 22. incipit, *sancta Romana*, de relig. dom. Abbas
312 cons. 55. 1. p. num. 1. 2. & 3. P. Gregor. de rep. lib. 13. cap. 4. per tot. licet stricta iuris ratione credam, has canonum prohibitiones circa nouum habitum vestemve, nostram collegarum, non cõprehendere, nam canones loquuntur de veste incontemptum sęculi & religionis affectu sumpta, vt doctissimè Abbas d. cons. 55. & cap. nullus num. 11. de for. comp. vestis autem collegarum profana est, & quam nunc vocamus vecam, Grecè Epomim, certũ est fuisse antiquitus tegumentum capitis su-
313 perhumerale quo iurisperiti, & Doctores legum vtebantur, vt patet ex veterum sepulchrorum simulachris, & consequenter vestis mutatio cum profana sit, Ecclesiastica authoritate non egeat, adhuc tamen ob dubium tollendum, & quia negari nõ potest, quin habitus collegarum sit clericali simillimus, dici potest prudentèr ab Ecclesię summo Antistite licentiam, & approbationem petitam.

314 Secundo esto quod Episcopi authoritas sufficere potuisset, at non id facit, vt non prudentissimè fundatores Episcopo omnisso, Pontificem adirent, præcipuè ab eo redditus ad alimenta, aliaque quàmplura priuilegia obtenturi, ea enim *iura* quæ dicunt Episcopi authoritatem interuenire debere, nõ adiuuant quin melius Pontifex approbare possit cap. dudum 5. nos igitur de præbend. lib. 6.

Ex dictis liquet in omnibus Collegijs, siue temporalibus, siue spiritualia respicientibus, authoritatem Principis requiri si in eius territorio fiant, Ecclesiasticam verò authoritatem in omnibus pijs siue spiritualibus in vniuersa Ecclesia erigendis. Hinc est vt ferre nõ possim, receptissimam interpretum sentẽ-
315 tiam quæ distinguit inter Collegia pia Ecclesiastici authoritate erecta, vel non, aut enim falsa sunt omnia, quæ hucusque in hoc artic. scripsimus, aut inepta est hæc interpretum sentẽtia, siquidem nullum Collegium licitum dari potest, eorum de quibus

bus ipsi disputant, nisi Ecclesiastici authoritate erectum: ea ve
ro deficiente, illicitum fit Collegium, de quo, quæstio esse non
potest, quia Collegium non est; sed nostrates Regnicolæ tur-
pius in hoc errarunt, & in meridie caligant obliti, d. l. 3. tit. 14.
lib. 8. Recopil. quæ apertè prohibet reuocat & dissoluit om-
nes confraternitates Collegiaue, absquè Episcopi authoritate
simul cum Regia erecta, abeat ergo hæc distinctio.

Infertur vlterius, ex supra tradita distinctione, & licet Pōti- 316
ficia potestas, in hoc authoritatis præstādæ articulo, ampliores
fines habeat, cum ad vniuersam Ecclesiam protendatur, *Regia*
vero, Regni territorium non excedat; attamen Principis autho
ritas respectu sui dominij plures causas continet, cum Pontifi-
cia ad sola pia, & *Religiosa*, Principalis verò, tàm ad hæc, quàm
ad merè temporalia exigatur, vt probauimus.

Hinc necessariò inferri videtur, iustam esse Hispaniæ con- 317
suetudinem, quæ habet, ne nouæ *Religiones*, aut noui Conuen-
tus erigi possint in Hispanienſi Imperio, nisi petita prius, & ob
tenta licentia Regia, apud maximum iustitiæ senatum; iustam
quoque esse conuentionem inter Regem Regnique procurato
res, qua cautum extat, ne absquè eorumdem procuratorum cō-
sensu prædicti Conuentus fiant, prout refert D. D. Christopho
rus de Moscoso, & Cordoua in iuris allegatione pro fisco Re-
gio aduersus militarium ordinum Concilium, cum Nauarrete,
cap. 42. *En la conseruacion de Monarchias.*

Et licet huius generis statuta, contra libertatem Ecclesiasti- 318
cam esse scripserint, Diana de inmunitat. Eccles. tract. 2. resol.
128. Germon. in assert. libert. Eccles. cap. 8. eorum tamen fun-
damenta, & præcipuè impugnationes Germonij aduersus Ve-
netos iuris professores, adeò sunt vagę, & lubricæ, vt affirma-
re ausim, si non alia vrgentiora aduersus Venetos obstarent, fe
rè omnes qui Venetorum fundamenta ab ipso impugnatore re 319
lata perlegerent, pro Venetis in hac quæstione respōsuros: ego
hercle, saluo sanctæ Matris Ecclesiæ iuditio, iuris ratione cōsti
tus credo, prædictā Hispaniæ consuetudinē pactumquè cum 320
Regno initum, licite obseruari posse, & debere: imò & Veneto
rum decretum, aduersus quem ita indistinctè prolatum, merito
consurgit Germonius, tamen sub distinctionibus, & limitatio-
nibus, de quibus illicò, iuste defendi posse cogito.

Primò etenim cum authoritatem Principis in hisce nouis 321

constructionibus requirimus, non ea mens nostra est, vt credà-
mus ad licitam nouam religionem faciendam, Principis autho-
323 ritatem requiri; nam sicut ad meretēporalia Collegia diximus
Pontificalem authoritatem non exigi, ita à fortiori in merè spi
rituali Collegio, nec verum, nec pium esset Principis authorita
tem exigere, vt licitum esset. Præterèa religionum approbatio,
323 & reprobatio solius Pontificis est, d.c.fin. de relig. dom. cum
cæter. sup. adduct. n. 291. Addo Tacit. 11. annal. qui de Clau-
dio loquens ait: *Retulit deinde ad Senatum super Collegio Haruspicũ,*
ne ritus sacrorum inter ambigua culti, per prospera obliterarentur, factũ
ex eo, S.C. Viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaquè Haruspicũ.
324 Secundò, postquàm à Pontifice approbata est religio, si eius
religionis Collegia, siue Conuẽtus, in alterius Principis Ditio-
ne extrui velint, tunc dicimus, Principem consuli debere, non
vt religioni, sed vt constructioni, & fundationi eius materiali, in
suo dominio authoritatem præstet, quod summè æquum est in
Principe supremo, & hoc sensu acceptam Hispaniæ consuetu-
dinem pactumque inter Regem generaliumque comitiorũ pro-
curatores, iustissimum arbitror, probaturque satis ex dictis in
hoc §. & ex adductis pro Venetorum sententia à Germon. d.
cap. &.

325 Quibus addo Clementem VIII. in motu propiõ ab eodem
Germon. relato, pag. pen. clarè sensisse, hanc necessitatẽ Prin-
cipis consulendi, dum decernit, non posse licentiam ad nouos
Conuentus erigendos, per Episcopos impartiri, nisi vocatis, &
auditis in eisdem ciuitatibus, & locis, conuentuum Prioribus,
seu procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & causa ser-
uatis seruandis cognita; si ergo vicinorum conuentuum Prio-
res, & alij quicũq; cõtradicere possunt nouas fundationes, pro
hibetquè, ne absquè omniũ interesse habentium scientia, ad fun
dationem licentia præbeatur, quantò fortiùs in Principe, qui
prædictorum omnium tutelam, & publicam vtilitatem, supre-
mumque dominium habens, multò maius interesse cæteris ha-
bet, dicemus, eum consulendum, & à supremo integerrimo, &
Christianissimo senatu authoritatẽ expectandam. Nequè ex
326 dicto motu propio quis inferat Principem ab Episcopo citan-
dum, & coràm eo excipere debere, si velit ne noui conuentus
fiant; nam nec eam fuisse Pontificis mentem, satis constat ex eo
quòd Regiam dignitatem non expresserit, quam in gene-
ralibus constitutionis verbis non comprehendi certum

est, cap. 9. Sess. 25. de reform. in Trid. vers. *exceptis*, cum vulgat.

Neque hanc authoritatis præstationem sic præceptam, vt 327
nuper diximus, causam spiritualem aliquam, imò nec iudicialẽ 328
cognitionem continere arbitramur, sed Regiæ protectionis dominijque supremi ratione procedere.

Denique hanc sententiam sic limitatam, vt si Princeps licen 329
tiam denegaret, vrgens euidensq; religionis & animarũ salutis causa adesset, posset Pontifex Principẽ cogere, vt fundationi assentiret, vel inuito eo constructionem perficere, sicut è contra, si (quod credendum non est) notoriè iniustè & nulla spiri- 330
tualis salutis ratione instante, Pontifex summus ad fundationes procederet, posset Princeps, aut eius supremus Senatus, ad ipsum Pontificem rectiùs de causa instructum supplicationem interponere, & interim de facto fundationes suspendere, iuxtà ea quæ in retentione bullarum & cognitione per viam violentiæ quotidie fiunt, & ex not. in celebr. cons. Ancharr. 240. & seqq. Bouad. cum pluribus lib. 2. c. 18. num. 6.

Hucusquè scripta respiciunt, vt sciamus quæ & qualis autho 331
ritas in Collegijs erigendis requiratur. Nunc superest inquire re, quisnam post *ipsa* Collegia erecta, iudex competens erit, ad causarũ cognitionẽ, visitationẽ, reformationem, mutationẽ destructionemvè, in quo breuiter notandum est cum P. Greg. lib. 15. syntagm. cap. 32. tria esse licita genera Collegiorũ alia sacra, profana alia, mixta alia. In sacris.

Sit secunda principalis conclusio; Collegia quæ ratione or- 332
dinis vel status Ecclesiastici, merè spiritualia sunt, vt Ecclesiæ Cathredales & Collegiales, conuentus Religiosorum, etiam militarium, & denique omnium ab Apost. sed. approbatorũ, aut si qui fuerint alij, in quibus Pontifex Episcopusvè authoritatem interpossuerint, non solum vt licitum faciant Collegium sed vt in spirituale erigant, prout distinximus sup. num. 105. Hæc (inquã) Collegia in omnibus negotijs litibusvè, tàm singulorum, quàm Vniuersitatis nullo dempto, ad Ecclesiæ cognitionem, vel iudicum ab ea designatorum spectant, hæc conclusio nullam probationem flagitat, ex traditis sup. num. 25. & d. num. 105. & ex vulgo not. ad cap. nouit, & cap. decernimus de iudic. latè Bouad. lib. 2. cap. 18. à num. 9. & 33. Germon. de sacror. immunit lib. 2. cap. 10. & seqq. procedit etiam in territo 332
rijs Principum secularium, & quod est amplius, licet prædicta

334 Collegia in Principē siue Rempub. conspirassent, aliavè Regni pernicies ex eis emergeret, nam adhuc nulla in eos sæcularis iurisdictio est; hoc vel Templariorum extinctio probat, quæ à Clem. V. P. Max. instante Philipo Pulchro Gall. Rege facta est, de quo plura docte vt solet P. Greg. lib. 15. cap. 34. poterit tamen iuste Princeps, non ex vi iurisdictionis, sed supremi dominij procedere ad omnium temporalium priuationem, & Reg
335 ni expulsionē, maximè si periculū sit in mora, ex l. 5. d. tit. 11. lib. 8. ord. ad hoc notanda, plura Bouad. d. lib. 2. cap. 18. num. 93. & 112. & alibi illo cap.

336 Tertia principalis conclusio sit. In Collegijs profanis, & merè sæcularibus, siue finem promiscuum habentibus, de quibus sup. num. 295. & alibi sæpè, receptissima distinctio quam in studijs generalibus, supra num. 17. proposuimus, amplectenda est, nempè quod si omnes sint laici ad Principem, si omnes clerici ad Pontificem expectet visitatio, reformatio, extructio, destructioque, quòd si mixta sint Collegia ex clericis, & laicis (vel quia ars, siue professio Collegij licita est clericis, vel quia
337 singuli de licentia prælati eam exercere possunt, & sic de illo Collegio esse de qua re videndus, Abb. d. quæst. 6. num. 9. & cap. 2. de iudic. à num. 9. Archid. per text. in cap. in nona 16. quæst. 7.) tunc si maior pars sit laicorū idem iuris est, ac si omnes laici essent; sin verò maior pars clericorum sit, aut æqualis, tunc idem respondendum erit, ac si omnes clerici forent, omniaquè hic repetere poteris, quæ toto hoc capite de studijs generalibus scripta sunt, maxime §. 3. à num. 131. Hanc conclusionem accipe in Collegijs nullum finem pium, aut Ecclesiastico cum habentibus simul cum temporali fine.

338 Quarta conclusio, Collegia quæ finem pium, aut spiritualem habent, vt sunt Cōfratriæ, & Hospitalia; aut quæ simul cum fine pio, aut spirituali, alium temporalem, & politicum habent, prout sunt Collegia Salmanticensia studiorum causa, & simul in sustentationem studentium pauperum erecta, & cætera de quibus sup. num. 283. 307. vsque ad 314. hæc inquam Collegia si ex clericis pro maiori, aut æquali saltim parte constent, vt sunt Cōfraternitates clericorum, quos vulgo, *Cabildos de san Pedro*, vocamus, vel studiorum Collegia in quibus ex fundatione, non nisi clerici admitti possunt; omnino Ecclesiastica erunt quòad

quòad reformationem, visitationem, mutationem, extinctionẽ, cæteraſque totiùs corporis, ſiue Collegij cauſas, item circa ſingulorum negotia, & lites profeſsionem, ſiue finem, aut adminiſtrationem reſpicientes, exceptis tantùm cauſis laicorum, vt ſingulorum quæ profeſsionem non reſpiciant, de quibus propius eorum iudex ſæcularis cognoſcet, iuxta d. ſup. §. 3. 339

Quod ſi Collegia hæc laicorum ſint, ſaltim maiori ex parte, vt in pleriſquè Salmanticenſibus Collegijs, & in Confraternitatibus laicorum euenit, hic maxima exiſtit interpretum controuerſia, in qua vix eſt qui pedem fixerit. Ego credo hæc omnia Collegia fraternitateſquè mixti fori eſſe, & ita, inter Eccleſiam, & Principem præuentionis locum fore, quoad reformationem, viſitationem, mutationem, cæteraquè Vniuerſitatem ſpectantia, aut etiam ſingulorum ſi circa profeſsionem, aut finem Collegij, ſocietatisve agatur. Hanc ſententiam nullo iure adducto tenuit Bouad. d. lib. 2. cap. 18. num. 228. ibi: *Y del fuero Eclesiastico mixtamente*, & rurſus ad fin. immerito notatus à Garc. de 5 part. de benef. cap. 1. num. 606. ad fin. ſequutus verò à Barboſ. de offic. Epiſcop. d. alleg. 75. num. 15. & n. 31. & ſunt iura in l. hæreditas 53. ibi, Principali, vel Pontificali de pet. hær. clement. quia contingit de relig. dom. verſ. *nos incuriam*, apertiùs in authent. de Eccleſ. tit. §. ſi quis ædificationem, Couarr. cap. ſi hæredes num. 1. de teſtam. Paz in prax. tom. 2. Prælud. 2. à numer. 45. Marta de iuriſd. part. 2. cap. 10. à num. 13. latiſsimè idẽ Bouad. d. lib. 2. cap. 18. num. 120. vbi plures, & cap. 17. num. 102. qui omnes hanc ſententiam limitant, niſi in cauſis merè ſpiritualibus, quæ in quacumquè alia Vniuerſitate quantumcumquè profana, ad Eccleſiam ſpectarent. Limita ſecũdò, in cauſis clericorum, vt ſingulorum quę profeſsionem non reſpiciant, 341
nam hæc ad Eccleſiaſticum, priuatiue pertinent. 342
Limita tertiò in cauſis laicorum, vt ſingulorum quæ profeſsionem non 343
reſpiciunt, nam hæ ad propium iudicem priuatiue ſpectabunt, iuxta d. §. 3. ſup.

Ex dictis inferes, quantum errauerint interpretes, dum alij, 344
hæc Collegia, quæ nos mixti fori eſſe affirmamus, profana eſſe cenſent; alij, Eccleſiaſtica, cum tantùm pia ſint, & ob id mixti fori; & hac ſententia retenta, facilimè ad aliarum opinionum fundamenta reſponderi poteſt; nam omnes, ab effectibus ar- 345
guunt; exempli gratia, ab eo quod Epiſcopi authoritas exiga- 346
tur,

tur, quod alienari non possint eorũ bona, quod non debeatur gabella, & beneficio restitutionis gaudeãt, & quarta canonica debeatur, & Falcidia non deducatur, & quadragenaria prescriptio requiratur, inferunt, hæc Collegia Ecclesiastica esse; malè quidem, cum sufficiat si pia, & mixti fori sint; imò & nonnulla priuilegia ex dictis, alijs Vniuersitatibus, & personis merè pro-

347 fanis communia sunt: nam in integrum restitutio, & quadragenaria præscriptio, & alienationis prohibitio reipublicæ, & fisco, & minori competunt; gabellarum exemptio, plurimis sæcularibus ex priuilegio; Episcopi authoritatẽ, in quocũque Collegio pietatis intuitu erecto requiri probauim⁹, & de his omnibus sigillatim & ex professo Barb. d. alleg. 75. n. 32. vsq; ad 53.

348 Econtra verò qui profana, & sæcularia hæc Collegia intendunt mouentur, quia de exemptione non constat, nec ratione finis, aut status, ordinisve; nec fieri potest, vt laicorum Collegium, non efficiat laicum corpus Collegij prędictis cessantibus; cum aduertere deberent isti, inter Ecclesiasticum, & profanum, esse pium, quod verè mixtum est, & ideò ad Ecclesiam simul, & Principem expectat.

349 Apparet denique nostra Salmanticensia Collegia, nec absolute profana, nec spiritualia esse, sed pia loca, & Vniuersitates, idcirco, & vtriusquè potestatis authoritate erigẽda, & ab vtroque Principe Ecclesiastico, & sæculari ad præuentionem in vnaquaque causa posse visitari reformari mutari, ac de cæteris causis cognosci, iuxta tradita in hac vltima conclusione, quæ omnia in specie probauit vsus ipse Collegiorum quorum causas partim coram Pontif. vel eius Legato, partim coram Princi-

350 pe eiusque senatu agitatas vidimus. Vndè infertur iustissimè posse Principem eiusque senatum cæptam reformationem inconsulto Pontifice perficere quasi præuentam. Pleraque quæ

351 in hanc sententiam obijci possunt iam profligauimus in præcipua quæstione huius cap. nunc pauca se offerunt quæ speciali monito opus habent.

352 Primo ꝏponunt aliqui quod hæc Collegia capellas habent, altare, & cimbalũ, ibi quotidie sacra fieri debent per duos ex Collegialibus quos capellanos vocamus, qui clerici esse iubentur denique officium defunctorum, & aliæ horæ canonicæ certis diebus recitantur, quæ signa Ecclesiasticæ communitatis esse solent. Respondetur hæc in hisce Collegijs accessoria esse ne-

se, nec finem principalem erectionis respicere; patet, quia fines præcipui sunt, studium, & pauperum studentium alimonia; capella, & cætera, accessoria sunt, & ad id solum extant, vt honestius, & commodius collegæ literis vacent, & licet duorum capellanorum cõstitutio, Missæ, & alia diuina sufragia quæ prò viuis, & defunctis celebrantur finem spiritualem respiciant, is tamen finis, respectum ad Collegium, vt cõmunitatem, & corpus nõ habet; nam in quacumque basilica expleri posset, vnde non recte dicemus propter prædicta erectum Collegium, sed pro authoritate, & decẽtia Collegij prædicta addita; ergo vsus ipse, & finis erectionis hæc sacra, accessoria ad Collegium esse demonstrat; & quod ex hac inspectione probetur, quid sit accessorium, eleganter scribit Florentin. l. si quando 29. §. 1. de aur & arg. legat. ibi, *Vtra autem vtrius materiæ sit accessio, visu atquè vsu rei, consuetudine patris fam. æstimandum est.* Quod verò si accessoria sint nullo modo attendi debeant, quoad Vniuersitatis inspectionem, etiam si dignius sit accessorium probat l. cum aurum 19. §. per veniamus eod. tit. de aur. & arg. leg. ibi, 353
Semper enim cum quærimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ordenandæ causa adhibetur, vt accessio cedat principali, & §. fin. eiusdem l. ibi, *Quoniam id spectamus, quæ res cuius rei ordenandæ causa fuerit adhibita, non quæ sit pretiosior*, & in specie hanc nostram sententiam tenuit Rota apud Garc. d. 5. part. cap. 1. num. 604. in fin. Barbos. de offic. Episc. d. alleg. 75. num. 24. in fin. Couarr. cap. 36. pract. num. 8. adde his dicta sup. num. 303. Ad sententiam eorum qui dicunt præ- 354
dicta signa Ecclesiasticam communitatem facere, respondetur procedere cum propter illa principaliter erigitur locus pius, sine Collegium, vt vltra proximè adductos tenet Marta de iurisd. 4. part. cas. 113. num. 6. & 7. quo loci exemplum apponit in Confraternitate erecta ad ministerium Hospitalis, vbi Missę & alia pia exercentur, vide dicta sup. num 285. & 303.

Secundò, opponitur, consil. Nauarr. relatum à Garc. vbi 355
proximè n. 611. vbi ait simoniam committi in venditione præbendarum in hisce Collegijs designatarum, sed Nauarrum iustissimè carpit, idem Garcia, & eius sententiam saltim in nostro themate falsam esse, satis ex dictis apparet addo P. Greg. qui lib. 15. syntagm. cap. 32. numer. 8. scripsit nullo medo bene- 356
ficia Ecclesiastica reputari prædictas præbendas, nec eas quas Capellanorum vocamus, & etiam si perpetuæ

sint

sunt ex Rebuf. in tract. nominat. q. 15. num. 20. & in capellanis Confratriarum, idem P. Greg. n. 12. & 13.

356 Tertiò, & difficilius specialiter opponitur in Collegio vulgo Ouetẽsi huius Academiæ expresè ab illustrissimo fundatore cautũ ne admitãtur, nisi clerici saltim prima tõsura initiati, quo

357 casu Collegiũ omnino spirituale esse, cũ totũ ex clericis cõstet, vel nos ipsi sæpissimè profesi sumus, hoc cap. maximè sup. cõcl. 2. quod argumẽtũ tanti ponderis est, vt iure communi attento, quo clericus primæ tonsuræ initiatus foro gaudet, cap. 1. de cleric. coniug. in 6. cap clerici, cap. cum non ab homine, de iudic. plura Garc. de benef. 2. part. cap. 2. à num. 1. omnino con-

358 uincat, nam id certum est, quoties omnes de Collegio, vel æqualis pars, clerici esse debent tali ordine quæ eos à Principe eximat, omnino Collegium merè Ecclesiasticum efficere; monstrosum quippè esset Ecclesiasticorum, & exemptorum Collegiũ, producere corpus vniuersum, quod ex singulis componitur, & id non Ecclesiasticum; & sic alterius naturæ, & substantiæ.

Sed attenta Trident. restrictione adhuc videtur Ouetense

359 Collegium, vt Ecclesiasticum iudicandum idcircò Pontificia authoritate ad reformationem indigere, ob illa verba: *Vel in seminario clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur*, quibus non

360 obstãtibus credo veriùs dici posse attẽta prædicta decis. Cõcil. & iunct. l. 1. & 8. & seq. tit. 4. lib. 1. Recop. sæculare, vt cætera Collegia iudicandum: moueor, quia non sufficit, vt clericus in minoribus foro gaudeat, absolute studio generali addictum esse; sed additur, *De licentia sui prælati, quasi in via ad maiores ordines*: item in d. l. 8. ibi: *Que esto ha de ser con licencia del Prelado, y que verdaderamente estudien, y han de ser personas de calidad, que se entienda que estudian para ser clerigos, y promouidos à mayores ordenes*, & inferius: *Y lo mismo en lo del estudio, que la licencia se dè por escrito, y ante Notario con dia mes, y año, declarando el nombre de quien se dâ, donde es uezino, y el estudio, ò escuela, y la facultad que ha de estudiar, y aun la edad, y calidad de la persona.*

361 Denique tonsuram deferre omnino debent, Gutierr. lib. 1. pract. quæst. 7. Gonçalez ad reg. 8. glos. 5. §. 5. num. 6. Garc. de benef. d. 2. part. cap. 2. num. 4.

His suppositis illud certissimum credo, prædictis Ouetensis

362 Collegij constitutionibus, non id cautum, vt hæc omnia concurre-

currere debeant in admittendis (nam si id caueretur expressè, Ecclesiasticum absque dubio foret, Collegium) nõ igitur hęc ità cauentur, vnde certum est, iuxtà constitutiones eius posse admitti illos qui licet ordines minores habeant, attamèn ut eq; foro gaudent, neque ad iurisdictionalia à sæcularibus distant; quod sufficere dicendum est, vt Collegium sæculare maneat perspicua ratione; nam clerici non tàm faciunt Ecclesiasticum Collegium, quia clerici in minoribus sunt; quàm quia exempti; inde enim prouenit, vt mysticum, siue vniuersum corpus exemptum etiam sit; at sic est, quòd iuxtà prædicta Ouetensis Collegij statuta, Collegium componi potest totum ex meris sæcularibus quòad forum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus; ergo conuincimus attenta Tridentini dispositione Ouetense Collegium mixti fori manere, non secus ac cætera Salmanticensia.

Neque obstabit si dixeris, prædictum Collegium antè multò quàm Concilium Trident. promulgaretur, erectum; prædictaque constitutiones ei appositas à fundatore cuius animum tunc temporis satis apparet fuisse, vt communitatem Ecclesiasticam faceret; nam facilè occurri poterit, si dicatur, id potestate iuris factum, vt Collegium quod ante Concilium fuisse de Ecclesiæ forò certissimum est, hodie sit sæculare; quemadmodum enim clericos ipsos in minoribus, qui ante Concilium foro gaudebant rectè dicemus, post Concilium forum amississe, nisi cætera concurrant; sic etiam Collegium, quod ipsi clerici faciunt Ecclesiasticum ratione exemptionis; priuilegium amittet per necessariam consequentiam; sed quæstionis est, an si hodie ipsi Collegæ casu, vel data opera, clerici essent in minoribus iuxta Concilij decretum, Collegium exemptum dici deberet, & nequaquàm id credo, quia etsi omnes casu præsbyteri essent in eo, vel in cæteris Collegijs, non id attẽderetur, sed quod iuxta fundationis statuta requiritur, vt abundè explicuimus sup. num. 32. & seqq. aliàs status, siue exemptio Collegij ex summe varijs accidentibus penderet, quod inconueniens rectè assecutus est, Lambert. de iur. patr. lib. 1. part. 1. quæst. 1. art. 10. num. 1 e. Minus tamen feliciter ab eo se expedit, non enim percepit sufficienter cautum huic inconuenienti, si maior pars laicorum, vel clericorum inspiciatur, non in actu, sed in potentia, hoc est iuxta fundationis terminos. Vide dicta sup. citat. n. 32.

363

364

365

366

Deniquè mihi opponebat alius, dici posse, beneficia Eccle-
367 siastica esse, præbendas illas Collegij Quetensis, ad quas non nisi clericus admittitur, & cum onere certas horas recitandi: iã supra respondi nullomodo Ecclesiastica beneficia dici posse, & latius fundari potest ex adductis à Garcia d. 2. part. cap. 2. per tot. Azeued. d. l. 1. & 8. tit. 4. lib. 1. Recop. refert innumeros Barbos. in remiss. ad d. cap. 6. sess. 23 de reform. in Trid.

368 Illud ex vltima conclusione supra scripta inferri videtur, quod scilicet si verum est Collegia Salmanticensia mixti fori esse, poterit Episcopus ea visitare, & reformare, iuxta decretũ cap. 8. Sess. 22. de reform. in Trid. quæ illatio in Confratrijs, cæterisquè Collegijs pijs, etiam studiorum, absque dubio procedet, vt aperte Concilium decernit, nisi aliam exẽptionis causam peculiarem habeant, vt magna Collegia Salmanticensia habent. Prima est, quod in Bullis erectionis cauetur, vt Collegia
369 hæc gaudeant omnibus, & singulis priuilegijs indultis libertatibus, iuribus exemptionibus immunitatibus prærogatiuis, & honoribus, quibus gaudent cæteræ omnes Vniuersitates, siue Apostolica, siue Imperiali authoritate suffultæ, & in nostri Conchensis Collegij Bulla, ab Adriano VI. expedita, verba adduntur, quibus Vniuersitatem generalem studiorum fuisse in sua erectione, apparet ibi: *Necnon omnibus, & singulis Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & Scholaribus in dicto Collegio pro tempore commorantibus ibi legendi studendi, & ad quoscunquè gradus, quarumcunquè facultatum in ipso Collegio, per idoneos ab ipso Episcopo Didaco deputandos, promouendi, plenam, liberam, & omnimodam authoritate Apostolica, tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus.* Hę clausulæ faciunt, vt quemadmòdum Vniuersitatem Salmanticensem immediatè Sedi Apostolicæ, & Principi subiectam, probauimus supra hoc cap. num. 198. & 208. & alibi, nec ab Episcopo visitari posse, sic etiam dicamus, Collegia immediatè Pontifici subiecta, nec ab Episcopis visitanda, ex not. ad l. asse toto de hær. inst. l. iustitutio talis, de condit. inst. Dec. cons. 63. & 434. & cons. 11. num. 18. Crauet. cons. 45. num. 4. & cons. 49. num. 8.

370 Secundò, hæc ratio fortius concludit si ponamus Collegia prædicta incorporata (vt aiunt) in Vniuersitate Salmantina, eiusque partes, ac veluti membra esse, vnde quod de toto dici-

mus

mùs fortius idem & de partibus dicendum, l. eum qui ædes cũ similib. de vsucap.

Tertio, quia vsus ipse longissimus, nõ solùm hæc stabiliuit, sed quod amplius est, ipsa Collegia immediatè Regis protectioni subiecit, adeò vt ex ipso Concilij decreto exceptarectè dicamus, notum quippè est quantum Hispanici *Reges* hæc Collegia fauerint, eorum conseruationi intendentes, eorumque lites & negotia expedientes, adeò vt protectionem immediatam non dubitem habere, & meritò, cum maxima fęlicitatis reipub. pars à prædictorum Collegiorum cõseruatione pendeat, si ergo certum est sub immediata Regis protectione Collegia magna existere, sequitur non comprehendi dicto Concilij decreto, vt affatim probauimus, sup. num. 59. ex quibus omnibus manet firmũ quòd etsi Collegia de quibus in vltima conclusione mixti fori sint, tamen magna Salmanticẽsia solos mixti fori iudices ad sui reformationem, & cætera habebunt supremas potestates, Pontificem, scilicèt, & Regem, vide dicta, sup. d. num. 59. 371

Et ex dictis obitèr inferes, à grauaminibus, per *Rectores* Collegiorum de quibus agimus, illatis, appellari non nisi Pontificem, aut *Regem* posse, sicuti plene ostendimos in Academico Rectore, & Scholæ Magistro, § 9. sup. quo loci scripta, hic reponere poteris. 372

Postremo sciendum, in hisce Collegijs, sicut & in Academia nostra, cæterisquè omnibus Vniuersitatibus, quàmtumcumq; profanis, causas quasdam incidere posse; quæ non mixti fori sint, sed priuatiue ad Ecclesiam spectent, ex scilicèt quæ sua natura merè spirituales sunt, quarumquè incapax est sæcularis potestas, hoc statim exemplis illustrabimus, & pluries supra docuimus. 373

His animaduersis, opportunè succedit, in singulis, quæ circa 374
tunferuntur, capitibus ad Collegiorum reformationem pertinentibus, disquirere, vtrùm mixto foro respondeant, an verò eorum aliquod ad solam Ecclesiasticam iurisdictionem pertineat, & pleraquè ex eis indubium est mixti fori existere, videlicèt, vt electio annua Rectoris, & consiliariorum diuersa forma, seu 375
diuerso tempore fiat; præbendarum, siue Collegiatorum noua distributio, intra prouincias, ex quibus fundatores Collegiatos esse voluerunt; vt maior, siue minor numerus Collegarum sit; vt candidati, vulgo, *Opositores à Catredas*, non eligantur, sed

antiquitatis ratione ea res optetur; de his dubium non est, & in
376 nostro Conchensi Collegio, authoritatem senatus in eiusdem generis causis pro lege habemus; nam aduersus patronos qui quinque Collegiatos præsentare intendebant, obtentum est, ne
377 plusquam duos presentarent. Item cum const. 14. 3. tom. caueretur, ne octo annos tempus Collegiatorum egrederetur, non computato eo tempore, quod causa Collegij quis abfuisset; senatus, absentiarum computatione submota, ad nouem indistin-
378 ctè annos tempus Collegiatorum reduxit. Item in visitatione ex senatus Regij commissione facta, cautum est, ne vestuaria dentur, abrogata constitutione fundatoris, quæ ea dari iubebat de biennio in biennium.

379 Tria sunt quæ non modicum difficultatis habent, an merè spiritualem iurisdictionem respiciant, aut saltim in eis de potestate Principis hæsitari potest. Primum inter reformationis capita illud fertur, quòd loca præsbyteralia duobus Capellanis designata, merè sæcularibus præstari possint, ipsique per substitutum Missas celebrare valeant, abrogatis fundatorum constitutionibus, in qua quæstione pro Principe facit, quod prædi-
380 cta loca non sint beneficia Ecclesiastica, vt sup. probauimus ex P. Greg. lib. 15. syntagm. cap. 32. n. 8. Rebuf. & alijs, sed sunt
381 tantum quædã piæ largitiones, quę cum ad mixtum forũ pertineant, poterunt à Principe cõmutari ex infra dicendis. Secundò, quod hæc non tàm commutatio quam interpretatio videtur, siquidèm non ita apertè presbyteri vocantur, (saltim in Conchensi statuto) vt non possit esse locus sententiæ receptissimæ in beneficijs simplicibus, quod scilicet per substitutum deseruiri possint, ex latè traditis ab ordin. in ca. cum omnes de const. Garc. de benef. 7. part. cap. 1. à num. 58. & 85. Azor, 2. part. lib. 3. cap. 8. quæst. 5. Gonçalez, reg. 8. gl. 5. à n. 72.

382 Tertiò, quia hęc interpretatio ferè ab ipsis Collegijs iam pluribus electionibus capellanorum non præsbyterorum factis, inducta est, quæ Collegij electiones, interpretantur capellanias non sacerdotales, ex notanda in hoc Rotæ decis. corã Mantica, quam refert, & sequitur Gonçalez, d. reg. 8. glos. 5. num.
383 85. Quartò, quia si hæc procedunt in beneficio Ecclesiastico, fortiùs procedent in nostris capellanijs, quæ beneficia Ecclesiastica non sunt, vt semel atque iterum probauimus, & addo nunc Gonçalez d. glos. 5. num. 64. & seqq.

Sed

Sed pro contraria ſententia, videlicet Principem hęc præs- 384
byteralia loca alterare non poſſe, magna vrgent. Primò, quod
multò verius eſt, ſacerdotalia omnino eſſe ex voluntate funda-
torum, tùm quia apertè id exprimitur in plerorumque Colle-
giorum fundationibus, quo caſu nequaquàm locum habet ſen-
tentia ſupra poſita, vt ex ipſis authoribus conſtat; tùm etiam,
quia licèt non exprimatur, quod ſacerdotes ſint, concurrunt
alia eiuſdem põderis ſigna, quæ ſine dubio ſacerdotales faciũt
capellanorum præbendas ſiue loca; primũ eſt, quòd reſidere te- 385
nentur, nec abeſſe poſſunt, niſi de licentia *Rectoris*, & Conſi-
liariorum, abſentia autem egredi quadrimeſtre nõ poteſt, aliàs
ipſo iure priuantur Collegio; hæc reſidendi qualitas, pro ſacer
dotij expreſsione eſt, Azeu. conſ. 20. à num. 4. Gracian. d. de-
ciſ. 155. Lara de capell. lib. 2. cap. 7. num. 7. & cap. 8. num. 42.
Garcia d. 7. part. cap. 1. num. 86. in fin. Secundò, quia hiſce ca- 386
pellanis iubetur, vt per ſe ipſos de ornamentis, & iocalibus ca-
pellæ curent, horas cantent, & alijs diuinis interſint, & ob hoc
inmunes ſunt: ab omni officio, & munere Collegij; quæ omnia
ſacerdotium præciſſe iniungunt, Azor, Nauarr. Lara, & alij
relatià Garcia, ſup. num. 89. Tertiò in conſt. 3. 1. tom. noſtri 387
Conchenſis Collegij additur, quod ad hæc loca admittendi:
Afferant ab Epiſcopis ſuis literas dimiſſorias, teſtimonium perhibentes,
quòd non eſt eis impedimentum, quo minus diuina celebrare valeant.
Non potuit apertius exprimere ſacerdotes eſſe debere Capel-
lanos, etiam ante electionem.

Satis capellanias, de quibus agimus præsbyterales eſſe con- 388
ſtat, quo poſito ſequitur, eſto quod non ſint beneficia Eccle-
ſiaſtica, tamen negari non poſſe, quin miniſterium contineant
aut ſeruitium Miſſarum aliorumque ſacrorum, ſolis ſacerdoti-
bus deſignatum; hoc autem ſacerdotibus auferre, & laicis aſsig
nare, nullo modo Princeps poteſt, quia de re merè ſpirituali a-
gitur, ſicuti nec poſſet Miſſarum numerum augere, vel minue-
re, ob augmentum, vel diminutionem fructuum, in caſibus in
quibus Epiſcopo, aut Pontifici id liceret, iuxta cap. 4. Seſſ. 25.
de reform. de quo Salced. ad prax. crim. can. cap. 16. à num. 12.
Lara lib. 1. de anniuerſ. cap. 15. à num. 24. Garc. de benef. 7. p.
cap. 1. à num. 124.

Secundò moueor, quòd ſi Princeps certam eleemoſinam his 389
capellanis promiſsis aſsignatam non poſſet moderare, multò
mi-

minùs poterit in totum auferre, est enim perquàm ridiculum eum qui maioribus prohibitus sit adminores aspirare, verba sunt Vlp.l.7.§.fin.vers.*est enim*,de interd.& rel.at sic est,quod Princeps non potest,quod est minus,hoc est,moderare, aut reformare largitiones sacerdotibus designatas,*ex* recepta sententia,de qua Alter.de censur.tom.1.disp.16.lib.5.cap.6. Reginald.in prax.tom.1.lib.9.cap.23.num.360. Carol.de Graff. de effect.cler.effect.2.num.467.Marta de iurisd.4.part. cal. 54.Diana,1.tom.de inmunit.Eccles.resol.64. ergo non poterit auferre,quod magis est.

390 Tertio,quia erectio capellæ,celebratio Missarum, capellanorum constitutio ad eiusdem capellæ,ministerium,*omnia hæc* certum est,non nisi authoritate Pontificis, aut Ecclesiæ fieri potuisse,diximus sup.num.304.nouell.54.vt in priuatis ædibus sacra misteria non fiant,Concil.Trid. Sess.22. in decreto, de obseruand.& vitand.in celebrat.Missar.cap.ad hæc 4.de relig.dom.Alex.l.1.de relig.Inocent.d.cap.ad hæc, Azor 1.p. lib.10.cap.26.Gutierr.lib.1.canon.cap.30.P.Greg.de repubi.lib.13.cap.4.num.5.Remig.de inmunit.ampliat.2.benè,Festus de ethnicorum sacris:*Quod priuatæ suæ religionis causa,Deo dedicarunt,id Pontifices Romani non existimant sacrum. At si qua priuata sacra suscepta sunt,quæ ex instituto Pontificum stato die, aut certo loco facienda sint,ea sacra appellari,tamquam sacrificium.* ergo si solum Pontificem pertinuit erectio,& capellanorum designatio, ad eundem solum expectabit reuocatio commutatiove, l.3. de re iudic.optime in simili Rebuf.in prax.tit.dispensat. de non residend.num.75.& 76.

391 Quartò,quia quantumuis in dubio essemus, an sacer *dotalia* essent hæc loca,an non,adhuc huius rei declaratio ad Pontificem,non ad Principem expectaret, cum de re merè spirituali agatur,& ea exceptio discutiatur, quæ vera effecta incapacem reddet sæcularem,not.in cap.si clericus laicum,de for.cõpet.vbi Abb.num.9.Felin.num.3.Marta de iurisd.4.part.cal. 145.Denique,quia eius est interpretare cuius est condere,l.ex facto 43.in princ.de vulg.cum simil.si ergo vt nuper scripsimus solus Pontifex potuit condere,ipse solus poterit interpretare.

392 Denique pro hac sententia faciunt,cap.decretum 10.quæst. 1 cap.relatum 21.de iur.patron.cap.nullus 16.quæst.7. Verũ est

est, quod si materia non esset merè spiritualis, in cæteris omnibus quæ mixti fori sunt, poterit Princeps statuta dubia Collegiorum interpretare, sicut & Pontifex, vt ex cap. quanto de censib. Ruin. cons. 38. num. 9. lib. 1. Socin. Iun. cons. 95. num. 62. lib. 2. Roland. cons. 2. num. 171. lib. 1. Burg. de Paz in proæm. leg. Taur. num. 319. resoluit in simili, Castill. lib. 5. capit. 186. num. 6. & num. 10. latissimè in vltimis voluntatibus, ex Sim. de Prætis lib. 1. interp. 1. dub. 3. fol. 13. ex num. 4. 393

Ad oppositæ sententiæ fundamẽta, facilè ex supradictis respondebit quilibet; tantùm addo, illud quod de electionibus factis adduximus, eas scilicèt interpretationem constitutionis induxisse, non procedere, si constet de fundatoris mente, quia tunc non interpretatiua consuetudo, sed derogatiua potius dici poterit, vt in specie asserit, Garc. d 7. part. cap. 1. num. 69. & quæ in hoc articulo resoluimus, nõ solum procedere credimus, quando merè laicis destinanda forent prædicta loca, sed etsi clericis in minoribus, cum eædem prorsus rationes militent. 394

Secundum reformationis caput, circà quod dubium moueri potest de Principis potestate, est, an possit statuere, vt diuites in hisce Collegijs admitti possint, obstat namquè, quod ipsorũ fundatores, ad pauperum sustentationem ea expresse reliquerunt, prohibentes ne qui supra quadraginta ducatorum annua aliamve similẽ summè modicam quantitatem haberet, admitti posset; in summa quæstio est, an Princeps Collegium erectum ad sustentationem pauperum, possit commutare, vt in eo diuites admittantur, maximè intercedentibus iustis causis. Quæstio hæc, etsi innumeras scriptorum paginas, mihique in eis legendis pretiosissimas temporis horas consumpserit, adhùc quidquam in Collegijs, aut Vniuersitatibus pijs scriptum, non reperi. 395

Disputatione igitur omissa, de potestate Principis valdè dubito, imò & de Pontificia, nisi simul concurrant; vnde est, vt mihi persuaserim, vtriusque simul potestatem necessariam esse, ad commutationem de qua quærimus. 396

In hanc sententiam ire me illud primum mouet, quòd ad destructionem, siuè transformationem rei, eadem potestas requiritur, quæ ad creationem, siuè erectionem necessaria fuit, d. l. 3. de re iudicat. l. si puellæ, ff. de sponsal. l. eius est velle, l. nihil tã naturale de reg. iur. cap. omnis, eod. tit. dixi sup. num. 390. at hæc est, 397

est, quod hæc Collegia cum pia sint erigi licitè non potuerunt, nisi vtraque Potestate concurrente, vt probauimus sup. num. 307. non poterunt ergo commutari transformarive, nisi vtraq; etiam potestas concurrat. Quod autem caput hoc reformationis, mutationem, seu alterationem substantialem rei respiciat,
398 patet, quia in eo solo distant à cæteris merè profanis Collegijs, quod in sustentationem pauperum sunt erecta; ob eandem rationem pia Collegia sunt; ob eandem mixti fori; ergo sublata qualitate paupertatis, finis ille præcipuus euertitur, & eius respectu aliàs prorsus Collegia erũt: elegãtissimè hoc probat Mar
399 cellus in l. Seia 6. de aur. & arg. leg. ibi: *Nam qui fieri potest, vt legatum, vel fideicommissum durare existimetur, cum id quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit? nam quodammodo extinctum sit: vt interim omittam, quod etiam dissolutione, ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata,* His adde quæ in huius text. exornationem scripsimus sup. cap. 8. num. 61. & 62.

Secundò, confirmatur hæc sententia, ex alia receptissima, quæ habet, maioratus cæteraque similia, facultate Principis facta, ab eo solo dissolui posse, beneficia verò cæteraque in quibus omnem potestatem Pontifex habet, non nisi ab eo mutari, aut dissolui posse: de Principe Couarr. lib. 3. var. cap. 6. in princip. Molin. lib. 1, cap. 8. à num. 28. & lib. 4. cap. 3. à num. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. Mier. 4. part. quæst. 1. de Pontifice,
400 Couarr. vbi proximè num. 7. vers. *sic Iurisconsultus*. Mart. de iurisd. 4. part. cas. 74. Lara lib. 1. cap. 14. num. 14. de aniuers. dotè Pinel. d. rubr. C. de rescind. 1. part. cap. 2. num. 24.

Ex qua sententia infero, quod si daremus rem, quæ, & Pontificia, & Regia potestate fuisset confecta, non nisi ab vtroquè commutari posset.

401 Tertiò, Principis potestati illud valdè refragatur, quod commutatio, seu dispensatio in pijs causis, ad solum Pontificem spectat, vt ex Clem. quia contingit in princip. vers. *cum enim*, l. si testamentum, C. de testam. cap. nos quidem 3. extrà eod. & aliijs, probant Cardin. d. clem. quia contingit, num. 4. Felin. cap. cum accessissent, num. 17. in fin. & num. 19. de const. Abb. & alij ibidem, Bald. cap. 1. col. fin. de alienat feud. Aufrer. decis. Tholos. 26. Rebuf. in prax. rubr. de breu. Apost. n. 56. Mier. 4. part. quæst. 1. n. 167. & 169. ad fin. & expressius in legato pauperibus relicto, eam tuetur, Pinel. rubr. C. de rescind. 1. p.

cap.

cap. 2. num. 19. Tiraquell. de pia caus. priuil. 135. Mart. d. 4. part. cas. 74. num. 9. & 12. Ricc. collect. decis. 1270. ad fin. Garc. d. 7. part. de benef. cap. 1. num. 109. vbi affert l. 6. tit. 4. libr. 4. fori iuzgo, & in hanc sententiam inclinat, Couarr. d. libr. 3. cap. 6. num. 7. vers. *sic Iuris Consultus*, Lara de anniuers. lib. 1. cap. 14. num. 11. & 18. Et licèt probabilis etiam videatur sen- 402
tentia, quod in prædictis causis pijs, possit Princeps dispensare, commutareque, vt erudite probat Sarmient. lib. 1. select. capit. 8. num. 21. iunct. num. 24. Spino in specul. gloss. rubr. 1. p. num. 24. ex l. legata de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. l. legata 403
de vsufr. leg. hæc sententia procedet cum non solum vtilis, & necessaria causa cõcurrit, sed cum Princeps in alium æquè piũ finem conuertit, vt saltim per æquipollens fundatoris voluntas impleatur, sicut supra adducti aduertunt, cum tamèn in alium finem profanum commutatio fit, quia tunc de damno causæ piæ & consequenter de relicto pro anima defuncti commutãdo in aliam rem profanam tractatur, difficilior multo Principis potestas apparet, vt notauit Mieres d. num. 169. ex Bald. & Crauet. 404

Nec huic sententiæ obstabit, quòd suprà docuimus, istorum Collegiorum causas, mixti fori esse, idcircò in eis præuentioni locum fore, nam id regulariter accipiendum est, & quotiès de reformatione, visitatione, augmentove agitur, re eadem manente, denique in omnibus conseruationem respicientibus; at quando de mutatione destructioneve agitur, secus omninò erit, ex dictis, ex quibus etiam facilè decidere poteris, quis possit Collegia hæc dissoluere transferreve, & quibus ex causis, nam ad translationem mutationem, & destructionem vna eademque 405
inspectio fieri debet ijsdemque iuris rationibus.

Denique si quid in tanta re mei iudicij est, quamtumuis vtraque authoritas concurreret, Pontificia, & Regia, adhùc valdè 406
hæsitarem de pientissimi finis permutatione, nisi præter euidentem maximamque reipubl. vtilitatem, necessaria omnino esset ad prædicta Collegia in pace & iustitia in illaq; veteri rectissima educatione conseruanda. Denique quantum senatus maximus, imò Pontifex causas commutationis perpendere debeat, iam anteà doctissimi viri commendarunt inter quos Couarr. 407
d. lib. 3. cap. 6. num. 7. vers. *vltima ratio*, Molin. lib. 1. cap. 8. numer. 31. & lib. 4. cap. 3. num 1. summè notandi sunt, & videndi, Trident. Sess. 25. de reform. cap. 5. & Sess. 22. cap. 6. Bald. cõs.

82. lib. 1. vbi de Pontifice, ait *non posse auferre, quod præstandum est superioribus, & dare diuitibus*, Crauet. consil. 296 latissimè cum
408 pluribus, Mieres d. 4 part. quæst. 1. lim. 1. per tot. vbi quæ dicantur iustæ causæ Castillo lib. 3. controuers. cap. 28. & lib. 2. cap. 28. & lib. 5. cap. 186. Simon de Prætis lib. 1. interp. 1. dub. 3. solut. 13. & lib. 4. dub. 3. ex num. 18. vsque in fi. dubitat. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 112. & 151. 23. 44. 62. 68. Hinada ad Greg. Lop. l. 2. tit. 1. part. 2. verb. *cambio*. Valençuela, consil. 66. Fachin. lib. 8. controuers. cap. 63. per tot. Monet. de commun. vltim. vol. cap. 6. vsque ad 9. Pinel. cæterique supra adducti, apud quos latè de materia, & quod Legatus de latere nequaquàm has commutationes exequi possit, pro quo
409 Mieres d. 4. part. quæst 1. num. 176. Lara d. lib. 1. cap. 14. numer. 33. Aufrer. d. decis. 26. facit, cap. quod translationem, de offic. legat. Prædicti omnes etiam aduertunt, hæredis siue possessoris consensum requirendum, & causa cognita, audiendi interesse habentes, ex qua obseruatione, illud elici potest, Collegia ipsa ad hanc reformationem consensum accõmodare debere, aut si iniuste recusauerint causa cognita cogi posse.

410 Tertium reformationis caput in quo dubium aliquod oritur, est prohibitio, ne dispensationes vllius constitutionis coram illustriss. Nuntio petantur, nevè petitis vllius Collegarum vti possit; quod sub grauium pœnarum interminatione, iam Regio diplomate cautum est.

411 Sed hic dubium oritur, nam si verum est hæc Collegia mixti fori esse Legatumque de latere vices Pontif. gerere, non male infertur prædictas dispensationes concedere posse, si coram ipso petantur. Nec obstat quod nuper diximus, Legatum commutationes hasce concedendi potestatem non habere, nam duplex est commutationis genus, alia est dispensatio, siue commutatio realis, hoc est, vt in perpetuum constitutio Collegij derogetur mutetur ve, hanc Legatus cõcedere non potest, alia est temporaria (seu quod vocant) pro vna vice, cuius generis dispensationes sunt quæ prædictis Regijs literis prohibentur quasque concedere posse cum consensu Collegij probatur ex not. in d. clem. quia contingit; & vltra supra adductos, Felin. d. cap. cum accessissent, numer. 19. Mart. d. 4. part. cas. 74. numer. 9. Salced. ad pract. crimin. capit. 16. à numer. 12. Garcia de benef. 7. part. cap. 1. à num. 103. & 108. Gambar. de offic. leg.

leg. lib. 9. à num. 222. & 229. Quod si replicetur prædictas dispensationes iniquissimè concedi, grauissimumque detrimentum huiusce communitatibus afferre; tunc obstat, quod si verum est illustrissimum Nuntium eam iurisdictionem, seu potestatē iure habere, licet illa abutatur, non ob id priuari potest à Principe; vnde salua tanti senatus correctione, dicerem, ello quod directè prohiberi non possent prædictæ dispensationes attamē rectissimè posse supremum senatum decernere, ne vlla dispensatio exequatur, nisi prius in ipso senatu producta fuerit, ab eo què an exequi debeat pronuntiatum, an verò à cōcessione persici Regium procuratorem appellari debeat, & interim suspendi, quo facto (ni fallor) pariter dispensationum excessui medetur, idque absque vllo Ecclesiasticæ iurisdictionis præiudicio. 412 413

Obiter illud admonere libet, Principem eiusque supremum senatum, posse prædictas dispensationes pro vna vice (vt aiunt) concedere: imò & in perpetuum, ex iusta & vrgenti causa; vt puta, ob publicam vtilitatem, & Collegiorum incrementum, dummodò non ad merè spiritualia, vel ad finem pium euertendum commutatio tendat. Secundò, noto minorem causam sufficere ad dispensationem pro vna vice, quàm ad commutationem perpetuam. Tertiò, ad hęc omnia consensum Collegij exquirendum, vt suprà scripsi. Quarto, denique, quod licet cōmutationem perpetuam circa finem pium, Principem concedere non posse nuper dixerim, attamèn si non perpetua, sed pro vna vice sit, vt puta, si Optimatis vel Hærois filium, diuitem admittendum duxerit; rectè id poterit; ratio est, quia non ob id finis pius fundatoris subuertitur, cessantque cætera omnia quæ contrarium suadent in perpetua commutatione, quæ omnia ex superiùs adductis facilè deduci, & probari possunt. Hinc est, quòd poterit, vni professioni destinata loca, vulgo, *vocas*, in aliam professionem commutare, etiàm si Theologiæ vel iuri canonico dicata sint; nam quòd dicitur, harum professionum causas ad Pontificem spectare, sic ego accipio, vt ipse quid docendum sit decernat, & disponat, vbi verò, & per quos docendum pariter ad quemcumquè Christianum Principem in suo dominio pertinet, vt probaui, §. 4. sup. à num. 145. 414 415 416 417

Sed & illud non omittendum putaui, ea reformationis Collegiorum capita, de quibus dubium est, an à solo Principe exequi possint, non sic esse ex grauioribus illis, quæ emendationē 418

cupiunt, vt nõ plerçque grauissimæ maneant, quæ à solo Principe reformari, vel cęteris intermissis, queunt, ne dicã, debent; illæ scilicet, quæ ad extirpandas nationum factiones tendunt; Deus Collegium ædificantium turrim, & superborum fastum cõfusione linguarum dissoluit; Princeps hoc vno modo, colligationes Collegiorum, quæ ex vnius nationis factione nascuntur, confusione nationum introducta diuellet. Illa alia fera, quam maiorem partem vocant, si non hoc Palladio vmbone & hasta extingui, nam quis affectuum dominus? hoc saltim freno domari poterit, quod facilius fiet, si vires ipsi maiori parti debilitentur, hoc est, si omnia Collegij munera, quæ ad electionem maioris partis dari solent, vel sorte, vel antiquitate contingant.

419 Dicent aliqui, (vereor ne ouina pelle lupi) sanctissima fundatorum statuta æterna esse debere, non alijs legibus per tot annorum spatia Collegia isthæc moderata; ipsumisquè ad eam magnitudinem creuisse, vt tanti imperij felicitas fermè ipsorũ alumnis debeatur; periculosam nouitatem, & aliquando deteriora parere ijs quibus curandis interponitur. His respondeo;

420 naturaliter omnia sub motu perpetuo constituta per dies singulos variari; vtquè res imperfectæ ad perfectionem tendunt, sic etiam perfectæ, cum non possint mortales in eodem statu consistere, paulàtim à sua perfectione decidunt, & egent emendatione: habent & res omnes, quædam veluti connata, aut imminentia mala, quæ ipsas clàm destituere, & demoliri satagunt, nisi accuratè caueantur; & vt Polybius in epitom. lib. 6. quemadmodum ferro rubigo, ligno vermiculi, ac teredines agnascentes perniciem afferunt; hoc pacto, & reipublicę cuilibet pro natura ipsius quædam adnascitur, & adhæret peculiaris malitia.

421 Hæc leui calamo scripturisse sufficiat, etsi in re tàm seria: tũ quià apud eos iudices pendet, quorum sapientię si forte contigerint hęc nostra, licèt otiosa appareant, at satis sit, si non prolixa: tum etiàm quia D. Garcia Martinez de Porres Collega noster, perpetuæ sexti decretaliũ Cathedræ antecessor, vir nõ nisi illorũ quos ad ornatũ sęculi natos, raros sęcula vident, hãc eandem tractationem suscepit, & omnibus numeris absolutam

422 reddidit. An Collegia studiorum subsidium Ecclesiasticum debeant, & alia circa Rectoris iurisdictionem alibi opportunius scripta reperies.

Exa-

Examinantur quæstiones aliquot, de Pontificia & Regia potestate in studio generali, quarum decisio ex dictis capite proximo eruenda est; præcipuè, an Princeps possit suffragia studentibus auferre in Cathedrarum prouisione; an studium ad subsidium Ecclesiasticum teneatur; de dissolutione, seu translatione Vniuersitatis, & quid iuris tunc de decimis ab Vniuersitate possessis cæterisquè priuilegijs Pontificalibus.

Caput XXII.

PLENE (vt opinamur) superiori capite demonstrauimus, Salmanticensem Academiam cæteraſque similes Principi sæculari subiectas esse, in cuius territorio eriguntur, ad Pontificemque solùm expectare causas clericorum vt singulorum, & Vniuersitatis illas quæ sua natura spirituales fuerint; iuxta hæc asseruimus, iudices studiosorum iurisdictionem Regiam exercere, nisi in prædictis causis, hæc omnia non paucis exemplis explicauimus, quòd si nunc casus omnes exponendi essent, & immensum, & inutile volumen fieret: nec enim possunt omnia sigillatim cõprehẽdi; deinde vix est vt possit causa incidere, quæ non facilimè ex principijs suprà traditis expediri possit, decidique an ad Ecclesiam, an ad Principem expectet, si eius tantum naturam inspiciamus, scilicet an spiritualis, an temporalis sit; nonnullas tamen contingemus, quæ & firmiorem reddent conclusionem, & quæstioni lucem afferent.

Et primò infertur ad Ecclesiasticam potestatem, sine dubio expectare concessionem, & dedicationẽ Capellæ Vniuersitatis, siue ejus translationem extinctionẽ ve, indulgentiarum ipsi

eius

capellę, aũt studentibus concessionem, reuocationem, &c. circa dogmata, & doctrinas Theologicas, quæ vt catholica docere discique debeant, vel vitari; idem & in iuris canonici decretis de quibus ferè omnibus scripsi, cap. præced. §. vlt. num. 304. & à num. 380. & 390. & 417.

3 Secundò infertur, quid dicendum circa suffragia ad Cathedrarum prouisiones studiosis auferenda, cum enim hoc temporali gubernationi Academię conueniat, sine dubio videtur, ex late scriptis cap. præced. à num. 17. ad solum Principem expectare; qui poterit prout sibi visum fuerit ad iustitiæ rectam administrationem, & vniuersalis bonum, Cathedrarum omnium prouisioni nouam formã, nouosquè electores designare; quod sæpè à Principe eiusquè supremo senatu factum vidimus.

4 Huic resolutioni nonnulla refragantur. Primùm quod in Academia nostra, studentibus suffragia concessa fuerunt ad prouisionem Cathedrarum, ex constitutione Mart. V. Pont. quæ est 26. in Salmanticensibus constit. undè non videtur posse per Principem reuocari.

5 Secundum, quòd inter studentes certum est, quam plurimos clericos existere, quorum vnicuique ius suffragandi, ex d. constit. quæsitum, videtur Principem auferre nõ posse, cum in clericos nullam iurisdictionem habeat. Tertium, quòd in Cathe-
6 dris Theologiæ sacræ, & iuri canonico destinatis, clarius videtur prędictam constitutionem Pontificiam derogari non posse, cum professionum istarum causæ ad Pontificem spectare dixerimus.

7 Adhùc verisimè scripsimus, omnino rem hanc ad *Principẽ* sæculare expectare; non obstante Martiniana cõstitutione nam facilè respondeò eam ob id principaliter seruatam, quia Regium consensum, & approbationem meruit, absque quo seruanda non foret, vt resoluit in simili, Zeuallos, *de las fuerças*, 2. part. quæst. 157. à num. 8. & satis probatur ex toto cap. præced. accedente autem consensu Regio, verius *Regia*, quam Pontificia lex appellari potest, vt probaui. cap. præced. num. 158. & 161. vnde sequitur Principem eam reuocare posse ijs casibus in quibus aliam quamlibet legem ab ipso promulgatam reuocare posset.

8 Ad secundum respondetur ex adductis cap. præced. §. 3. per totum, vbi distinximus inter causas clericorum, vt singulorum,

& cau-

& causas professionis, & totius Vniuersitatis rectam gubernationem respicientes, nam licet Princeps non possit in causis singularibus clericorum quid statuere, potest tamen vniuersalẽ legem suæ Academiæ imponere, qua teneatur studiosus Clericus, præmaximè cum hoc casu Princeps de re sua vt sunt Cathredæ disponat, nullũq; ius clericis adimat, & nec ipsis potuit quæri, sicuti nec laicis, & multò minus irreuocabile, quo neque ex causa priuari possent. Denique si videmus Principem, & clericum, & Religiosum posse ex causa Cathredis ipsis priuare, cur non etiam ex causa poterit suffragantes studiosos clericos, qui ipsam Cathredam iniquè prouiderunt, & facultate eligendi abusi sunt, ipsa facultate priuare? hæc omnia latè probat Bonad. lib. 2. cap. 18. num. 181. & 214. & nos d. §. 3. à num. 142. si ergo hæc omnia potest, à fortiori legem generalem condere poterit, saltim ex iusta causa (quæ semper in legibus supponi debet) qua suffragandi ius studentibus adimat. 9

Hinc inferes, statuta Regia authoritate facta in tit. 33. & 34. *de la prouision de las Cathredas*, quibus quàmplurimis casibus studentes suffragio priuantur, clericos ligare, & Scholarũ Magistrum, vel *Rectorem* ad quos causa spectat, posse, etiã semota Apostolica iurisdictione, ex sola Regia quam exercent, prædictas priuationes exequi ex adductis per nos d. §. 3. à n. 125. 10

Ad tertium respondetur facilimè ex d. cap. præced. nu. 417. quòd scilicet Theologiæ articulos definire, & iuris canonici decreta promulgare solius Pontificis est. Potestas vero Cathedras & studia in quibus doceatur erigẽdi, communis erit cuicũque Principi Christiano. Quod si aduersus id quod diximus, scilicet, prædictam constitutionem 26. Martini V. vt Regiam legem iudicandam, adhùc vrgeas, frustrà prædictas constitutiones à Martino V. editas, si inutiles sine Regia aprobatione futuræ forent. Respondebo; quòd licet prædictæ Salmanticenses constitutiones in Bulla Martini insertæ sint, certissimum tamen est, ab ipsis Academiæ Doctoribus cõpositas, ex ijs quas antea Rex Alfonsus X. & alij conscripserant, demptis addictisque quæ necessaria, aut inutiles videbantur. Hasque constitutiones quas sine dubio Principis placitus aprobauerat, idem Princeps simul, & Academiæ Concilium Pontifici produxerunt, non vt omnibus valorem legis præberet, quem antea non habebant; habebant namque plurimæ; sed vt plures ex eis in quibus 11 12 13

bus Pontificia authoritas necessaria erat (vt puta subiectionẽ clericorum vt singulorum, censurarum potestatem, & alia simi lia) approbaret, & vim iuris canonici habere decerneret ; nec cautè actum fuisset, si constitutiones quę confirmatione Apostolica egebant interlegerentur, exque solummodò Pontifici producerentur; cautius enim fuit, omnes cõstitutiones ab vtroque Principe, & Ecclesiastico, & sæculari indistinctè approbari, vt sic de nulla posset dubium esse circa potestatem conditoris, Pontifex autem, vt firmiorem confirmationem expediret eam ad formam literarum Apostolicarum reduxit, hæc præterquàm quòd verisimilia sunt, & ècontra penè incredibile Pontificem notitiam alio modo habere potuisse de rebus minimis vniuersatis quæ in prædictis constitutionibus cauentur, probãtur per Chaconem in allegata histor. Vniuersitatis, & deduci possunt, ex latè adductis per nos, cap. 8. & 21. & ex ipso procem. Martin. V. & const. prolog.

His sic in facto suppositis iam vides, quàm lubrica sit instãtia supra posita, siquidem confirmatio generalis, & exuberans non ideò inutilis erit, quod ad ea quæ ad Principem expectant non esset necessaria; quemadmodùm Principe sæculari vniuersas constitutiones approbante nõ ob id inutilem dicemus approbationem, sed ad suæ potestatis terminos reducendam.

At Rursus obstabit si dixeris prædictam constitutionem respectu clericorum reuocari nõ posse, ob id quod Zeuallos adducit in d. q. 157. p. 2. *de las fuerças*, pro nostra sententia proximè adductus, ait enim, Cõseruatoriam, etsi respectu laicorum non obseruetur, obseruari tamen respectu clericorum: nos etiam diximus sup. num. 166. cap. præcedenti, reuocationem per Principem factam alterius Martinianæ constitutionis, quæ priuilegium fori concedebat familiaribus Scholarium, non procedere in familiaribus clericis, sed species ista hæc longissimè à nostra distant, nam in eis de foro clericorum agitur, in quo mutando priuatiua Pontifici competit potestas, nec Princeps quidquam potest, imò nec sua interest, vt clerici hic, vel illinc conueniantur cum semper à sua iurisdictione omnino exempti sint; in nostro verò themate contrà est, nam de gubernatione merè temporali Academiæ agitur, quæ res absolutè ad Principem spectat, circò legibus generalibus eiusdem studij, etiam clerici studio tenebuntur; hæc autem de qua agimus nil aliud est, quam lex no-

Nova quæ provisioni Cathedrarum novam formam tribuit.

De suffragijs studiosorum hic addenda sunt quæ scripsimus 16
sup. cap. 7. à num. 24. & quòd summè Religionis, & Reipublicæ interfit ea auferri exclamant Navar & alij, quos ibidem adduximus num. 31. idem & nos credimus, & gravissimè, nisi id fiat periclitari educationem studentis iuventutis, & ipsorum conscientias simul & præceptorum, nec minus eorum, quibus suprema tanto malo obviandi medendique potestas incumbit.

Tertiò, principaliter infertur ex dictis in cap. præced. quid 17
statui oporteat in ea quæstione, an studiorum Vniversitates subsidium Ecclesiasticum debeant? De eo subsidio loquimur, quod ad favorem Hispanicorum Regum primitùs fuisse concessum à Paulo III. Pontif. Max. Carolo V. Imperatori Regique nostro pro expugnatione *de Tunez y la Goleta*, testatur author Pontifical. histor. lib. 6. cap. 27. §. 1. Licèt primam cõ 18
cessionem (dubito an verè) tribuat Lara in compendio triũm gratiar. lib. 2. pag. 2. Pio IV. ad Kal. August. anno 1560. illud 19
certum est, extunc vsque ad hæc tempora concessionem per summos Ecclesiæ Præsules prorogatã de quinquennio in quinquennium, nulla enim concessio hoc spatium excessit.

In qua quæstione dubio procul videtur, iuxtà nostram toties repetitam distinctionem, respondendum; quòd si Academia sæcularis sit, quia maior pars laicorum esse potest, prout nostra Salmanticensis, & pleræque omnes, nullatenus ad subsidiũ teneatur: si verò fuerit Ecclesiastica, subsidij onere constringi debet. Ratio perspicua est, quia hoc subsidium à Pontifice impositum fuit solis Ecclesijs, & Ecclesiasticis redditibus, 20
vt ex Bulla constat, quam refert Lara in compendio triũ grat. lib. 2. pag. 3. quæ Bulla iuri communi Pontificio consonat, quo cavetur, ne à laicis simile subsidium exigatur, & ex Bel- 21
lencin. de charit. subsit. quæst. 35. & 37. num. 1. notavit idem Lara vbi proximè: cui addo tex. in cap. conquerente 16. ad fin. de offic. ord. Archid. cap. cavendum 10. quæst. 3. Azor Instit. 2. tom. lib. 9. cap. 14. quæst. 6. Rebuf. tract. de decim. q. 3. num. 4. vers. tertio, Barbos. de potest. Episcop. allegat. 87. num. 40. Si ergo Academiæ studiorum sæculares sunt, sequitur, vt ad exemplum laicorum exemptæ sint ab Ecclesiastico

subsidio: si verò iuxta regulas per nos cap. præcedenti assignatas fuerint Ecclesiasticæ subsidium debebunt, ex notat. à Garcia de benefic. 5. p. cap. 1 num. 613. & ex infrà dicendis:

22 & hæc quidem resolutio in bonis temporalibus vniversitatum absque dubio procedit: sed circa decimas, quas Pontificis largitione Vniversitates studiorum possident, non levis dubitatio consurgit.

Et quidem videtur, principia ipsa quæ supra docuimus,

23 nos cogere vt defendamus prædictas Vniuersitates ex dictis redditibus subsidium non debere, vtpotè merè sæcularibus: nã cap. præcedenti §. 13. à num. 273. affatim probavimus prædictos redditus, etsi suo initio Ecclesiasticos, tamen ob donationem seu annexionem Vniversitati sęculari factam, Ecclesiasticos esse desijsse, induisseque omninò profanam, & sæcularem naturam, non secus ac cæteros decimarum redditus (quas *tertias* vocant) principibus, optimatibus vè, aut alijs quibuslibet laicis donatos: semel enim cõcesso (quod evidens est) Vniversitatem studiorum sęcularem esse, non video cur non concedi debeat in omnibus omninò de his Vniversitatis redditibus idem dici oportere, quod de ijs qui cæteris laicis cõcessi sunt, de quibus indubitata est sententia, quòd inter bona merè profana numerentur, quoties laicis à Pontifice sunt concessi, vt resolvunt omnes congesti dict. num. 273. addimus nunc Gutier. lib. 1. Practic. quæst. 14. num 2. latissimè Castillo de tertijs cap. 11. per tot. & facit cap. vn. §. fin. de iur. patron. in 6. l. licitatio in fin. de publ. & vectig. l. 1. in fin. C. de impon. lucrat. descrip. Zevallos *de las fuerzas*, quæst. 25. num. 21. Præterea pro hac eadem sententia vrget quòd Academia nostra

24 Salmanticensis prædictos redditus possidet, non ex infeudatione ab Ecclesia facta, aut præscriptione, sed ex libera & simplici Pontificum donatione, eadem forma facta, qua Regibus Hispaniæ, quibus quemadmodum prædictam decimarum tertiam concessam scimus ad regni defensionem, infidelium que expugnationem, &

25 in summa ad stipendia armatæ militiæ. Sic etiam Pontifices Academiæ nostrę ad sustentationem literariæ militiæ prædictas tertias donarunt perpetuò & absolutè, pleno, & libero dominio, quod non obscurè conijci potest ex ijs quæ scripta reliquimus cap. præced. dict. §. 13. & ex ipsis

Pon-

Pontificalibus literis, quę in proœm. const. referũtur, & latiùs per Chacon in præd. histor. quarum primas expedivit Clemens V. anno 1312. & in eis concessit Vniuersitati *Vn noue-* 26
no de los diez mos de todo el Obispado, adijciens hęc verba. *Tertiã partem de tertia præditarum decimarum ciuitatis & diœcesis Salmantinæ, in salaria Magistrorum, & Doctorum, quos in Decretis, Decretalibus, Legibus, Medicina, Logicalibus, Grammaticalibus, & Musica, regere, vel docere pro tẽpore in dicta ciuitate contigerit cõvertendam* (*super quo conscientiam tuam oneramus*) (loquitur cum Archiepiscopo Toletano, cui & Concilio Provinciali commissa fuit executio) *hãc authoritate nostra deputes, & assignes*, &c. & in concessione tertiarum *de Almuña, Baños y Peña de Rey*, hęc scribit Chacon, loquens de Benedicto XIII. *Hizo merced a la Vniversidad de los dos novenos de los diezmos de los dichos lugares de Almuña, Baños. y Peña de Rey, y anexolas para siempre jamos con estas palabras*: prosequitur literarum seriem, & inter alia refert hæc Pontificis verba: *Nos igitur volentes eidem Vniversitati de alicuius subventionis auxilio providere gratiam ꝯ facere speciale, duas partes tertiæ partis decimarũ huiusmodi Vniversitati prædicta authoritate Apostolica, & ex certa sciẽtia tenore præsentiũ concedimus donamus, & assignamus, ac thesaurariæ præfati studij in perpetuũ incorporamus, annectimus, & vnimus, ita vt liceat illi per quamcum ꝯ personã dictas duas partes tertiæ partis decimarum locorum huiusmodi levare, percipere & habere.* Deni- 27
que hanc donationem, vt sæcularium bonorum factam, non leve indicium præstat, quòd ante dictam perpetuam Pontificũ concessionem eas Reges ab ipso Pontifice ad tempus donatas possidebant, & Academia ex donatione ab ipsis Regibus, vt diximus cap. 21. à num. 279 & probant Chacon vbi proximè ibi: *Concedioselo esto el año de 1416. que fue vn año despues q̃ se las avia quitado* (*las tercias*) *aviendolas tenido catorce años primero por merced del Rey*. Iuxta quæ accipiendus est Morla in empor. ante tit. de iurisd. num. 137.

Constat ergo has decimas simpliciter, & perpetuò Vni- 28
versitati sæculari donatas, ex quo & illud sequitur posse ipsam Vniversitatem eas vendere, pignorare, permutare, & alijs modis alienare, non solùm fructus ipsos, sed ius, seu proprietatem ea forma, & modo quo ipsa Vniversitas cætera bona tempo-

ralia alienare poterit, & quemadmodum Principes cęteroſq; laicos ſimili titulo poſſidentes poſſe alienare ſcribũt D. Tho. 2.2.quæſt.100.art.4.in 3. & ſolut.ad tertium, Soto de iuſtitia lib. 9. quæſt.7.art. 3.col. penult. verſ. contra, & cum Bald. Ruin. Cuman. & alijs, Garcia de expenſ. cap.6 .num.97.vbi quòd veniunt iudicio fam. erciſcundæ, Gregor. Lopez l. 22. tit. 20.p. 1.verbo *nolos deven*, Gutier.lib. Practic. quæſt. 14. latè Menchaca illuſtr.cap.89.num.2.& 3. Barboſ.l.Titia 35. num.42.ſolut.matr.Laſarte de decim.cap.19.num.32.Azev. l.1.in princip.tit.21.lib.9.recop.Caſtillo de tertijs,cap.11. num.3.vbi refert Gratian.Forenſ. cap.238. à num.22.Paul. Chriſtin.deciſ.235.num.7.& 8. Gutier.de gabel.quæſt.5.nu. 20. Bovad. lib.2.cap.18.num.146. Cabed.deciſ.63.p.2.n.5. Burſat. conſ. 10. num. 14. lib. 1. Zevall. comm. quæſt.897. num.646.& *de las fuerzas*.quæſt.25.num. 21. Suarez de relig. tom. 1.tract.2.lib.1.cap.26.num.7. & alij. Si igitur vt merè temporalia bona alienari poſſunt, non debet ex eis ſubſidium Eccleſiaſticum ſolvi.

89 Tertiò confirmatur: quia ex prædictis decimarum alienationibus per laicos factis gabella ſolvitur Laſarte dict. cap. 19. à num. 28. Gutier.de gabel.quæſt.42. Girond. eod.tract. 7.p.in princip.num. 19.ad finem. Caſtillo de tertijs dict. cap. 16.nu.14. Idcircò & ſtudiorum Vniverſitates ſæculares, niſi ex alio capite fuerint exemptę, eandem gabellam ſolvẽt: ergo non poteſt dici, vt ad ſubſidium etiam teneantur, ne vnam rem duas eaſq; diverſas naturas habere dicamus.

90 Poſtremò, pro hac ſententia, quam mordicùs tenet *Molina* de iuſt. dict. tom. 3. diſp. 663. num. 9. & 10. ipſe doctus vir expendit Pontificem per conceſſionem decimarum laicis factã eam decimarum portionem, quam conceſſit, ab Eccleſiæ, & Sacerdotum patrimonio præciſiſſe, abalienaſſe q́ue, & in ſæcularia bona tranſtuliſſe: adeò vt ſint bona omninò exempta à iuriſdictione Summorum Pontificum, cœperint q́ue pertinere ad ſæculare commerciũ, poſſint q́ue diſtrahi abſque recurſu ad Pontificem, maximè cùm multò ante ſubſidij impoſitionem conceſſæ fuerint laicis, & ita à Pontifice exemptæ in tantùm, vt quantumcunque Pontifex ipſe vellet, non poſſet ſubſidium illa imponere: quibus perſuaſus reſolvit, minus æquè ſubſidiũ

hoc

hoc à laicis exigi, maximè ijs qui à Regibus causam habẽr, cũ ipse Rex exemptus sit, essq́ue id corrigendum, subscribit Castillo de tertijs dict. cap. 16. num. 14. quo loci Lasarte, & Icã. Garcia ab ipso pro eadem sententia adducuntur, qui tamen apertè contrariam sententiam tuentur, vt legenti cuique patebit.

Nos quoque prædictis minimè refragantibus verius autu- 31
mamus subsidium ex prædictis decimis solvendum: quam sententiam strenuè defendit Lasarte dict. cap. 19. num. 34. quem sequuntur Garcia de expens. dict. cap. 9. num. 97. Barbos. dict. l. Titia 35. num. 42. vers. *quare autem*, solut. matr. Azeved. d. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. num. 44. Denique vsu & praxi incum- 32
cta inter obtinuit, vt concessiones Pontificiæ subsidij Ecclesiastici ad laicorum tertias porrigantur; & Lara in dict. compendio *de las tres gracias*, lib. 2. fol. 31. refert concordiam inter Ecclesiam Aragoniæ, & Principem factam, qua statuitur, *Que las personas Ecleſiasticas, ò Seglares, Colegios, ò Vniversidades que tẽgan diezmos, y otras rentas Ecleſiasticas, sean compelidos por censuras, y otros remedios de justicia à pagar el subsidio, &c.* & rursus pag. 12. *En la concordia de Castilla, y Leon, se ordena q̃ se guarde en* 33
la cobrança la forma que en los quinquenios passados, sin perjuizio del derecho de las partes en el pleito que està pendiente en el Consejo de Cruzada, sobre el subsidio de las tercias que su Magestad tiene vendidas. Eandem praxim apud Gallos innuit additio Decij cons. 156. lit. D. & Academiam nostram hoc subsidium pendere constat ex tit. 50. §. 30. in statut. ibi: *Que el subsidio se pague como hasta aqui del cumulo comun.*

Huius sententiæ vnicum, idóque solidissimum fundamen- 34
tum pendet ex illa receptissima distinctione, inter ius decimarum, quod Ecclesia habet, & id quod ad laicos trãsferri solet. Ius namque percipiendi decimas, quod penes Ecclesiam existit, & ob spiritualium administrationem competit, adeó spirituale est, vt non nisi Ecclesiasticis debeatur, penesque eos sit, & eorum nomine Ecclesiæ competat, vt doctè advertunt D. Thom. Caietan. Soto, & alij statim enumerandi: tardem huius iuris omninò incapaces esse laicos, nec posse in eos per Pontificem transferri, innumeri Conciliorum Pontificumque loci 35
exprimunt, cap. causam de præscription. cap. decimas 16. q. 7.

cap. fin. de rer. permutat. cap. 2. de iudic. cap. quamvis. cap. ad hæc de decimis, signanter. Alfons. l. 22. tit. 20. p. 1. vbi Gregor.

36 Ius verò quod laicis conceditur, est facultas percipiendi illas ipsas decimas Ecclesiæ & Ecclesiasticis debitas, huius iuris capaces sunt laici, quo mediante plenum dominium, & perpetuũ consequi possunt, manẽte tamen semper iure illo spirituali penes Ecclesiam ex natura rei, & absque vlla reservatione: nam licet D. Thom. scripserit *reseruato iure spirituali*, hoc tamen sen

37 su accipi debet. Quam rem ego exemplo venditæ hæreditatis restituę explico, nomen etenim & ius hęredis, nunquam transit in emptorem, aut fideicommissarium, transeunt tamen iura vtilia, & dominium rerum, manente semper iure illo hęredis penes hęredem, §. restituta inst. de fideicommiss. her. l. pen. in fin. C. eod. l. si quasi 16. de hęr. vel act. vend. l. emptor 5. C. eod. Et hoc exemplum accõmodatius est forsitan quàm quod ex l. si vsusfructus 66. de iure dot. l. vsufructu 57. solut. matrimon. adducit Barbos. dict. 1. Titia num. 46.

38 Hanc ergò iuris decimandi bifariam discretionem amplectuntur D. Thom. 2. 2. quęst. 87. art. 3. & quæst. 100. art. 4. Soto de iustitia & iure, lib. 9. quæst. 4. art. 3. & quæst. 7. art. 1. ad fin. & pro ea plures colligunt Barbos. dict. num. 46. & 41. & 43. Covar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 5. Azeved. d. l. 1. num. 10. tit. 21. lib. 9. Recopilat. Balboa cap. causam, de præscript. 2 num. 5. Castillo de tertijs cap. 10. num. 6. & per tot. Azor to. 1. inst. lib. 7. cap. 36. num. 11. cæteri que relati sup. num. 28. &

39 num. 31. Constat iam quantumcumque in laicos decimarum percipiendarum ius transeat, adhuc ius spirituale penes Ecclesiam eiusque caput manere, nec sine effectu: nam inter alios is est, vt Pontifex decimas, & redditus primordio & origine et 2 post cõcessionem laicis factam, directè, vt ita dicam, Ecclesiasticos, & Ecclesię debitos, subsidij tributo reali possit afficere, vt cum eo onere ad laicas personas transeant iuxta not. in l. neque stipendium 13. de impens. in res dotal. l. rescripto 6. §. fin. de muner. & honor. ex quibus manet, Academias studiorũ quantumvis sæculares, ad hoc subsidium iure cogi sicut & cæteros laicos.

40 Nec tunc obstabunt contrariæ opinionis fundamenta: nam principium illud, quòd ius spirituale penes Ecclesiam perpetuò ma-

manet, facilem ferè omnium ſolutionem offert. Si ergò ius decimarum conſideres per laicos poſſeſſum, hoc omninò ſæculare eſt, alienariq́ue, & vendi poteſt, & ex venditione gabella debetur, & quoad hæc omnia à iurisdictione Pontificis exemptum eſt, & hoc reſpectu procedunt plera q́ue, quæ pater Molina congerit pro ſua ſententia dict. diſp. 663. num. 10. Si verò ius ſpirituale conſideres, cùm id penès Eccleſiam maneat, eius reſpectu hoc, & nonnulla alia poteſt Pontifex quæ ſtatim explicabimus.

Sed adhuc obſtare videtur quod idem Molina expendit, 41
nempè conceſsionem decimarum laicis factam, antiquiorem eſſe ſubſidij impoſitione, idcircò decimas ipſas iam antea temporales factas, & liberas ab omni tributo donatas, non poſſe onerari per Pontificem. Addo perfectam donationem conditionem poſtea non capere, l. perfecta donatio 4. C. de donat. quę ſub mod. Expendi etiam poſſunt exempla ſupra adducta de hęreditate vẽdita, vel reſtituta, aut vſuſtructus ceſsione, in quibus ſi hæres poſt venditam, reſtitutamvè hæreditatem, aut is qui vſumfructum ceſsit, agant, exceptione repelluntur, l. 1. §. quamquàm ad Trebel. dict. l. 1. & per tot. de hęred. vel act. vend. Ergò ſimiliter dicemus, quamvis ius ſpirituale manſerit in Eccleſia, tamen poſt donasionem decimarum factam non poſſe onerari.

Reſponderi tamen poteſt, hæc fundamenta id evincere, vt 42
regulariter, & ſine cauſa non poſsit Pontifex conceſsionem perfectam, onere modovè afficere, procedit itidem, & quoad temporalia, vt diximus, quodetiam latè comprobari poteſt ex illa ſententia quæ habet, Principes non poſſe donationem, ſeu privilegium gratioſum ſine cauſa revocare, de qua ſcribentes ſtatim adducemoi: ſi tamen vel ex natura ipſa donationis ex 43
cauſa iuſta ſupervenienti moderetur conceſsio, graveturvè, his caſibus omnia in oppoſitum allata ceſſant, ij q́ue non obſtantibus poterit Pontifex conceſsioni perfectæ modum, gravamenvè adijcere. Hinc eſt, quòd mediante illo iure ſpirituali decimarum in Eccleſia manente (ad quod non advertit pater 44
Molina) poſsit Pontifex quoties neceſsitas Eccleſiarum exigerit, prædictas decimarum donationes delibare, imò & revocare, & Eccleſijs reddere: eleganter D. Thom. d. 2. 2. q. aſt.

87.

87.art.3.Soto & cæteri supra num. 28.31. & 37. adducti, & eit text.in cap.sugestum 9.de decim.notanda l.5. tit.20.p.1,
45 dectè Gregor.l.25.eod.tit.verbo.*tomen dicæmo*,vbi plures refert,in quibus poterit Pontifex concessionem perfectam mitiuere & revocare. Hinc denique fit, quòd cùm subsidium Ecclesiasticum ad defensionem Fidei,& ipsarum Ecclesiarum,totiusque Religionis conservationem fuerit concessum,rectè potuerit summus Ecclesiæ Antistes illius iuris spiritualis virtute prædictis studiorum sæcularium,cæterorumque laicorum deci
46 mas tributi onere afficere:quod non solùm credo verum,quoties ad Regum favorem fuerit concessum subsidium, quo casu Regis ipsius consensus indubiam quæstionem facit, sed etiam si ipse Pontifex ex iisdem causis ærario suo subsidium applicaret,quod posse Pontificem probat ex multis Barbos. de potest. Episcop.alleg.87.nu. 22. Azor suprà. Denique in omnibus prædictis casibus ad subsidium teneri etiam eos,qui à Regibus causam habent comprehendique procul dubio censeo.
47 Regia tantùm dignitate semper excepta,ob dignitatis eminẽtiam,cap.vlt.in princ.vers.*ne aliquis*, de offic.deleg.in 6 Covar pract.cap.36.num.2.Cened.ad Decret.collectan.79.n.2.
48 Barbosa de potest.Episcop.allegat.75. num. 19. Et præterea in subsidio de quo agimus,alia ratione, quia scilicet ipsi Regi applicatur,qui sibi ipse debere non potest: cùm tamen decimæ à Principe in alium transierunt,statim supradictæ rationes cessare cœperunt,l.licitatio in fin.de public.& vectigal.l.1.in fin. C.de impon.lucr.descript.l.Paulus,aliàs,per procuratorem, de adquir.hæredit.

49 Præterea ad dict.l.perfecta donatio,licet resp.posset,non procedere in Principe,qui ad libitum revocat donationes gratuitò factas:tamen quia hanc sententiam,nec verã,nec Principum maiestate dignam credo,respondeo,illud omnibus constare, Principem ex causa iusta posse revocare donationes, & privilegia gratuita,sive subditis,sive non subditis facta, & sic restringendam,dict.l.perfecta donatio,ex l.qui fundos, C.de
50 omn.agr.defer.lib.11.Molin.de primog.lib.4.cap.3.num.16. Burg.de Paz cons.25.num.59.Mieres 1.p.quæst.26. a nu.8. Sylva resp.resp.8.lib.1.Peregr.de iur.fisci,lib.1.tit.3.à num. 50. & in Pontifice sunt, cap. Ecclesiasticis 25.quæst. 1. cap.

con-

cõqueſtus 9. quæſt. 3. cap. nunc verò 3. quæſt. 3. profusè, vt 51
ſolet Caſtillo de tertijs cap. 18. à num. 140. & per tot. cæteri-
que adducti ſuprà cap. 21. num. 271. Illud in Academia noſtra 52
ſpecialiter cauſũ noto, quòd iudices delegati ad hoc ſubſidiũ
exigendum non poſſunt generaliter redditus Vniuerſitatis ſe-
queſtrare, ſed tantùm executionis decretum aduerſus œco-
nomum expedire pro debita ſubſidij quantitate, ad quod habet
Academia noſtra *Preuiſion del Conſejo de Cruzada*, in ſtat. folio
402. addo id iuri conforme eſſe, idcirco in cæteris ſtudiorum
Vniuerſitatibus ſeruandum, ſicut etiã id, quòd ſcilicet non poſ- 53
ſint præfati iudices à cenſuris executionem incipere. Trident.
ſeſſion. 25. cap. 3. de reformat. Bouad. lib. 2. c. 17. n. 169.

His ita poſitis ſubinferuntur plura, eaque ad praxim vtilia. 54
Et primò quid dicendum in beneficijs illis Galleciæ, de quibus
ſcribit Garcia de expenſis cap. 9. num. 97. adeò ſæcularia eſſe,
vt nunquam ſubſidium penderint: quod ſi de conſuetudine, aut
ſpeciali exemptione accipias, benè eſt, ſin minus, notandus ve-
nit hic Author, qui in cæteris decimis laicorum ſubſidij ius cum
Lalarte profeſſus (ratione quidem, cùm ius ſpirituale in Eccle-
ſia manens id æquè in omnibus ſuadeat, quod ius ipſe Author
profitetur num. 91.) hæc beneficia poſtea excipit; aut certè ac-
cipiendum credo de ſubſidio charitatiuo, quod ab Epiſcopis,
alijſve inferioribus à Papa imponi ſolet, de quo num. 98. aper-
tè loquitur, & in eo veriſimè ſcribit, laicos immunes eſſe, cui 55
addo Azor Inſt. tom. 2. lib. 9. cap. 14. quæſt. 6. ſicut Academia
noſtra & ſimiles immunes erunt ob eandem rationẽ: imò etiam
ſi Vniuerſitas ſtudiorum Eccleſioſtica eſſet, ſi tamen exempta
foret ab Epiſcopi viſitatione, ſubſidium ab eo imponi non poſ- 56
ſet, ex latè congeſtis à Barboſa de poteſt. Epiſcop. allegat. 87.
num. 45. Boer. deciſ. 135. numer. 4. Azor d. quæſt. 6. quod limi- 57
tarem, niſi Vniverſitas, alterve laicus tertias poſſideret, vt in-
feudatas à Prælato, ſeu Epiſcopo ante Concilium Lateran. quo
caſu Epiſcopus, vt feudi dominus, hoc ſubſidium in feudo tan-
tùm imponere poſſet: idem & in emphyteuſi aſſerendum eſt, ex 58
traditis à Barboſa in dict. l. 35. num. 44. ſolut. matrim. Seſſe
deciſ. 162. num. 21. & 22. Gratian. cap. 238. ex num. 60. Caſ-
tillo de tertijs cap. 11. ex num. 4. & in ſpecie, quòd quartã par-
tem reditus infeudari, aut officij gratuiti ſoluere teneantur, 59
Aſſict. deciſ. 136. Riccius collect. 52. Barboſa de poteſt. Epiſ-

60 cop. alleg. 87. num. 42. Cætera de charitativo subsidio in Episcopis, alijsque prælatis invenies in c. conquerente 16. de offic. ordin. vers. *tu autem*, cap. cùm Apostolus 6. §. prohibemus, de censibus, cap. quia cognovimus 10. quæst. 3. cap. Romana, in fin. de censibus lib. 6. & vltra ordin. ibi, integros ediderunt tractatus Bartholom. de Bellencin. & Remig. de Gonij, Boer. dec. 133. cum sequent. Azor Instit. mor. tom. 2. lib. 9. cap. 14. Decius consil. 156. Gigas de pension. quæst. 38. Lasarte & Garcia vbi suprà, Nauar. & alij, quos refert Barbos. de potest. Episcop. alleg. 87. per tot.

61 Subinfertur secundò ex eo quòd decimæ Vniversitatis sint seculares, quòd in casibus, in quibus Vniversitas non potest, absque Regio, aut saltim iudiciali decreto, & cum causæ cognitione alienare, quos facilè disces ex not. ad l. ambitiosa, de decret. ab ordin. fac. l. Imperatores, de pac. l. si quis, C. de prædijs Decur. lib. 10. l. 11. tit. 7. lib. 7. Recop. vbi Azeved. idē in Cur. Pis. lib. 2. cap. 20. & 24. Bovad. lib. 3. cap. 8. à n. 80. (Collegia enim, & Vniversitates seculares ad instar Reipub. iudicari de-
62 bent in hoc, vt eleganter scribit Consultus in l. 1. §. quibus, quod cuiusque vniv. vbi notatur (qui ferè in summa erunt, si alienatio fieri intendatur præter casus in statutis permissos, *como dar partidos, o tomar censos*, his inquam casibus ad alienationem deci-
63 marum non Pontificia, sed Regia licentia petenda erit, sicut in bonis cæteris temporalibus Academię; quæ sententia optimè adstruitur ex traditis sup. c. 21. Denique hinc iusta fiunt nostræ Academiæ statuta tit. 9. §. 34. & seqq. & tit. 32. §. 25. quibus cavetur, ne prędictæ alienationes fiant nisi ex Regio decreto.

64 Quod limitarem, vt procederet quoties alienatio sustentationem & conseruationem Vniversitatis respiceret, & in summa quoties non ad alium finem alienationes fierent diversum ab eo, ad quem summus Pontifex hos redditus concessit, causam scilicet studiorum. Si verò ad alium, tunc Pontificis autho-
65 ritate opus esse non dubito quoad prędictas tertias, quippe cū donatio sub eo modo facta fuerit, nec possit aliter invito donāte expendi, aliàs posset Pontifex donationem revocare, arg. l. 1. & per tot. C. de donat. quę sub mod. & in specie Greg. Lopez d. l. 23. verbo *tomen*, tit. 20. p. 1. Ex quibus deduces, quid responderi oportet, si quęratur, an Academia ex his decimarum bonis (nam de temporalibus non est dubium) possit sine Pon-

tifi-

tificis permissu donatiuum Principi offerre, aut præsidiorum 66
dorationes. Credo etenim si magni momenti quantitas foret, non posse recto iure, aut tuta conscientia promitti, exigivè, ob proximè dicta: si tamen mediocrem quantitatem continear, ita vt adhuc congruè studium conservari possit, non inficior Pontificis authoritatem abūdare, sæcularia enim bona sunt, & sicuti gabellæ subiecta, sic cæteris Principis tributis, quæ ipse imposuerit. Denique hęc omnia consequenter (ni fallor) ex suprà dictis scribimus.

Tertiò ex hac temporalitate decimarum subinfertur, nequa- 67
quam argui posse, vt ex earum annexione seu concessione Vniversitati facta, Ecclesiastica præsumatur, cùm potiùs vt corpori merè laico facta sit, quod apertius est, quàm vt hanc animaduersionem mereatur, sed quia à quibusdam audivi hūc de annexione scrupulum obijci, ideò hic eū profligo, addēs hæc vera esse, etiamsi beneficia Ecclesiastica concessa forent: nam ea à merè 68
laicis possideri modo quo tertias posse, testis est cum alijs Garcia de expens. dicto cap. 9. num. 96. & sequentib. nec hoc casu derogatio aliqua iuris canonici, seu specialis alia clausula necessaria est, cùm non ius spirituale transferatur, sed temporale tantùm, quod abundè explicant suprà relati, & nos diximus.

Quartò subinfertur, quid de prædictis tertijs dicendum sit, 69
si non possideantur ex Pontificia donatione, aut saltim de ea nō constet, sed ex infeudatione, aut præscriptione. Et quidē de infeudatione per Episcopum, aliumve prælatum, excepto Pontifice, iam diximus suprà num. 51. posse ipsum, qui feudum concessit, subsidium postulare, nūc addimus fortiùs idem procedere, si per Pontificem summum feudum fuerit concessum, quòd scilicet per ipsum vtpote feudi dominum subsidium imponi po- 70
terit, non tamen per Episcopum, & quia non feudi dominus, & quia inferior Papa, qui dominus est: è contra tamen in feudo ab Episcopo concesso, Papa vt supremus Princeps subsidium imponere poterit. Denique hæc inter decimas infeudatas, & dona 71
tas maxima differentia est, quòd in simplici donatione trāsit ius illud temporale & perpetuum, quod diximus superiùs, ratione cuius decimæ sæcularia bona fiunt: in feudo verò minimè; remanet enim semper ius omne spirituale, & tantùm vtile quoddam dominium in feudatarium transfertur, & vt plurimum inalienabile, & hoc quantumvis laicis feudum fuerit cōcessum, siue em-

72 phyteusis (nam hæc duo in hoc tractatu paria sunt) ex quibus facilè depromitur omne quod in laico decimas in feudũ possidente de iure respondendũ esset, idem & in studiorum Vniuersitate, aut in qualibet alia sæculari dicendum, & in Vniuersitate Ecclesiastica idẽ quod in clerico: qua regula constituta, facilè probabis supra dicta à num. 60. & alia quàmplura ex ijs, quæ lõga manu scripserunt Borbos. in l. Titia 35. n. 42. vers. *Primum*, & num. 44. & sequent. vbi signanter cum Felino notat, infeuda-
73 tionis instrumentum, conditiones, & naturam inspiciendã quoad alienationem, de quo etiam benè Azebedo dict. l. 1. num. 4. tit. 21. lib. 9. Recop. Sesse decis. 162. à num. 21. Gratian. c. 128. n. 60. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 5. Moneta de decim. cap. 5. q. 3. decis. 3. Valentiæ, n. 6. Gutierr. pract. lib. 1. quæst. 15. Menoch. lib. 6. præsum. 86. Azor dict. 1. p. lib. 7. c. 36. quæst. 12. Suar. de legib. tom. 1. tract. de decimis lib. 1. cap. 26. num. 2. & 3. Barbosa cum pluribus in Collect. ad Decret. cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat. Rebuf. de decim. q. 13, n. 74. & 80. Castillo de tertijs c. 11. num. 4. Azeved. dict. l. 1. tit. 21. lib. 9. Recop. n. 7. Bovad. lib. 2. cap. 18. n. 148. Borell. de Reg. Cathol. præst. cap. 59. cæterique sup. n. 28. 31. & 37. adducti.

74 Obiter tamen nonnulla, quæ per tot literatos viros, vel non omninò percepta, vel omissa adinveni, indicare volui. Et primò quidem ferè omnibus placuit Lateranensi Cõcilio prohibitum fuisse, ne decimæ ab Episcopo, cæterisvè prælatis in feudũ concedi possent laicis, addunt alij etiam hoc prohibitum ab Vrbano II. in capit. decimas 39. 16. quæst. 7. Ego vtrumque falsum existimo, nam in dict. cap. decimas alia prorsus res decernitur,
75 ne scilicet Monachi à laicis decimas, vel Ecclesias suscipiãt sine Episcopi consensu; quid autem hoc obstat Episcopo, ne ob iustã causam decimas infeudare possit laicis, aut laicis ne possint eas possidere? Iura verò, quæ allegantur pro Concil. Lateran. eundem defectum patiuntur, nam in cap. cùm & plantare, 3. de privileg. in princ. vers. *Ecclesias igitur*, id solùm prohibetur, quod iam in dict. cap. decimas, prohibitum erat, nẽpe ne religiosi decimas Ecclesiarum de manu laicorum reciperent sine Episcopi consensu, hoc tamen addito, quòd Vrbanus dict. cap. decimas,
76 solùm futuris negotijs legem dedit, vt ex verbis constat, & ex l. leges 7. C. de legibus; at Alexãd. III. in Lateran. Concil. cuius canon. 9. est dict. cap. cùm & plantare, non solùm prohibuit in futu-

futurum, ſed addidit vt religioſi dimitterent quaſcumque decimas à laicis accepiſſent *moderno tempore*; ſic enim legendum eſt, 77
non aliquo tempore, vt in vulgatis, vt conſtat ex Ant. Auguſt. collection. 2. lib. 5. tit. 28. cap. 3. & ex Actis Cõcil. Lateranen. quæ verba non temerè accipi poſſent de tempore poſt prohibitionem Vrbani II. in dict. cap. decimas, quod ad 80. annos plus minusvè ſubit, nam Vrban. II. anno 1088. electus 12. annos cathedram tenuit, Alexand. III. Lateran. Synod. ad annos 1178. congregavit. Ergo Lateran. Concilium id Vrbani prohibitioni addidiſſe arbitror, vt prohibitionẽ Vrbani confirmaret, & geſta poſt ipſam Vrbani prohibitionem reſcinderet. Poſtmodum Alexand. IV. in cap. 2. §. ſanè, de decimis in 6. hanc eandẽ pro- 78
hibitionem extẽdit hoc modo. Laici vt prohibitioni prædictæ fraudẽ facerẽt, infeudationes decimarũ ſimulabant, quaſi ſibi factas ab ipſis religioſis, quibus donare intẽdebãt, vt ſic poſteà extinctũ feudũ religioni quereretur, vel vt ipſi laici poſsẽt in religioſos decimas transferre, vt in propriam Eccleſiam abſque Epiſcopi conſenſu iuxta cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. has ſimulatas infeudationes Alexãd. IV. reſciudit in dict. §. ſanè, & limitat in verſ. *illas*, niſi talis *infeudatio fuerit* ante Cõcil. Lateran. facta, id eſt, laicis ab ipſis religioſis, nam tunc non præſumitur in fraudem prohibitionis facta, quo tẽpore nec prohibitio erat, quæ fraudaretur. Sic noviſsimè intelligo d. §. ſanè, ne aliàs dicamur, Alexãd. IV. cũ communi ſen- 79
ſiſſe Cõcil. Lateran. prohibuiſſe, ne decimas laici poſsidere poſſent in feudum, de quo nec vllum verbum *in tota Synodo*, nec in iuribus adductis. Id etiam noto, verba illa Alex. IV. *Ante Concil. Lateran.* accipienda, id eſt, ante Concil. Lateran. prohibitionem, quæ cũ præteritum tempus comprehendat vſque ad Vrban. II. vt diximus, infertur idem ijs verbis comprehendi, ac ſi diciſſet ante Vrbani II. prohibitionem.

Poſtremò Lateranenſe Concilium, hanc quam dicimus, non 80
quam vulgus credidit, prohibitionem ſtatuiſſe, apertè oſtendit text. in dicto cap. cùm Apoſtolica, ad fin. verſ. *Nam & in Lateran. Concil.* quæ verba ad hoc Concilium, de quo agimus, referenda, omnes ſuprà relati iuſtè ſentiunt.

Secundò obſervo, quòd licèt in Lateran. Concilio prædicta 81
prohibitio non fuerit conſtituta, tamẽ eam primùm vndè Alexãd. III. decreviſſe probat text. in cap. quamvis, de decimis, quẽ

non esse ex actis Synodi ex ipsius serie constat, item ex eō quòd idem caput refertur inter varias Decretales epistolas Alexād. III. congestas post Concil. Lateran. p. 26. c. 8. Quo verò tem-
82 pore idem decretum conditum fuerit, in obscuro est: illud tamē ex dictis adversus communē sentētiā in praxi deducitur, quòd laicus, qui titulum infeudationis legitimum exhibere velit, aut eum cū præscriptione allegare probareve, non ante Cōcil. Lateranen. sed ante Alexand. III. prohibitionem probare debeat, cuius decreti dies cùm liquere non possit, tutius erit ante Alex. Pontificatum titulum allegare, probarevè: aliàs contra eū respōdendum esset, quamvis possideat, cùm suæ possessioni ius reat sistat cap. 1. de præscript. in 6. notant omnes suprà adducti, & Azeved. uum. 11. & sequentib. dict. l. 1. tit. 21. lib. 9. Castillo de tertijs cap. 3. per tot. maximè n. 5. cum Felin. in cap. licèt Heli, num. 12. de simon. & alijs.

83 Hæc omnia intelligenda sunt de infeudationibus ab Episcopis, cæterisque præter Papam factis; nam si à Papa infeudatio allegetur, vel exhibeatur, hìc nulla vnquā obstabit prohibitio, quæ de inferioribus locuta est. Ita scitè Azeved. vbi prox. num. 6. & sequentibus, & num. 32.

84 Vnde notandus est magnus Camilli Borreli lapsus vnus & alter, cap. 59. num. 18. & 19. de Reg. præst. quo loci non veritus est affimare, prohibitionem Concil. Lateran. etiam Pontificē comprehendisse, idcircò vel requiri titulū Pontificium probare cōcessum ante Concilium Lateranen. vel expressam ipsius Cōcilij derogationem: quod quàm ineptum sit, nemo non videt! & licèt hunc errorem impugnaverit Marta de iurisd. 2. par. c. 4. n. 61. tamen impertinenti ratione: nam ait Pontificem esse supra Concilium, supponens quòd Concilium de Pontificibus loquutum fuit, Papa autem possit contra Concil. statuere, non enim ea ratione hîc opus, cùm prohibitio, vt probavimus, de inferioribus tantùm prælatis loquuta sit.

85 Secundus Borreli lapsus est, dum num. 3. Regibus factas donationes, iniustas seu nullas esse, timens nisi eas ante Cōcil. Lateran. concessas adfingeret, scribit multò ante Later. Conc. ter-
86 tias Hispaniæ Regibus donatas, quod primò necessariū nō est, cùm, vt diximus, nulla in Pontifice extet prohibitio.

Secūdò nec verum, saltem in Castellæ Regnis, in quibus certissimū est, concessionem perpetuam multum post Concil. Late-

ra-

farẽse factam Ioanni II. Hispaniæ Regi, vt ex eius historia constat cap. 13. anno 421. fateor, multis retrò annis concessiones decimarum Regibus factas, sed nullo modo nos eximere à prohibitione possent, tũ, quia nulla (quod legerim) ante Cõcil. Lateran. Alexand. ve prohibitionem facta, tum etiã, quia temporales, & ad modicum tempus fiebant: nã prima fuit facta Alfonso X. Sapiẽti ad ann. 1275. Mariana lib. 23. histor. cap. fin. in fin. qui ait: *Se arbitrari concessionem factam nõ perpetuo, sed annorum definito numero, etsi ipse Rex & successores hinc occasione nata etiã post tempus decimas perceperint*, & sic accipio quod scribitur in Chron. Ferdin. IV. c. 4. & 15. scilicet Bonifaciũ VIII. cõcessisse inter alia Mariæ Reg. ipsius Ferdinandi IV. matri, *Que las tercias de las Iglesias, q̃ tomara el Rey don Alfonso, y el Rey Dõ Sancho, y el Rey Don Fernãdo, se las quitava* (hoc est dimittebat) *y que el hazia gracia dello, y se las dava por tres años de alli adelãte*: & in histor. Alfonsi XI. cap. 10. scribitur, *Que en los años de 1310. los Obispos de Burgos y de Salamanca llegarõ à Carrion con cartas del Papa, en que quitava el entredicho que fuera puesto en la tierra, porque tomaron las tercias sin mandado del Papa*. Quæ omnia satis convincunt temporales fuisse concessiones, quas pragmatici cumulant, & omnium cumulator, Castillo de tertijs c. 2. qui tamẽ cũhęc omiserint, nec incuriosa sint, ideò ea hìc adieci.

In decimis ex præscriptione ab Vniversitate possessis solùm moneo, quòd si præscriptio probetur vt infeudata, idem iuris quoad alienationẽ & cætera erit, ac si titulus infeudationis exhiberetur: si verò probetur vt donatio simplex, omnia suprà in donatione simplici dicta, in præscriptione procedẽt, & denique quæcumque in laicis personis decimas possidentibus respõdenda forẽt, idem in Academia nostra, & similibus. Quòd si Ecclesiastica fuerit Vniversitas, pari modo idem dicemus, quòd si ab Ecclesiastica persona possiderentur. Cætera de præscriptione decimarum latè penes relatos suprà num. 65. 38. & 18. Canonistæ in dict. cap. cum Apostolica, de his quę fiunt à præl. & in c. causam, de præscrip. vbi latè Balboa ex num. 4. Mascard. concl. 483. ex num. 6. & 1372. num. 32. & per totam, Menoch. libr. 3. præsumpt. 131. à num. 46. Gregor. Lop. leg. 32. verbo *tomen*, tit. 20. p. 1. Menchaca lib. 2. illustr. cap. 89. num. 7. Couar. dict. lib. 1. sub num. 9. cap. 17. Monet. de decimis cap. 5. quæst. 3. à num. 74. Gutierr. lib. 1. quæst. 16. & 14. & libr. 2. Canonic. cap.

87. 88. 89.

num.71.latissimè cum pluribus Barbosa in Collect. ad dictum cap.causam,de præscript.ex num.2.ad quintum, Garcia de benef.1.part.cap.2.à num.38.Castillo de tertijs cap.3.per tot. Marta de iurisd.2.part.cap.43.

90 Sed quis iudex competens erit in his causis decimarum,quæ ab Vniuersitate,vel ab studiosis laicis possidentur? Et quidẽ si Academia specialem iudicem non habeat, vel à Pontifice,vel à Principe designatum,vel ab vtroque, vt nostra Salmant.habet, sic eam rem decidendam existimo;aut agitur de exactione redituũ,aliavè quæstione quæ factum respicit, & quæstio merè secularis est, ad iudicesque ordinarios studij, vt sæculares spectat,idcircò & ob eorũ sententiaPrinceps appellari poterit,cæteraque præcedent, quæ diximus c.21.§.9.& 10. Vel de valore concessionis,seu privilegij decimarum per Papam concessi tractatur,aut denique de iure ipso spirituali decimarũ,ita vt in sententia vertatur præiudicium Ecclesiæ circa ius illud, quod diximus retinere ipsam Ecclesiam, veluti si quis alleget se nullas decimas debere Ecclesiæ,& tunc ad Ecclesiam causa spectat,& studiorũ iudex non nisi vt Ecclesiasticus poterit procedere, nec
91 ab eo appellabitur nisi superior Ecclesiasticus,licèt per viã violẽtię adiri possint Regia tribunalia, iuxta latè tradita dict §.9. & 10.& ex his iunctis quæ ibi scripsimus, facilè resolves eodem modo respondendum, sive plures, sive vnus idemque iudex, & Ecclesiasticam,& sæcularem iurisdictionem exerceant; eadem
92 prorsus forma distingues in studioso laico tertias possidente (nã in clerico nulla est dubitatio quin ad Ecclesię iudicium pertineat) hæc omnia latissimè ab interpretibus discutiuntur in laicis has decimas possidentibus,quorum scripta omninò adaptãda Vni-
93 versitati sęculari erunt,& suprà tradita distinctio multò fortiùs procedet in tertijs,quas laici in feudum habent ab Ecclesia,sive titulum infeudationis habeant, sivè præscriptionem immemorialem cum allegatione tituli infeudationis: imò in hac specie summè probabile iudico privativè ad Ecclesiasticum feudi dominũ causas spectare,ex doctissimè traditis à Barbosa d.l. Titia 35.à num.39.vsque ad 48 solut.matr. In Regijs verò decimis,vel eorũ,qui ab ipso causam habent, latè rem scripsit Castillo de tertijs c.12.per tot.vbi num.16.in feudo, pro materia etiam consule Covar.cap.35.pract.num.20.vers.*tertio*, Borrel. de Reg.præst.cap.71.num.349.& 350.& consil.20.cent.2.

Gutier.

Gutier. 1. pract. quæst. 14. Girond, de priuileg. ex nu. 251. Bovad. lib. 2. cap. 18. num. 148. & 144. & sequentib. & 150. Azor lib. 7. Inst. cap. 26. quæst. 3. Barbosa in collect. ad cap. tua 25. num. 3. de decimis, Zevall. in commun. quæst. 822. à n. 70. Valasc. de emphyteus. quæst. 15. num. 15. Azebed. l. 10. tit. 10 nu. 59. lib. 4. Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 112. & 2. p. cap. 43. à num. 59. & per tot. Parlad. differ. 9 §. 3. num. 2. Germon. de sacror. immun. lib. 3. cap: 19. num. 85. & in feudo decimarum, Diana, p. 3. tract. 1. de immunit. resol. 50. Zevall. *de las fuerzas*, p. 2. quæst. 25. per tot. Hinc etiam inferes, quòd licèt à Martino V. const. 8. 9. & 10. creatus fuerit in nostra Salmant. Academia administrator, cui privativè expectat exactio administratio- 95
ne omnium Vniversitatis bonorum, tam eorum, quæ in decimis consistunt, quàm aliorum omninò sæcularium, eamque administrationem cum iurisdictione privativa habeat, & censurarum potestatem: adhuc sine dubio iuxta ea quæ hoc cap. & præced. docuimus, adseverandum est, prædictam cõstitutionem in eo solo, vt Pontificiam observandam, in quo causas respicit decimarum spirituales, secundum proximè allatam distinctionẽ. Item & privilegio censurarum ad causas sæculares porrigendam, iuxta tradita cap. 21. §. 10. supr. In ijs verò sęcularibus cau- 96
sis prout sunt omnes, quę ad exactionem, & factum respiciunt (& in bonis mere profanis, etiam si iuris quæstio moveatur) in ijs omnibus prædicta cõstitutio vt Regia & à Regibus approbata obseruanda est. Idcircò & in apellationibus, & in cognitione per viam violentiæ, & cæteris omnibus in hoc administratore, dicendũ est duplicem personam, & sæcularis, & Eccle- 97
siastici iudicis agere; omniaque in eo observãda, quę in Scholarum magistro observari debere scripsimus dict. cap. 21. §. 9. & 10. & nisi iuxta hæc accipias Morlam in empor. ante titulũ de iurisdict. n. 137. vers. *& hæc est ratio*, fatendum erit ipsum authorem hanc non percalluisse tractationem.

Tantùm restat, vt quæstionem de subsidio soluẽdo, cęteraq; quę diximus, Collegijs Salmãticensibus cęterisque pijs nõ Ec- 98
clesiasticis adaptemus, qua in re vnus Nicol. Garc. de benef. 5. p. c. 1. n. 613. rem in specie tetigit, sed leui & lęua manu, distinguit ergo inter Collegia authoritate Episcopi erecta vel nõ, in illis ait subsidium deberi, non in his, & Collegia Salmanticẽsia sancti Pelagij, & sancti Michaelis sic obtinuisse: quia non sunt

erecte authoritate prędicta, posset etiã hic author allegare Bellencin. Remig. Azor, & alios suprà nu. 51. & sequentib. relatos, qui in confratrijs eandem distinctionem secuti sunt, quæ cũ ex omni parte falsa sint, vt probavimus cap. 21. num. 315. adeò vt nec dici possent licita prędicta Collegia sancti Pelagij, & S. Michaelis, nisi authoritate vtriusque potestatis, saltim pręsumpta creata fuissent, aliàs illicita Collegia dicerentur. Sequitur omninò opinionem Garciæ falsam esse, prædictaque Collegia, vel ob aliam rationem, vel non ratione obtinuisse.

99 Ego credo Collegia, de quibus agimus, ex bonis purè temporalibus nullo modo posse ad subsidium cogi, quemadmodum nec Collegia merè sęcularia. Non obstat authoritas Ecclesiastica, quia ea, vt diximus cap. 21. §. fin. non Ecclesiasticum, sed licitum Collegium facit: non obstat piũ esse, quia aliud est, esse piũ, aliud Ecclesiasticum. Et verò subsidium non nisi Ecclesiasticis redditibus impositum fuisse apparet ex dictis suprà num. 32.

100 Quoàd cætera verò, quæ de alienatione, & iurisdictione in Academię redditibus diximus, eadem in hisce Collegijs repetita habeto, nisi aliùd statutis peculiaribus caveatur, vide etiã Barbos. de potestate Episcop. cæterosque adductos suprà cap. 21. n. 17.

101 Adde quòd in Academia nostra, & similibus, decimarum causas, quas spectare ad Principem diximus, easdem in Collegijs Salmanticensibus mixti fori esse farendum est, ex ijsque suprà resolvimus cap. 22. §. fin.

102 Dixi suprà num. 29. studiorum Vniversitates si sæculares sint, prout nostra, & similes gabellam debere, nisi expressam exemptionem habeant: nullus est author quem legerim, qui in specie scripserit an studiorum Vniuersitates immunes à gabella venditionis, cęterisque tributis sint: cęterum immunes nõ esse necessariò interri videtur ex principijs illis, quibus nisi resoluimus Vniuersitates studiorũ, nec pias, nec Ecclesiasticas esse, sed profanas, & studiorum finem pium non esse scripsi cap. 21. nu. 145. & sequentib. Collegia ergo & Vniversitates sæculares gabellã

103 debent, vt ex Paul. Castr. in l. Collegium num. 3. C. de hęred. instit. Avenda. cap. 14. prætor. 2. p. num. 32. Gironda de gabel. 7. p. num. 42. Salazar de vsu & consuet. cap. 8. num. 22. Azebed. l. 10. tit. 1. lib. 4. num. 25. & l. 1. n. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. Gutier. de gabel. quæst. 95. num. 18. Lasarte 2. tom. cap. 19. nu. 1. & 190. & facit dict. l. 1. Recopil. ibi: *Ninguna ni alguna ciudad, vi-*

villa, ò lugar. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 75. num. 34. & 35. secus in Collegijs, vel Vniuersitatibus ad sustentationē studentium pauperum, in piāvè causam aliā relictis, prout omnes suprà relati tenēt, Molin. de iustitia tom. 3. disp. 671. Marta de iurisdictione 4 p. cap. 14. Hę enim piæ Vniuetsitates, & Collegia gabellā non pendunt, & sub hac distinctione accipiēdus est Gironda, qui solus indicavit, Vniuersitates studiorum gabellā non debere, accipe, si piā causam contineant, nisi mauis hūc authorem errasse deceptum authoritatis Pontificiæ fundamento: ibi enim scripsit solam approbationē Pontif. Ecclesiasticā Vniversitatem constituere. Sed quātum in hoc errauerit, iam constat sup. cap. 2. §. 21. Nil ergo approbatio Pontificis in hac quæstione interest, neque attendi debet, vt doctè Barbosa suprà. n. 85. Sed tantùm distinguendum est, an pium finem, an profanum contineat Vniuersitas, vt si pia sit, prout Salmanticensia Collegia, gabellæ immunitatem habeat: si profana, sæcularisvè, vt Academia nostra, gabellam solvat. 104 105

Sed cùm Vniuersitates sæculares huius gabellæ immunitatē non habeant, nō male inferri videtur, nec ipsos singulos præceptores, auditores, officialesvè Academiæ, illam immunitatē in hac specie habituros, & ita in scholaribus resolvūt Gironda de gabellis 7. p. num. 49. Gutier. eodem tract. quæst. 95. n. 40. & quæst. 94. n. 9. Parlad. lib. 1. quotid. cap. 3. §. 1. nu. 24. ducti l. 3. tit. 7. lib. 1. Recopil. Quæ tamen in tributorum solutione indistinctè loquitur: certum autem est studiosos à quibusdā tributis immunitatem habere. Sed eam legem sic credo accipiendā, vt ad omnia tributa teneātur, nisi expressè fuerint exempti, prout in Bachalaureis exprimit l. 20. tit. 4. lib. 4. ordin. vers. *excepto los casos.* Cū ergo in hac venditionum gabella exemptio nō reperiatur, rectè dicetur exemptioni locum non fore, idem autē in Bachalaeris, Licentiatis, & Doctoribus respondendū facile conijci potest, ex eo quod nobiles, & illustres, quibus isti assimilari solent, gabellam solvunt ob generalem decisionē dict. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi Azeb. n. 10. qui pro illius legis iustificatione adducit Sotum de iust. lib. 3. quæst. 5. art. 7. Lasarte in præfat. n. 33. & cap. 19. n. 2. Nec obstabit studiosos, & præcipuè Doctores ab omnibus muneribus immunes esse, sive personalibus, sive patrimonialibus, vt latè, annuente Deo infra discutiemus, quia vt rectè Lasaite dict. cap. 19. num. 101. hæc 106 107 108 109

110 venditionum gabella omnes quàmlibet exemptos cõprehẽdit. nec à cæteris ad eam arguí potest, sicut in millionibus vulgo *sisas*, notauit Azeved. dict. num. 10.

111 Illud novitèr affirmare non vereor immunitates omnes patrimonialium munerũ, cæteraque priuilegia professoribus studentibus concessa, etiã si mixta sint, dũmodo ratione professionis cõcessæ fuerint, ipsum corpus Vniuersitatis cõprehendere, adeò vt etsi legibus, privilegijsvè non exprimatur, extensio tamen fieri debeat ob identitatis rationem, cùm iniquũ videatur Academiam ipsam literarum matrem, & altricẽ immnitate filiorum non gaudere, maximè cum tantùm actu legentibus studentibusvè in ea concedatur, non aliàs, vt alibi latius explica-

112 bimus. Denique succedit Philosophorum proverbium, propter quod vnumquodque tale, & illud magis: inde inferes immunitatem vectigalis, vulgò *portazgo y peage*, de quo l. 5 tit. 7. p. 5. cum studiosi eam habeant dict. l. 5. vers. *esso mismo*, & iure communi Acurs. dict. authent. habita.

113 Item immunitates, de quibus in l. Medicos 6. C. de profes-sor. & medicis lib. 10. l. fin. §. fin. de muner. & honor. l. 8. tit. fin. p. 2. Deniq; cætera priuilegia per Hispanos Principes Academiæ nostræ concessa, de quibus in prologo cõst. pag. 1. & 9. has inquam omnes immunitates eorum munerum, quorũ capax esse potest corpus illud mysticum Vniuersitatis, eiusvè patrimo-

114 niũ, Academia habebit sine dubio. Quod accipias velim vt nuper dixi de immunitate ratione professionis concessa, nõ si ex alia causa quis exemptus ad studiũ migraverit, vt clericus, Religiosusvè, eodẽ modo limitabis id quod suprà diximus, studio-

115 sos omnes ad gabellam teneri: quæ conclusio eũ habet sensum, quòd scilicet ratione studij nequaquã eximantur, possunt enim alio ex capite exempti esse, quod nostræ quæstionis non est.

116 Quartò principaliter ex eo principio, quòd studiorũ Vniuersitates ad Principẽ sęcularẽ, in cuius territorio erectę sũt, expectent, si sęculares sint, vt nostra Salmantica & similes, infertur, quòd possit idẽ Princeps inçõsulto Pontifice, invitovè, Academiam destruere, ad aliam vè ciuitatẽ transferre: quod patet: quia si Princeps sæcularis absque Põtifice potuit erigere Vniversitatem, vt latè probavimus cap. 21. á n. 38. & §. 2. per tot.

117 Pari modo poterit destruere transferrevè, l. solẽt 6. §. sicut de offic. procons. denique Alfonsum VIII. Castellanum Regem

Pa-

Pallantiæ studium generale erexisse constat, quod postea Ferdinandus Sanctus destrui permisit, præceptoribus stipendijs non solutis, cæterisque Vniuersitatis iuribus neglectis, & hoc, vt Academia nostra, cui impensiùs ipse favebat, indies cresceret: sic refert const. prologus, & Chacon in histor. Vniversit.

Hanc illationē limita, nisi ad religionis, & fidei eruditionē 118
necessarium prorsus studium foret, veluti si nō in alijs civitatibus studia erecta essent, aut aliàs eruditio Christianorum periclitaretur, nam hoc casu nec Princeps sæcularis piè, nec iustè studium destruere posset, aut si id de facto fieret, posset per maximum Ecclesiæ Antistitem moneri & cogi, vt scripsimus cap. 21. dict. §. 2. num. 97.

Illud quæri potest, dissoluta translatave Academia, quid iu- 119
ris de privilegijs, & redditibus? nec loquimur de ijs qui per ipsum Principē sęcularem concessi fuerunt: nam ea omnia ad nutum ipsius Principis erunt, idcircò destructa Academia extinguentur privilegia, & redditus ad Principē redibūt, aut alium quemlibet institutorē, erectorem, donatorēvè, translataverô si aliud Princeps non disponat, cū eijsdem priuilegijs, & redditibus translatā dicemus, cū ea sit natura translationis, seu subrogationis, quod probant omnes statim laudādi. Difficilior sa 120
uè quæstio est de priuilegijs & redditibus per Pontificem ipsi Academiæ nominatim cōcessis: & opinor quæstionē hanc, & similes in hoc tractatu decidi posse ex latè traditis per Bart. in l. fin. de colleg. illicit. à n. 21. & sequentib. Abbat. cap. recolentes nu. 3. de stat. monach. Felin. in cap. cum dilecta num. 21. de 121
rescript. Angel. l. sicut §. 2. quod cuiusque Vniuers. Alexā. in l. inter stipulantem, §. sacram de verbor. oblig. in Apostil. Greg. Lopez in l. 26. glos. *poblassen*, tit. 31. p. 3. Pet. Greg. lib. 15. syntag. cap. 32. ad fin. Ex quorum dictis deducitur, quòd destructa Vniversitate vel facto, vel fato, priuilegia expirabūt, redditusq; Pōtificis dispositioni reddēr, vtpotè deficiēte forma & causa donationis, arg. l. Septitiæ 10. de pollicit. l. 2. de iur. immunit. Pet. Gregor. & cæteri sup. nec in hac quæstione locus erit decis. l. 1. in fin. & l. 3. in princip. de collegijs, quòd scilicet bona dividerētur inter Collegas, id enim procedit in bonis, quę 122
ipsi cōtulerāt, vel ipsis vt singulis quęsitis, vt salariorū redditus tēpore destructionis decursi: in trāslatione verò Vniuersitatis, vel vnione cū alia, si ex causa necessaria, aut publicè vtili fieret

defendi poteſt, etiam ſi per ſolum Principem translatio fieret; tranſire priuilegia & reddituſ Pontificales, ex notat. à Felin. ſuprà, doctè Innocēt. in cap. 2. de oper. nou. nun. gloſ. in reg. priuilegium de reg. iur. in 6. quę allegat cap. & temporalis, cum ſeq. 16. quæſt. 1. c. Monaſteriū, de relig. domib. qui tex. ſingularis
123 eſt ad id, vt in vnione ſua iura vnaquęq; Vniuerſitas cōſeruet: ego addo pro ſupràdicta ſententia, elegāter induci poſſe d. leg. 26. veri *pero ſi todos*, tit. 3. p. 3. facit etiam l. legatū 16. de vſufr. leg. l. 4. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. Si autem vnio, trāſlatiouè à
124 Principe voluntaria fieret, tunc credo conſenſum Pōtificis neceſſariū, aliàs priuilegia Pōtificalia extincta eſſent, & redditus Pontifici quererētur, ex annot. Angel. Felin. & Innocent. vbi proxim. & facit d. l. Septitię, de pollicit. & l. 2. de iur. immunit. & eleganter dict. l. 4. in princ. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertin.
125 Sed quid iuris de bonis, quæ Academia, nullo donāte, ſibi auxit quæſi vitvè? & hæc ad Principem expectare, vt vacantia arbitror, deſtructa Vniuerſitate, vt not. Bartol. Abb. & cęteri ſuprà:
126 In translatione verò, vnionevè ſequentur Academiam ſine dubio ex ſuprà ſcriptis. Quid autē iuris erit, ſi ſemel deſtructa Vniverſitas iterum reædificetur, facilè diſſolves ex traditis à nuper citatis interpretibus, & notatis ad dict. §. ſacram.

De poteſtate Vniuerſitatis ſtudiorum in ſtatutis condendis, an confirmari debeant, & an per Pontificem, Principemve ſæcularem, hæc omnia nouiſſimè in ſtatutone Doctores creari poſſint niſi puri ſanguinis, quos Chriſtianos veteres vocant, diſceptantur. De ſtatuto Conchenſis Collegij, denique de poteſtate Academici Concilij circa collectas imponendas, & ſuffragij reformationem.

CAPVT XXIII.

QVINTO ex eo quòd Vniuerſitates ſtudiorum generalium ſæculares ſint, & ad Principem ſæcularem eorum gu-

ber-

bernatio pertineat, infertur statura per eiusdem Vniversitatis Concilium facta, per Principem sæcularem confirmari debere, nec requiri Pontificiam confirmationem, nisi in causis merè spiritualibus ex natura sua, quas explicuimus latè cap. 21. huius tractatus.

Vt tamen res hęc dilucidiùs appareat, supponendum est, sta- 2
tim atque Vniuersitas, Collegiúvè, licitè, & Principe approbãte erigitur, in ipsa approbatione tacitè venire, vt omnia iura Vniuersitatis habeat, hoc est, omnia privilegia per ius cõmune, aut Regiú, Vniversitatibus in genere concessa, l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusq; Vniversi. inter quę nõ minimũ illud est, vt possit intra suæ potestatis, sive professionis terminos leges sibi peculiares cõstituere: solis enim iuris cõmunis legibus minus aptè moderari possent Vniuersitates, nec vna posset lege omnibus provideri, cùm vnaquæque provincia suo sensu abundet, & in qualibet singularia emergãt, quę vel societatis, vel professionis ratione, singulari etiã lege indigeãt: idcircò necessitas suasit, vt vel cives, vel professores ipsi, sibi ius peculiare facerẽt: hinc est vt eis iure ipso potestas hæc cõpetat, dũmodo licita sit Vniversitas, tractarunt omnes in l. omnes populi, de iustit. & iur. Quẽ tamen alienũ locũ omninò esse ab hac tractatione notauit Cu- 3
iac. ibidem, aprior est in l. Antiochensium 37. de priuileg. cred. quam elegantissimè more suo explicat idem Cuiac. lib. 10. resp. Pap. l. 1. C. de emancip. liber. l. prohibere 3. §. planè, quod vi aut clàm, l. vt gradatim 11. §. 1. de muner. & honor. l. item eorũ 6. in princip. quod cuiusque Vniuersi. l. 3. §. Divus de sepulchr. viol. & in Collegijs, & communitatibus est singularis l. fin. de Colleg. illicit. l. fin. de decret. ab ord. faciend. l. 2. §. his videlicet, final, C. de cõst. pec. iũct. interpr. Bald. & Gotifr. ibi. c. Ecclesia S. Marię 10. cap. ex literis 11. cap. cùm accessissent 8. de 4
cõst. de iure regio, l. pen. ibi, *nin fuero nueuo*, tit. 1. p. 2. l. 14. tit. 6. lib. 3. l. 4. tit. 14. lib. 8. l. 5. tit. 1. lib. 7. Recop. latè pro materia vltra ordinar. & Orosc. dict. l. omnes populi. Abbas c. quę in Ecclesiarum num. 5. vbi num. 7. in Vniuersitatè scholarium, de cõstit. latè & doctè Gregor. Lopez l. 12. glos. 1. pertot. vbi ad finẽ in Collegijs, & Vniuersitatibus tit. 1. p. 1. Avenda. lib. 1. c. 19. prętor. à num. 3. & num. 11. in Collegijs, & fraternitatibus. Mẽchaca lib. 1. illustr. cap. 47. pertot. & cap. 34. num. 2. & cap. 35. num. 10. & sequentib. Castro de potest. leg. pœn. lib. 1. cap. 1.

Aze-

Azebed.dict.l.14.tit.6.lib.3.& dict.l.4.tit.14 lib.8.num.37. & in Collegijs latè l.1.tit.13.eod.lib.n.14.Stracha de mercat.tit. quomod.in cauf.mercat.proced.1.p.nu.8. & 9.& 50. Mexia ad pragm.pan.concl.5.num.27. Menoch.de arbitr.lib. 1.quæst.99.num.25.Burgos de Paz l.3.Taur.num.347.do ctè
5 Garcia de nobil.in inscript.num.10.qui n.13.in hospitalibus & Collegijs,Gutier.de iuram.c.38. Aviles l.17.prætor. glos. *proueer sobre ello*,per tot.& verb.*las hagan*,Ossuald.cũ alijs lib. 1.cap.6.lit. C. Sylva resp. lib.1.resp.5.p.1.num.8. & per tot. & p.3.per totã, vbi latè quando hæc statuta clericos obligẽt,
6 de quo cũ innumeris Zenedo collectan.2.ad Decret. Bovad.la tissimè lib.3.cap.8.num.152.& lib.2.cap.21.num.33.& lib. 5.polit.cap.10.nu.28.vbi latè an delegatus secundũ hęc sta-
7 tuta iudicare debeat,& in exemptis oppidis,vulgo *Villas eximidas*,an statuta civitatis, quæ ante exemptionem caput erat,an verò ipsius oppidi servanda sint,Aviles in proœm.prętor,verbo *en los casos*,nu.2. Azeved.sup.in dict.l.14. Gutier.supra d.
8 nu.13.vbi an produci debeat statutum inter acta, Tusch.lit.S.
9 concluf.453.& de nullitate sententiæ contra statutum, Vant.
10 de nullit.ex defect.proces.num.124.& in statutis Ecclesiarũ, & Canonicorum, Gutier. Garcia, & alij suprà, latissimè pro materia Castillo de tertijs cap.8.per tot.

11 Secundò sciendum est præter hanc generalem potestatem iure ipso competentem,habere & aliã specialem Salmantiten. se Gymnasium per Bullam Paul.III.de qua in stat.fol.125.& in proœm.pag.9.cuius summa est,vt Vniuersitatis Concilium, quod plenum vocant,si duarum saltim partium ex tribus accedat consensus,possit statuta pro regimine & vtilitate Academiæ condere,& condita revocare,reformarevè,etiã si authoritate Apostolica fuerint confirmata;& denique omni ordinationi per prædictum Concilium factæ eandem authoritatem prę-stat,ac si in specie fuisset per Pontificem approbata,cõditavè. Si Academia nostra Ecclesiastica foret,aut saltim mixta,planis-
12 simè sanè hoc privilegium procederet: nam dubiũ non foret a Principe Ecclesiastico potestatem habente concessum,ex satis superque per nos suprà traditis,& in specie statutorũ Vniversitatis causas ad Pontificẽ expectare,si Ecclesiastica sit Vniuersitas,probat tex.in cap.ex literis 11.iunct.inscript.de cõstit. & Abbat.ibidem num.4.in fin.

Sed

Sed cùm docuerimus Academiam nostram sæcularem esse, 1
duo insurgunt. Primũ, si vera est illatio nostra, quòd scilicet ad Principẽ sæcularem spectet confirmatio statutorum Academiæ, & consequenter prædictum privilegium cõcedendi, quid causæ fuerit, cur non Princeps, sed Pontifex id concesserit, ad quẽ spectare non videtur, sed ad Principem, vt in specie Abb. d.c.ex literis, n.4. Secundum, si verum est quod scripsimus Vniversitatem licitè erectam, iure ipso statuta condendi potestatem habere, vt quid hæc Pontificis concessio?

Ad primũ responderi facilè potest, Academias studiorum 14
etsi principaliter sæculares, nonnullas tamẽ causas spirituales habere, vel quia natura sua spirituales sunt, vel quia clericos studiosos, vt singulos contingunt, quas causas enumeravimus §.2.& 3.n.144.c.21.suprà, Author Sylvæ resp. statim referendus: ideò vtriusque Principis & Ecclesiæ, & sæculi, privilegia & approbationẽ habent, & quantumvis privilegia generaliter dentur, adhuc ad potestatis terminos vniuscuiusque cõcedentium restringẽda probavimus latè c.21.§.2.ex num. 111.§. 15
3.num.131.& §.12.num.260. Hinc fit prædictum Pauli III. privilegiũ, de quo agimus, solùm in his casibus, in quibus statuta, vel causam spiritualem, vel personas clericorũ, vt singulorum, respiciunt, vt Pontificium observari debere, sicuti prędictis locis scripsimus, & in specie latè Sylva dict. resp. 5.p.3.& iuxta hæc accipe text. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Marię 10. 16
de const. Vbi Pontificis cõfirmatio desideratur in statuto laicorum, quia merè spiritualem causam respiciebat, eodẽ modo accipi potest, dicto c. ex literis 11. de cõst. nã ibi reũ clericũ supponere debemus, & in appellationis instãtia Pontificem pronũtiasse, nisi mavis cum Abbate ibidem, vt in Vniversitate Ecclesiastica procedat. In ęteris verò omnibus prædictũ privilegium à Pontifice concessum nihil operabitur, nisi cõstiterit à Principe sæculari approbatum, & confirmatum esse, aut saltim eo vti Academicũ Cõcilium Princeps ipse permiserit.

Quę sententia eleganter probatur ex eo quòd Princeps ipse per Regios Visitatores prædictam Pontificiã constitutionẽ 17
rẽformaverit, decernendo, ne Conciliũ Academię nostræ statuta facere posit, quæ lites pendentes cõprehendãt, vt apparet in statutis Salmãticensibus tit. 33.§.64. Cuius decreti rãtio est ęquitas, vt credam, iure etiam cõmuni attento, nõ posse

Vniversitatē nisi Principe confirmante statutum facere super
1 lite pendente, etiāsi eā opinionem sequamur, quæ habet, Vniversitatū statuta sine cōfirmatione valere: leges enim condere, quæ pendentia, vel præterita cōprehendant, & consequēter ius quæsitum auferāt, solius Principis est, vt not. in d. l. leges, & probari facilè potest hęc sentētia ex latè scriptis per interpretes suprà num. 4. & sequentib. citatos.

21 Ad secundum respond. quòd etsi verissimum sit, Vniversitates statuta cōdendi potestatem habere, eo ipso quòd approbatę sint, adhuc tamen ad nonnullos effectus proderit confirmatio Principis, seu speciale privilegiū, de quo agimus. Primus effectus erit circa eam quæstionem, an statuta Vniuersita-
22 tum confirmationem Principis ad sui valorē exigant? In qua duæ sunt oppositæ sententiæ: negatiuā acriter defendit Avend. & alij suprà relati, hoc est, cōfirmationem non requiri; sed cōtrariā magno conatu defendit Garcia de nobilit. loco suprà relato, & alij etiā ex ibidem congestis, asserentes, quòd licèt po-
23 pulus possit facere statuta, non tamen valent vsque ad confirmationem. Ita Barbac. & Bald. Aviles dict. cap. 17. glos. *Proveer*, in princ. Hoc ergo privilegiū id efficiet, vt opinionū dubijs submotis statuta valeant, & sic ipsi interpretes, qui asserunt statuta ante confirmationem non valere, id limitant, nisi Vniversitas facultatē specialem à Principe habeat. Ita ex Angelo & Platea, Gregor. Lop. dict. l. 12. glos. 1. vers. quod tamen tit. 1. p. 1.

24 Sed obiter videamus, semoto privilegio, aut consuetudine statuta cōdendi absque cōfirmatione (quæ cōsuetudo pro privilegio erit, Gregor. Lop. vbi proximè, elegāter Mēchaca d. cap. 47. n. 9. vsque ad 12. Osuald. sup. & alij ex adductis n. 4.) An iure communi & Regio confirmatio Principis exigatur, & vtra ex duabus sententijs suprà traditis verior sit? & credo, neq; iure communi, neque Regio cōfirmationē requiri, semel enim approbata Vniversitate ea potestas trāsit. d. l. fin. de Colleg. d. l. 4. tit. 14. lib. 9. ibi, *Y entre tanto vsen dellas*. Nec verum
25 credo quod quidā scribunt ante confirmationem in vim tātùm pacti valere statuta: nam si id verum esset, nō possent eis ligari forenses, & alienigenæ, vtpote quorum consensus, nec expressus, nec tacitus interceisit. l. 1. de pact, at alienigenas cōprehendere Vniversitatū statuta intra Vniuersitatis territorium,

sive

sive professione probat apertè dict. l. 1. C. de emãcipat. liber. & fatentur plures initio huius cap. adducti, & inter eos Azebed. dict. l. 1. num. 13. tit. 14. lib. 4. Denique si vt pactiones tantùm statuta valerent, nisi iuris in approbatione Vniuersitatis transiret, cũ pactio omni iure licita fuisset: fateor huic argumento responderi posse, id effeciſſe Vniversitatis approbationem, vt scilicet pactiones iure civili efficaces essent, cũ alias nõ nisi exceptionem parerent, l. iuris gentium 7. §. igitur nuda, de pactis. Postremo statuta hæc non pactiones, sed leges municipales passim vocantur, quod ex iuribus suprà num. 3. adductis apparet: ergò in vim legis non pacti valent. Vna tantùm l. fin. de Colleg. pactiones vocavit Collegiorum statuta: quæ tamen si rectè perpẽdatur, negotium nobis non facessit: nam ait, Collegia posse pactionem, quã velint, sibi ferre, non dixit sibi facere, aut inter se inire, quod contractus, sive pacti privati propriũ, sed ferre quod legum l. 2. de orig. iuris, ibi, *ferẽdarũ legũ*, & ibi, *his legibus latis*, & in lege Solonis in ead. l. fin. relata, non pactiones, sed dispositiones vocãtur. Quo igitur sensu Gaiũ pactionis verbo vsũ dicemus? Et quidem sicut pactũ solet lex privata vocari l. quod si locus 11. de relig. ita & municipij, seu Collegij leges potuit pactiones appellare, à pago enim pactum dicitur, & pagus sive regio, aut municipium societasve, authore Festo verbo *pactionem*.

Sed licèt neque communi, neque Regio iure statuta confirmationem exigant, vt opinamur, id tamen iure nostro necessarium est, quod iure communi non erat, nempè quod statuta intra sexaginta dierum spatium ad supremum Senatum remittantur, vt ibi examinentur, etsi quid minus iustum repertum sit, id revocetur, quod nisi fiat eadem forma & tempore, statuta nõ valebũt, dict. l. 4 tit. 4. lib. 8. Recopil. quam ad omnes Vniversitates, & Collegia extendendam credo, dict. l. 1. §. quibus, quod cuiusque Vniversi. inde poteris alium effectum privilegij, de quo agimus, eruere, nam nulla consultatione, sive relatione opus erit si eius virtute statutum fiat.

Poteris & alium, ex eo quod dict. privilegio conceditur statuta etiam si à Principe sint confirmata, posse revocari, quod semoto privilegio non posse fieri credo, iuxta veriorem sententiam Marsil. singul. 567. & aliorum, quos refert Aviles dict. cap. 17. pretor. verbo *las hagan*, à num. 21. & licet ipse author in cõtrariam inclinare videatur eod. cap. glos. *prouecr*, nu. 16. ad fin. sta-

tamen se remittit ad primo loco scripta dict. glos. *Las hagan*
35 Menchac. illust. c. 35. n. 10. plurimos refert, qui nostram sententiam tuentur, licèt ipse contrarium affirmet num. 13. fallitur tamen, nisi statutum, quod revocatur, fuerit in gratiam tantùm ipsorum statuenti ũ, quo casu nõ tam revocatio est, quàm proprij favoris renuntiatio, & ita accipio textum aliàs difficilem in c. cùm accessissent 8. de cõst. qui probare videtur sta-
36 tutum per Pontificem confirmatum posse revocari a b statuentibus. quod planè procedit singulariter in eo canone, quia statutum in statuentium vtilitatem confirmatum fuerat, neq; aliquam Ecclesiæ vtilitatem, imò damnum continebat. Bene Aviles d. glos. *las hagan*, & cum Felin. & alijs Cancer. var. 3. p. c. 13. à n. 344. Ergo vtcúque sit, sive ad dubium opinionum tollendum, sive vt revocari etiam confirmata statuta possent, rectè dicemus, privilegium, de quo agimus, plus in hac specie operari quàm ius commune.

37 Illud in hac tractatione consulerem, vt semper statuta confirmarẽtur, hoc enim tutius erit: nã licèt supradicta vera in iure sint, negari tamen nõ potest quin rectè Baldus dixerit statuta ante cõfirmationem debilia esse, maximè vsu, & praxi, quo nisi cõfirmata sint, sæpesæpiùs mutant, ruuntvè in supremis tribunalibus, Garcia & Avil. sup. cuius praxis ratio esse potest, quòd in plurimũ statuta iuri cõmuni refragãtur, vt not. Carrãça de part. c. 2. §. 4. n. 47. Quæ etiam causa est, ni fallor, cur in Academia nostra statuta specialiter confirmentur postquã facta sunt: nam licèt prædictam facultatem habeat, ea tamen clausula adiecta est, *si iuri contraria non sint*: adde etiam, quòd specialis confirmatio fortior & vberior generali esse solet.

38 Secũdò notatu dignum est, iure cõmuni inspecto, statuta fieri debere vocatis omnibus, qui Concilium constituunt, præsentibusque saltim duabus partibus, & ex consensu maioris partis ipsarum. l. nulli 3. quod cuiusque Vniuers. l. quod maior 19. ad municipal. in specie Avend. d. cap. 19. Aviles cap. 17. dict.
39 glos. *las hagan*, num. 4. Azeved. dicta l. 14. tit. 6. lib. 3. à num. 11. & in Cur. Pis. lib. 2. c. 114. Attamẽ prædictis Pauli Tertij
40 literis requiritur, omniũ nõ solùm vocatio, sed præsentia, Rectoris scilicet, Scholarum Magistri, Doctorum, Magistrorum, Consiliariorũ, & Deputatorum, cæterorumque, qui Clastrum plenum (quod vocant) faciunt. Item duarum partium expressus

cõſenſus deſideratur, nec maior pars ſufficit, quod tam in revocando, quàm in novo ſtatuto condendo procedit, vt conſtat ex privilegij verbis, & ex reg. nihil tã naturale, de reg. iur. quę forma cùm vſu obſervata fuerit, & à Principe ſciẽte permiſſa, omninò ſervãda erit. Et an defectus nullitatem inducat, etiam ſi vnus tãtùm Cõcilij abſit, & quid ſi citati renuãt venire, & an omninò cõpellẽdi maximè in arduis, aliàs nullũ ſit quod factũ fuerit, & de alijs vide not. in c. cũ nobis, de elect. l. 2. & 3. de decret. ab ord. fac. l. nominationum, C. de decur. lib. 10. Azev. in Cur. Piſ. lib. 1. c. 2. n. 5. & 6. & cap. 5. per tot. & lib. 2. cap. 14. num. 3. vſque ad 6. Sylveſt. verb. *electio* 1. num. 3. & 4. & ſequentib. Luc. de Pen. dict. l. nominationum, Azeved. l. 1. tit. 1. lib. 7. Recopil. Bobadill. lib. 3. cap. 7. nu. 60. & n. 16. & c. 8. n. 162. & ad nullitatem ex defectu formę, cap. quia propter, verſ. *aliter*, de elect. l. actuarios 7. C. de numer. & act. lib. 12. vbi Bald, Luc. de Pen. l, certa forma 4. col. 2. C. de iur. fiſci, authent. de defenſ. civit. §. vlt. verſ. *Si verò*, Franc. Marc, deciſ. Delphin. 1337. & ſequent. Bovad. dicto lib. 3. cap. 7. num. 16.

Ex dictis inferes, quid dici oporteat in ea quæſt. an Vniverſitas ſtudioſorũ ſtatuere poſsit, vt Doctores gradu honorãdi puri ſanguinis, quos *Chriſtianos viejos* dicimus, eſſe debeãt, quod vt liqueat, probationes præcedãt, ijs ſimiles, quę in Collegijs, Equitũ Ordinibus, & Sanctæ Inquiſitionis Senatu fiũt: Et breviter reſpõdeo nequaquã id poſſe ſtatuere niſi Principe cõfirmante, & hoc quantumvis prædictum Pauli III. privilegium habeãt, idque expreſsè per ſæcularem Principem approbatũ eſſe conſtaret, & hoc uõ ſolùm iuxta ſententiam eorum, qui dixerunt, ſtatuta Vniverſitatũ confirmatione indigere, ſed etiã noſtra ſententia negante retẽta. Cõſtat primò, quia quod ſuprà diximus Vniverſitates poſſe abſque cõfirmatione ſibi ſtatuere, accipiendum eſt, niſi contra ius commune ſtatuant, l. 3. §. Divus, de ſepulch. viol. c. Eccleſia Sãctæ Mariæ 10. de cõſt. docẽt omnes ſuprà n. 4. allati. Prædictum verò ſtatutũ, de quo fermo eſt, contra ius commune eſſe probatur, quod iure communi, tã Canonico, quàm civili, item & Regio, deſcendẽtes ex Iudæis omniũ dignitatum & officiorum capaces ſunt, imò & ipſi noviter converſi, cap. quod autem, & cap. quemadmodum 23. q. 7. c. recurrat. 32. quæſt. 4. c. neophytus 71. c. eam te 7. de reſcript. l. 6. tit. 24. p. 7. l. 21. tit. 3. lib. 8. l. 9. tit. 1. lib. 1. Ord.

Otalor. de nobil. 2. p. 3. p. cap. 7. in princ. & num. 23. Simancas cathol. inst. cap. 29. Montalvus l. 2. tit. 3. lib. 4. for. verbo *tornadizo*, Roman. sing. 672. plures, Bovad. lib. 3. c. 8. num. 9. doctè Covar. Clemẽt. si furiosus 1. p. §. 2. num. 8. Oſuald. lib. 18. com.
44 cap. 7. lit. N. Et licèt descendentes ex hæreticis excludãtur, id tamen procedit si ab ijs descendant, qui hęretici rebelles, nõ si reversi sunt, & pœnitentiam egerunt, item & in hæreticorum re-
bellium descendentibus non excedit pœna secũdam generatio-
45 nem, cap. statutũ el. 2. de hæret. in 6. vbi glos. Anchar. & Gemin. l. 19. tit. 6. p. 1. Garc. de benef. 2. tom. p. 11. cap. 10. nu. 7. Salced. ad Bernard. Diez in pract. crimin. cap. 113. lit. A. ad fin. la-
46 tissimè Sylv. lib. 1. resp. 12. Bovad. sup. Quin potiùs hæreticos ipsos si cõvertãtur, capaces dignitatũ iure antiquo canonũ, probat text. in dict. cap. quod autem 23. quæst. 7. & Iudæos etiam
47 in sua super stitione durantes, dignitatũ capaces iure Romanorum, probat l. 3. §. final. de Decur. quam malè quidã accipiũt de Christianis, quos notat Anton. August. lib. sing. ad Modest. & Gotifr. ibidem, ac de Iudæis accipiendam suadent, l. spadonem
48 15. §. iam autẽ, de excusat. l. circscidere 11. de sicar. adde Cuiac. 7. obser. cap. 30. Oſuald. lib. 18. com. c. 7. lit. N. doctè Co-
49 var. Clement. si furiosus 1. p. §. 2. num. 8. ad fin. Et licèt postmodùm incapaces fuerint facti, id tantùm procedit nisi convertãtur, l. fin. C. de Iudæis, cap. nulla 54. dist. cap. cùm sit 16. cap. ex speciali 18. de Iudæis, & Sarracenis, Covar. & cæteri nuper adducti.

50 Et licèt Bartol. in l. fin. C. de Iudæis in specie voluit, Iudæum doctoratum iure communi assequi non posse, loquitur tamen in eo qui suam superstitionem sequitur, vt ex eo apparet, & sic eũ percepit noster Roxas singular. 105. vbi quod idem iuris in hęretico ex multis probat Pet. Lenauder. de priuil. doct. p. 1. q. 17. num. 61. qui tamen num. 63. quærit de converso, & licèt resolvat nõ posse hunc ad doctorarum ascendere, tamen fallitur, nã text. in cap. constituit 17. quæst. 4. quo motus eam sententiam
51 tenuit, id minime probat: verba etenim illa *Iudæi, aut qui ex eis sunt*, nequaquàm ad conversos referuntur, vt decepti plures veterum interpretum crediderunt, sed ad cæteros clientes, seu famulos Iudæorum, aut alios eorum dogmata sectantes, licèt à Iudæorum gente non descenderent, vt puta à Iudæis seductos ex gente nostra, vel alia, & in hunc prædictorum verborum sen-

sum

Ium vltra alia moveor, quia is canon est ex Concil. Tolet. 4. cap. 65. vt constat ex Loaisa; cùm verò postea in Cõcil. Tolet. 16. c. 1. referatur Toletan. 4. ex quo desumptum fuit dictũ cap. constituit, & alia Concilia. & leges Iudeis pœnas infligentes, ibidemque confirmentur, & augeantur, vt constat ex Loaisa in not. ad dict. Cõcii. 16. Tãdem exprimitur prædicta omnia, tã præcedentia, quàm præsens de Iudæis perfidis loqui: nã si convertãtur, eos ab omni exactione immunes reddit, & ad omnia quę cæteri ingenui gerere possunt, habiles pronũtiat: idem testatur Marian. de reb. Hisp. lib. 6. c. 18. ann. 693. & his scriptis reperi Motalvum sup. col. 14. vers. *Item nec obstat, cap. cõstituit*, qui sentiens nobiscũ sic eum text. interpretatur. Demiq; doctissimus Covarr. vbi proximè voluit neophytum, id est recẽs cõversum, incapacẽ dignitatum esse, dummodò nuperus Christi miles sit; si tamen longis diebus in Catholica Fide perseveret, omniũ officiorũ & dignitatũ capacẽ esse scribit, cuius viri doctissimi distinctio probatur c. 1. 2. & 3. 48. dist. eamque amplectitur Cord. d. lib. 1. quæstionar. q. 54. vers. octavò principaliter, & col. pen. vers. 7. Et ex dictis satis refellitur opinio interpretũ suprà adducta, refellũtur & alia quæ congerit Otalora de nobil. 3. p. 2. p. c. 7. n. 23. ad fin. Sed etsi daretur ipsum cõversum ad Doctoratum nõ admittendũ, tamen in filjs eius nemo vnquam dubitavit iure communi capaces esse, quod satis est nobis, vt adversus ius cõmune esse dicamus statutũ omnem descendentium Catholicorum seriem excludens. 52 53

Cõstat iam prędicta statuta esse iuri communi contraria, siquidẽ in eis nõ iuris cõmunis exclusio sola observatur, sed exactissima puritatis probatio fit, adeò vt nullo gradu linea modovè descẽdãt à Iudæis vel Sarracenis, aliàs inhabiles reddũtur: ergo rectè infertur incõsulto Principe statutũ huiusmodi fieri non posse, & in specie quòd hæc statuta sint contra ius cõmune, Abbas, Felin. & Rip. in dict. cap. eam te, de rescrip. Barbos. de potest. Episc. glos. 17. tit. 2. p. 1. n. 29, 54

Nec in Academia nostra in contrarium quidquã movet privilegium, de quo suprà, quãtumlibet id à Principe approbatũ esset: nã in ipsius serie expressa adest clausula, *Dũmodò cõtra ius nil fiat*; imò etsi expressa nõ esset prædicta clausula, sed simpliciter facultas concessa ad quęcumque statuta cõdẽda, nõ sufficeret, nisi expressè adderetur, *etiã contra ius commune*, c. quod 55

su-

super his, dē maior. & obed. Suar. de legib. lib. 6. c. 26. num. 7. Greg. decis. 267. num. 7. & 8. Barbos. de potest. Episc. allegat.
56 93. num. 30. vers. *amplia*, vbi addit contra ius commune dici statutum excludens certum genus personarum.

57 Manet firmum statutum absque confirmatione fieri non posse, sed quis confirmabit in nostra Academia? Absque dubio Principis secularis tantùm cōfirmatio requiritur, cùm statutū gubernationē Academiæ sæcularis respiciat, procedātque in hac specie quæ c. 21. latè probavimus: si verò studiorum Vniversitas Ecclesiastica esset, Pōtifex solùm approbare deberet: aut si mixta, vt Collegia Salmāticensia, alterutrius authoritas sufficeret, nisi dicamus hîc etiam Principis secularis, in cuius
58 territorio est Vniversitas, facultatē requiri, saltim, vt in supremo Senatu examinetur an exequi debeat, an verò detrimētū Reip. adferat: quod latè probari potest ex dictis sup. c. 21. à n. 307, Quæ sententia procedere potest, sivè mixta sint Collegia, sivè purè Ecclesiastica. Hinc fortè est, vt Toletanæ Ecclesiæ statutū ab vtraque potestate approbatum sit, vt testātur inferiùs n. 65. referendi. Hinc etiam est quòd nostra Collegia
59 Salmanticensia vtramque habent approbationem ex Bullis, & ex l. 22. tit. 7. lib. 1. Recopil. Vide etiam d. c. 21. tradita, vbi plura, quę hìc obijci possunt, diluūtur, ibi etiam facimus satis illi obiectioni, quā hìc posset aliquis opponere, nempè in sacra Theologia, & Iure Canonico saltim, privativè ad Pontificem spectare statuti confirmationē, cùm ad ipsum pertineat in his scientijs conferre gradum Doctoratus, nā id non credimus verum ex dictis cap. 22. num. 11. & cap. 21. n. 417. Ad Pontifi-
60 cem nāque solùm pertinet privativè, quid docendū sit, gradus verò in suo Regno Principes cōcedere possunt, vt possunt etiā cathedras Vniversitatesque erigere harum professionum inconsulto Pontifice, dantur verò gradus authoritate Pōtificia, vt in vniversa Ecclesia valeant, diximus cap. 21. num. 106. & latiùs infrà cap. de Cancellario.

61 Sed an hodie in Hispania nostra hæc statuta noviter ferri. cōfirmarique debeant, iure dubitari potest, præcipuè in studio generali, in quo Pater Cordub. in quæstionar. lib. 1. quæs. 54. cōcl. 3. in princ. & versic. *& eandem notetur*, defendit in gradibus studiorum generalium licita non esse statuta, de quibus agimus, nisi restricta ad proximiores gradus ascendentium, &

evi-

euidenter notos; in quibus probabilis timor sit reincidendi in hæresim auorum, ob recentem infidelitatis memoriam, in Collegijs tamen Salmanticensibus, & alijs per priuatos erectis, posse hæc statuta quātùm fundatori libuerit, rigidè, obseruari, potuit enim vt rei suę moderator sic disponere, quod secus est in publicis muneribus, iure communi debitis, vt sunt gradus Doctorum, quæ sententia adstrui potest ex Caiet. in opuscul. tom. 2. quęst. 6. Didac. Per. leg. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. col. 5. vers. *sit igitur conclusio*, Montaluo leg. 2. verbo *tornadizo*, tit. 3. lib. 4. fori, Enriquez Mauroy in Apollogia ad Ecclesiam Tolet. Menchaca de succes. progres. lib. 1. §. 4. num. 44 omninò videndus Mariana de rebus Hispan. lib. 22. cap. 8. quo loci refert anno 1449. Ioanne II. regnante, plebiscitum Toleto factum quo Iudæorum descendentes, quamuis conuersi, & à conuersis originem ducerent, honoribus muneribusque publicis arcebātur, quod plebiscitum post modùm impietatis, & temeritatis accusatum, publicis thesibus à Caurensi Episcopo, seditioni & tumultui causam dedit, & Mōtalvus ex præcepto Ioannis II. in idem Toletanum edictum scripsisse refert loco proximè adducto, in quo libellum de hac re tunc scriptum inserit. Demique Nicol. V. Pontif. Max. eodem anno idem plebiscitū, & similia, impia, & iniqua decernit anathemate feriens ea in posterum obseruantes, semper tamen non sine re exprimitur, hoc procedere in muneribus, & officijs publicis, & iure communi debitis prout sunt Doctorū gradus, non in Collegijs priuatorum, & ita rectè id Pontificale decretum accepit Cordoua suprà. 62

Quamuis enim Collegiorum, Equestrium ordinum, sanctæ Inquisitionis vetustissima statuta suo origine iustam promulgationis causam habuerint, quippè cum Iudæorum, & Sarracenorum colluuies Hispanias inundasset, aduersus quorum superstitiones, & contagia, non sine numine, vt pie credi potest, statuta puri sanguinis adinuenta fuere, eorumque primum fuisse in nostro Conchensi Collegio non leues cōiecturę suadent, propè est vt iniquum videatur noua statuta condere in medellam mali iā penè extinti. Vidimus heri primeva illa statuta inter opinatorum procellas non leue naufragium passa, è quo si non fracta, & illisa, sic tamen legibus latis sensim dissimulatam ruinam sentiunt, vt 63

Laxis laterum compagibus, omnes
Accipiant inimicum imbrem.

64 Ergo nunc Princeps nouum statutum permittere? absit meo iudicio: seruent Collegia suas priscæ Christianitatis leges seueras, saltim vetustatis religione venerabiles, priuatę enim societates sunt, at Salmanticam, vniuersalem scientiarum matrem, totius orbis alumnis literarum educandis natam, non hę otiosæ statutorum disquisitiones decent. Floruerũt eis fere omnes Europę Academię, floruit & Salmantica nostra omnium Princeps, floruit (inquam) & floreſcit in dies hoc statuto neglecto, non leuiter mouear si futurum prædixerim, vt statuto decreſcat, quæ sine statuto magnitudinis terminos contingit. Sed hæc alij viderint, me scriptionis occasio, & almę matris amor in verba compulit.

65 Cętera de iustitia statutorũ in Ecclesijs, maioratibus & alijs, latè scripserunt plures, vltra quos ego expendere soleo verba sacræ paginę lib. 1. Esdræ ca. 2. ibi *Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ & non inuenerunt eam, & eiecti sunt de Sacerdotio.* Vide Simanc. de cathol. inst. cap. 46. num. 22. & in recentiori impressione, tract. 47. num. 28. & nu. 83. Couar. dict. Clement. si furiosus 1. p. §. 2. nu. 8. Otalora de nobilit. dict. 3. p. 2. p. cap. 7. Mieres de maiorat. 1. p. quæst. 51. & 66. num. 10. Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. num. 28. Azeued. l. 22. tit. 7. lib. 1. Recop. Bernar. Diez prax. cap. 23. per tot. maximè num. 11. Oxeda de incompatibil. p. 1. cap. 23. num. 1. & 151. Gonçalez regul. 8. Cancel. Glos. 4. num. 161. Lara de anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 2. & num. 11. de probationibus, & num. 140. de Indis, & Æthiopibus, Ze-
66 vallos, quęst. 900. num. 84. vsque ad 141. Bouad. lib. 3. cap. 8. n. 9. & lib. 1. cap. 4. num. 26. & per tot. Roman. singul. 672. Roderic. Zamor. in speculo vitæ lib. 1. cap. 8. Auendan. cap. 19. præ-
tor. num. 20. & in Dictionar. verbo *Iudios*, Matien. de relator. 3. p. cap. 3. Azeued. in Curia Pis. lib. 1. cap. 12. num. 23. Peguera
67 quæst. crimin. cap. 13. num. 11. & 15. Vbi de statuto confratriæ Sylua resp. dict. lib. 1. resp. 12. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 14. nu. 17. Molina de iustitia, tract. 2. disp. 207. Sanchez lib. 1. de matrimon. disp. 34. num. 39. Pater Cordoua in quæstionar. dict. lib. 1. quæst. 54. per tot. vbi latissimè Parlad. different. 147. §. 5. n. 8. Roxas singul. 104. Doct. Amaya lib. 2. obs. cap. 6. n. 52. Barbosa de potestat. Episcop. 1. p. tit. 2. glos. 17. per tot. vbi n. fin. de iterandis probationibus cum Lara dict. lib. 2. cap. 4. nu. 90. & de tabellione an possit esse Iudæus, vel filius Iudæi, Gregor.

Lo-

Lopez, l. 2. tit. 19. p. 3. Couar. cap. 19. pract. nu. 4. Paz in prax. tit. de tabellione. Mariana de reb. Hispan. d. l. 22. cap. 8.

Denique fas sit in Augustissimi nostri Conchensis Collegij laudem repetere, proculdubio videri, primum fuisse omnium in Hispania Collegiorum, & Ordinum (earum scilicèt quæ tempestate nostra durant) in quo constitutione scripta, & vsu, hæ puri sanguinis probationes inductæ sunt, primũq; quod ab ipso fũdatore in limine, vt aiunt, hoc statutum inter cætera accipiens, nũquam sine statuto vixit, cuius exemplum Equitum Ordines, Inquisitionis tribunalia, & Collegia secuta sunt, licèt enim ad annos 1500. plus minusuè, nostrum Collegium fœliciter cœperit quo tempore iam Equitum Ordines vigebant, & nõnulla in Hispaniã Collegia, eo tamen veteris Christianitatis statuto in sua institutione carebãt, vt ex constitutionibus, quas perlegi, mihi constitit, & ex historijs cuique liquebit, his adde, circa Collegiorum quæ Maiora dicuntur, statuta, Ioannem à Roxas olim nostrum singul. fidei 104. vbi nostri statuti, & Toletani verba refert, noster etiam Amaya lib. 2. obs. cap. 6. num. 52. Denique ex his quæ in statuto puritatis differuimus, facile poteris aliarum quàm plurium quæstionum decisionem depromere, veluti, si nobilitatis qualitas, seu alia similis, Doctorũ gradibus imponi statuto velit, aut si exactiones, siue quę propinæ vocantur, augeri velint, qua in re notanda semper erit prohibitio, ne quid pro licentia docendi exigatur, de qua in rubr. & cap. 2. & 3. de magistr. & in eodem tit in 6. & Clement. vide etiam quæ scripsimus sup. cap. 21. num. 276. & 278. notandum est item consil. Decia. 14. vol. 1. vt clerici teneantur contribuere ad salaria Doctorum publicè profitentium, licèt auctoritas Pontificis deficiat, Marta de iurisd. 4. p. cas. 1. n. 13. 68

Sed an Academiæ concilium imponere possit collectã vniuersis studiosis? Respond. minime: nisi Principe consulto, & cõfirmante, vel nisi tria millia nummorũ non excedat, & in summa hæc quæstio decidenda est ex legibus Regijs, quæ in Concilijs populorũ loquuntur, cũ vt sæpè diximus, ad exẽplũ Reip. Vniuersitates in pluribus iudicentur, & probatur leg. 1. §. quibus, quodcuiusq; Vniuers. quid autẽ iure Regio cautum sit, percipies ex l. 1. tit. 6. lib. 7. l. 15. vers. *y mandamos*, tit. 7. lib. 7. l. 25. tit. 6. lib. 3. Recop. & post Azeued. ibi latè Flores lib. 2 variar. quæst. 21. à nu. 12. Bouadilla lib. 5. cap. 5. n. 13. Cancer. 3. p. cap. 13. à num. 69

70 nu.98 & cap.4.num.222.Inter consentientes tamen rectè im-
poni poterit collecta, siue Doctores, siue studiosos: nam cum v-
niuscuiusq; accedit assensus, non collecta, sed obligatio priuata
est, nec Regius assensus desideratur, vt supradicti notant, & in
Collegijs Florez vbi proximè num. 53. & quid iure communi
attento in prædictis quęstionibus latè per supradictos. Docto-
71 res in concilio, an possint suffragium semel præstitum, seu votũ
emissum emmendare, vide cap.publicato 53:de elect. Abb.cap.
absens 23.num. 3. de prębend. & cap.ex conquæstione de resti-
spol.num.12.Host.tit.de elect.in sum.num.21. Innocent.cap.
in causis 30.de elect. Tusch.lit.E.concl.58.Marta in compil.de
cis. to.6.tit. *Electio*, cap.18.Bouad.lib.3.cap.8.num.64. & 65.
Cur.Filip.1.p.§.2.num.39. Addo singularem locum in cap. nul-
lib.8.de elect.in 6.glos.Dyn.&Dec.in cap.quod semel, de regu
lis iuris in sexto.

De iurisdictione Conseruatoris, & executoris Academi ci, an Ecclesiastica, an sæcularis, quando Pontifex vel Princeps eos dare possint, quando reuocare, & plura quæ ex his inferuntur maxime quando appellandum ad Principem delegantem, De recusatione, neque exemptione iudicum studiosorum. Quando, et per quos puniri, aut syndicari possint, & quando ab ordinarijs locorum si excedant prohiberi, & apud nos Scholæ-Magister qualiter à Salmantino Episcopo, et Ecclesiæ capitulo exemptus, de precedentia in subsellijs, & obsequijs vulgo acompañamientos *Episcopo præstandis, et de precedentijs Academiæ late.*

CAPVT XXIV.

1 CAp.9.& 10.huius tractatus diximus, Salmanticensem Scho-
læ-Magistrum, iudicem ordinarium esse, & preterea Con-
fer-

eruatorem, & executorem, quam Conseruatoris, & executoris iurisdictionem delegatam esse nō ordinariam probauimus, cap. 19. Hęc duo conuincunt, non solùm ordinarium, sed delegatum etiam iudicem esse Scholarum Magistrum, cum verò diximus, c. 21. vniuersam eius iurisdictionem sæcularem esse, tam in causis ipsius Vniuersitatis, quàm in causis singulorum si laici sint, neq; Ecclesiasticam exerceri nisi in clericos, aut causis sua natura spiritualibus, infertur sexto principaliter, iurisdictionem Conseruatoris eodem modo, ac ordinariam, non Ecclesiasticam, sed sæcularem & Regiam esse, & quamuis hoc in specie pluries probauimus maximè cap. 21. num. 76. ex *Rebuf.* P. Gregor. Molina, Zeuall. & alijs, tamen hic latiùs rem explanare oportet. Ergò firmiter statuo vbicumque toto hoc tractatu sæcularem esse asseruimus iurisdictionem Scholæ Magistri, cæterorumque iudicum studiosis datorũ, id procedere, siue vt ordinarius, siue vt delegatus Conseruator executorvè cognoscat, pariter vbicumque scripsi, Ecclesiasticam iurisdictionem exercere Academicos Magistratus, id etiã procedet, siue vt ordinarius, siue vt delegatus, id est executor Conseruatorvè procedat studiosorum iudex.

Hinc primo nascitur Pontificem non posse Conseruatorem, executorem, aut delegatum constituere in Academia nostra, & similibus, nisi ad suæ iurisdictionis causas, suorumque priuilegiorum conservationem, in cęteris omnibus Princeps, cui Vniuersitatem sub esse diximus delegatos Conseruatores, & executores priuatiuè dare potest. Secundò infertur, quod licèt Pontificiæ constitutiones Salmanticenses, de quibus dict. ca. 10. num. 2. generaliter, & indistincte Conseruatorem, & executorem constituant, attamen si constitutiones dictæ per Principem approbatę non forent in l. 18. tit. 7. lib. 1. Recop. & alibi sæpè, seruari non deberent nisi quoad causas spirituales, & clericos studiosos (clericos inquam non vtcumque, sed tales, qui iuxta Concil. Tridēt. & Regias leges foro gaudeant: nã de his clericis loquimur, quoties in hoc tractatu clericorum mentionem facimus, saltim vbi Tridentina Synodus seruabitur, vide quæ scripsi cap. 21. num. 356. vsq; ad 366 laicusque in hoc tractatu dicitur omnis, qui foro non gaudet, Azeued. l. 10. nu. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. Salgad. de reg. protect. 4. p. cap. 14. nu. 82.) secuta verò Regia approbatione non tàm vt Pontificiæ, quàm vt Regię constitutiones valebunt in omnibus, quæ ad Regiam iurisdictionem expectant, l.

1.§.sed neque, C.de veter.iur.enucl.l.si filius 19.de testam.dixi cap.21.num.158.supra.

6 Tertiò infertur, posse Principem, aut etiam Pontificē vnū-quemque vsque ad suę potestatis terminos prędictā iurisdictionem, sic mixtam & vnitam separare, ita vt vnusquisque suos iudices, suos executores, suos Cōseruatores habeat, prout nonnullis Academijs seruari dixi d.c.21.n.76.vid.etiam dicta n.19. vsque ad 193. Imò & absque causa posset hanc iurisdictionem Princeps reuocare, & gubernationis modum alterare, dummodo sequens forma æquè Vniuersitatis felici moderationi conueniret, nec deterior huius Reipubl. status fieret: nam licèt regulariter Princeps legem iustam sine causa tollere non debeat, sunt tamen plura, quæ possunt libere iure humano statui, atq; reuocari ad Principis nutū, quòd in his minimè versetur Reipub. status, quod doctè explicat, & exornat Conar. in c. alma mater 2.p. in initio n.2. vers. *ad primum*, & cap. 31. pract. n. 4.

7 Quartò deducitur ex dictis iuncto dict. c.9. & sequentibus, facillimè cognosci posse, quādo Scholæ Magister, seu alius similis iudex, vt ordinarius delegatus vè Regius proceadt, quādo autē vt Ecclesiasticus; causa scilicèt inspecta, an sæcularis, an Ecclesiastica sit: ex ea autem inspectione complura, eaq; vtilissima, profluunt, nam si, vt Regius iudex processerit, tunc quoad ci-
8 tationes, appellationes, recusationes, cæteraque omnia iudicij solemnia, Regijs legibus res iudicāda est, si autē vt Ecclesiasticus, ius canonicum omninò seruandum erit, nisi aliter speciali Academiæ lege sit cautum.

9 Quintò, ex eodem fonte dimanat omnia, quæ circa appellationes diximus d.c.21. §.9. & in appendice ad n.186. non solùm procedere in iurisdictione ordinaria, sed etiam delegata, siue in Executore & Conseruatore: imô in his alia fortiori ratione, quia quando studiosorū iudex, vt delegatus à Principe procedit, solus Princeps appellabitur, si verò vt delegatus à Pontifice, ad ipsum Pontificem appellandū erit, & in casibus in quibus delegati sæcularis vices gerit, ius Regiū, in quibus verò Ecclesiasticus est, ius canonicum seruabitur, de differentia verò inter
10 vtrūq; ius, & de appellatione delegati ad delegantē vid. l. Imperatores 21.§.1.de appellat. l.1. in princ. & l. fin. quis & à quo appell. l.1. C. qui pro sua iurisdict. l.21. tit.23.p.3. l.20. ti.4. l.12. tit.5. lib.2. Recop. Greg. Lopez, & Azened. dictis leg. De iur-

canon. cap. super quæstionum de offic. deleg. cap. si delegatus 11
eod. in 6. latè Fachin. lib. 1. controuers. cap. 78. Amatis decis. 47. Fab. in eod. tit. de appellat. definit. 30. Donel. & Ossuald. lib. 28. com. c. 7. lit. B. Scaccia de appellat. q 8. n. 10. & art. 2. per tot. Curia Philip. 5. p. §. 1. n. 11. à quibus discere potes quid 12
dicendum in delegato ab alio, quàm à Principe, in quo ius canonicum à ciuili distat, Fachin. suprà, latè etiam pro materia Bouad. lib. 2. c. 21. n. 32. & n. 83. vbi de differentijs inter dele- 13
gatum, & ordin. vid. etiam relatos suprà c. 12. n. 4. Zeuallos *de las fuerças*, 2. p. q. 47.

Illud etiam in hac parte monitu dignum est, quòd cum iudex 14
studiosorum non solum delegatus, sed ordinarius sit, vtriusque Principis, licèt ab eo vt delegato nunquam nisi ipse Princeps appelletur: attamen quando vt ordinarius iudicat, secus erit iure communi attento, quod latè explicuimus d. §. 9. cap. 31. in
nostra tamen Academia, & similibus, hęc differentia, cessat 15
semperq; Princeps adeundus est, sine vt ordinarius, siue vt delegatus iudicet, ob exemptionẽ, & immediatã Principibus subiectionem, de qua d. c. 21. n. 196. & 206. Nec in his casibus po- 16
terit ad Cancellerias appellari ex ibidem dictis num. 196. id circò nec procedit dispositio dict. l. 12. tit. 5. lib. 2. Recop. quæ tamen iure communi attento, etiam studiosorum iudices delegatos ordinariosue comprehenderet.

Sextò vtilissimè infertur, quid iuris erit, in recusationibus 17
Scholarum Magistri, cæterorumque iudicum studiosorum, nam quoties vt Regius iudex cognouerit, absque vlla causæ expressione siue probatione recusari poterit, eadem forma qua cęteri sęculares iudices recusari solent: si verò vt Ecclesiasticus procedat, ius canonicum obseruandũ erit, & causa probanda. Præ- 18
terea, cum pluries aliæ sint differentiæ in recusationibus iure ciuili, vel canonico attento, ad has omnes proculdubio hæc illatio expectabit, & ne in re notissima immoremur de differẽtijs inter recusationem iure ciuili & canonico, vidè Couar. c. 26. pract. & copiosè Paz vir sine rubore laudandus, & solo argumento ignobiliore oppressus in praxi 1. p. 2. tom. cap. 6. n. 2. vsque ad 28. & 1. p. 1. tom. 10. temp. à num. 18. & 5. p. 1. tom. c. 3. § 12. nu. 52. & 6. p. cap. 1. latè agitatur materia in l. apertissimi, C. de iudic. cap. cum speciali, cap. secundo requiris, de appellat. l. 22. tit. 4. p. 3. l. 1. tit. 16. lib. 4. Recop. Greg. Lopez, &

Azeg

Azeued.vtrobique l.16.tit.10.lib.2.Recop.& post Rebuf.tra-
ctat.de recusat.Couar.cap.26.pract.Mascard.concl.952. Paz
19 vbi sup. Et de recusatione Conseruatoris, in Trident. Sess. 14.
de reformat.cap.5.Monet.de conseru.cap.9.nu.9. Barbos. de
potestat.Episcop.allegat.106.num.32.& sequentib. Zerola in
praxi 2.p. verbo *recusatio*, Cur.Filip.1.p.§.7.latè Bouad.lib.3.
20 cap.8.num.117.& lib.2.cap.21.num.158.latè Rodrig.de mo-
do exam.proces.cap.10.n.39. Qui omnes in ordinarijs, & de-
legatis, tàm iure canonico, quàm ciuili rem disputant. De recu-
satione Rectoris iam diximus suprà cap.6.nu.40.sed omnia su-
21 prà dicta, & Rectori & cæteris applicãda nisi speciali statuto ali
ter caueatur. Postremo dubitari potest, an Scholæ-Magister
quoties appellatione remota, aut summarie, & de plano cognos
cit (quod ferè semper contingit, vt scripsimus ca.15. & sequen-
tib.) an inquã tunc recusari possit, dubitationẽ mouet, quòd re-
mota appellatione cẽsetur remota recusatio. c. super eo el 2. de
appellat. Sed adhuc contraria sententia tutior, & verior est, nisi
frinola, aut dilatoria recusatio sit, c. postremo de appellat. & vl-
tra nuper adductos latè Moneta de conseruator. c.9.n.9. & cau
sas recusationis in vnum congressit, Francus dict. c. postremo,
Marant.3.p.6.p.princip.n.24.vsq; ad 73. Speculator de iudic.
deleg.§. super est, & de recusatione notarij, Doct.c. statutum, §.
notarium, de rescript.in 6. Gail lib.1.obser.33. Caputaq.decis.
202.p.1.

22 Circa quod illud in Martin.V.constitutionibus reperi, const.
1.pag.7.vers *& volumus*. scholarum Magistrum solo iuramento
recusari posse, iuxta iuris ciuilis formam: qui tamẽ in casu spe
23 ciali loquitur constitutio cum scilicèt de electione Rectoris tra
ctatur, idcirco à superiori distinctione in cæteris causis recede-
re tutum non puto.

24 Septimò infertur, Rectorem, & scholarum Magistrum Sal-
manticensem cęteroſq; similes quoad ea omnia in quibus sęcu-
larem potestatem exercent, omninò exẽptos à Pontifice, quoad
illa verò in quibus spirituali iurisdictione vtuntur, omninò exẽp
tos à Principe sæculari, non secus ac si per diuersas personas hę
25 duo iurisdictiones administrarẽtur. Inde est, quod de ijs, quæ ra
tione officij admiserint, si quęratur à quo puniendi, vel syndi-
cãdi sint (vt pragmari corũ verbo vtar) dicamus, in omnibus in
quibus, vt Ecclesiastici cognouerint, à Pontifice puniendos, per

ip-

ipsumque iudices ad syndicatũ nominandos : in his verò, quæ ad Regiam iurisdictionem spectant, ab ipso Principe, vel eius supremo Senatu syndicatum, & punitionem petendã, vel ab ijs quos ipse delegerit, quę res in causis singularibus puniẽdis facillimè expediri potest, natura causæ cognita: quotiesverò de 26
syndicatu generali agatur, summè cõveniens erit, vtrãque potestatem in vnum syndicatus iudicem, eumque clericum simul cõuenire, ne pæsivitùs iurisdictionis contentiones oriãtur, quę fortè iustitiæ administrationem impediant. Vnde absque dubio fluxit Salmantini Gymnasij praxis, vt ex permissu Principis appellationum iudex indistinctè esset illustrissimus Nuntius Apostolicus, de quo vide suprà cap. 21. §. 9 & 10.

Hæc omnia sic necessariò ex nuper scriptis, & præmaximè ex 27
disputatis cap. 21. huius tractatus, inferuntur, vt nulla alia indigeãt probatione, nisi vt superiora perlegat qui de nostra sententia dubitarit. Nã ex illo principio, quòd studiosorũ iudex & Ecclesiasticus & sæcularis sit, sequitur, ab vtroq; Principe, & Ecclesiastico & tẽporali syndicari posse pro vniuscuiusque 28
iurisdictione, cũ ad ipsum, ad quem spectat iurisdictio, spectet etiã syndicatus, & officij rationẽ exigere ab omnibus, sivè per petuis, sivè tẽporalibus iudicibus, vt de iure canonico probatur in c. quorundã 1. 34. dist. c. qualiter & quãdo el 2. de accusat. Triden. sess. 24. de reform. c. 5. de iure civili, est l. vn. C. vt omnes iudices, Novel. 8. §. necessitatem, Novel. 95 & 161. l. 6. tit. 4. l. 6. tit. 16. p. 3. l. 1 & per tot. tit. 8. lib. 3. Recop. & vltra ordinar. latè Scaccia de iudic. lib. 1. c. 83. n. 1. & c. 84. n. 23. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. c. 1. & c. 7. Bovadilla lib. 5. cap. 1. num. 31. & 43. Segura in director. c. 13. num 8. & per tot. & in Episcopis, Barbos. de potest. Episcop. alleg. 112. Secundò probatur eleganter, quia ad puniendos excessus ratione officij commissos, ab eo qui duplex officium exercet, inspicitur in cuius officij exercitio crimen commissum est, latè Seraphin. Olivar. decis. 1058. facit etiam decis. Dolan. 82.

Illad notare oportet, ampliorem Potificis potestatem esse 29
in prædictos iudices, si clerici sint, prout ferè semper sunt, quã Principis, nam Põtifex poterit adversus eos quantumvis criminaliter procedere, & pœnis corporalibus coercere, causam scilicèt in pœnis sanguinis delegãdo, iuxt. not. in c. clericis, & 30
§. sententiã, ne cleric. vel monach. quæ iura exornavimus sup. c.

31 6,nu. 60. Princeps verò non niſi eo modo quo cæteros Eccle-
ſiaſticos Regũ perpetua munera ſubeuntes, viſitare, & ſyndica-
re poterit Scholę Magiſtrum, privando ſcilicet eum Regio mu-
nere, & iuriſdictione, & multam iniũgendo, vt ex c. Sacerdo-
tibus, ne clerici, vel monachi, probat quàmpluribus congeſtis,
Bovadilla lib. 2. polit. cap. 18. nu. 99. Salgado, & Mexia relati
ſup. cap. 21. num. 137. quidquid ſcripſerint alij quos referunt
32 Borrellus de Reg. præſt. cap. 71. nu. 34. vſque ad 44. Et de Ma-
giſtrat. lib. 1. cap. 10. num. 32 & in Sum. de ciſ. tit. 63. num. 94.
Girc. de nobilit. gloſ 9 nu. 33. Vega tom. 2. de iudic. à n. 109.
Anguian. de leg. lib. 2. controv. 21. nu. 58. Giurba conſ. 96. nu.
11. Pereir. deciſ. 58. n. 28. Diana 1. tom. tract. 2. de immunit.
33 Eccleſ. reſol. 18. Marra de iuriſd. 4. p. caſ. 127. Quorum ſentẽ-
tia vera eſt, ne poſsint in carcerẽ detrudi, aliter vè perſonaliter
puniri: at verò illud quod de trina monitione requirũt ineptũ
eſt, cum procedat quoties clericus officio prohibito ſe immiſ-
cet ſine licentia ſaltim generali, aut præſumpta: nã ſi ex licen-
tia Pontificali fæcularem iuriſdictionẽ exerceat, prout in no-
ſtro Scholæ Magiſtro, & ſimilibus euenit, monitio vlla imperti-
nẽs eſt, imò eo ipſo quòd licite accepit officiũ Regiũ, hoc eſt
ex licẽtia ſaltim præſumpta, vt diximus ſup. cap. 21. n. 306. &
in appendice ibidem, eo etiam ipſo permiſſu Eccleſiæ, naturali
ratione obligatus manſit ad villicationẽ reddẽdam illi ipſi, qui
adminiſtrationem conceſsit, & in ſpecie quod ſtudiorũ iudices
ſyndicandi ſint per Principem ſęcularem reſoluit cum pluribus
Zevall. 4. tom. quęſt. 897. nu. 606. Bovad. d. lib. 2. cap. 18. nu.
214. Nota etiam ſyndicatum ob iuriſdictionem Regiam iuxta
leges Regni accipiendum, ob iuriſdictionẽ verò Eccleſię iux-
ta iuris canonici regulas, vt in iudice Eccleſiaſtico, qui iuriſ-
dictionem temporalem habet diſertè probat l. 4. tit. 7. lib. 3. re
copil. vbi Azeved. n. 3. eadem diſtinctione in appellationibus à
iudice ſyndicatus vtendum ex l. 8. tit. 3. li. 1. l. 2. tit. 25. li. 4. re-
cop. dixi ſuprà cap. 21. §. 9. & 10. Sed ob confuſionẽ tollendã
optimè fieret ſi ad omnes cauſas illuſtriſsimus Nuntius delige-
retur, qui cum Pontificis vices gerat, vtriuſque Principis pote-
ſtatem ſimul habebit ſi Regium permiſſum habuerit.

34 Secundò noto, id quod nuper ſcripſi, iudices ſcilicet ſtudio-
ſorum in omni eo, quod ſęcularis iuriſdictionis eſt, exemptos à
Pontifice, limitandum, niſi dum ipſam ſęcularem iuriſdictionẽ
exer-

exercent, quid in Ecclesiã eiusvè libertatem commiserint, denique in ijs casibus, in quibus aduersus aliũ quemlibet sæculare iudicem procedere posset Ecclesia, veluti ob violatã immunitatem. Nam & Princeps sæcularis eiusvè supremi Senatus per vim violentię de iniurijs à iudicibus studiosorum, vt Ecclesiasticis, illatis cognoscunt, vt diximus sup. cap. 21. §. 10. 37

Tertiò animaduertimus, hoc quod diximus exẽptos esse ratione officij studiosorũ iudices à Principe in spiritualibus, & à Põtifice in tẽporalibus, procedere à fortiori in ordinarijs locorũ vtriusque potestatis: nam nec per viam excessus, nec vllo alio modo poterunt Episcopi, Prętoresvè iurisdictionẽ iudicũ studiosorũ reprimere, in eosvè animadvertere: imò inhisce inferioribus, exemptionẽ respectiva est; sed vniuersalis, hoc est respectu Episcopi, etiã quoàd spiritualia, & respectu prætoris quoàd sæcularia, quod procedit in Archiepiscopis Primatibus cæteriscq; excepto Pontifice, aut delegato eius vices gerente; in eo districtu, vbi Academia fuerit, item procedit in omnibus Regijs iudicibus, & Cancellarijs, excepto Principe eiusq; supremo Senatu: adeò magna est exemptio Salmaticẽsis gymnasij, vt his tantùm potestatibus subditum sit, Põtifici, & eius illustrissimo Hispaniæ Nuncio, & Regi eiusq; supremo Senatui à cæteris omnibus exemptũ sit, vt probavimus cap. 21. §. 9. à n. 196. & constat ex Bullis, quibus etiam speciale illud habetur, vt censuris & pœnis tẽporalibus possit Scholæ Magister cõpellere ad obseruantiam Scholasticæ iurisdictionis omnes cuiuscumque dignitatis sint, vt alibi latiùs dicemus, & iã scripsimus cap. 6. num. 110. iuncto num. final. suprà. 38 39

Nec obstat, quòd quicumque iudex, sive ordinarius, sive delegatus, etiamsi Principis sit, si supra iurisdictionem sibi mandatã, aut extra territorium ius dicat, prohiberi potest; imò & puniri ab ordinarijs locorũ, in quibus excedit, l. fin. de iurisd. ibi, *Extra territoriũ*, & ibi *Idẽ est etsi supra iurisdictionem*, l. 3. de offic. præsid. l. 1. §. 4. vers. *Si vltra*, & l. fin. de offic. præf. vrb. c. significavit 6. de offic. ordin. pro cuius intellectu vide Monet. infrà l. 17. lib. 1. *foro juzgo*. l. 7. tit. 7. lib. 1. for. l. 7. tit. 4. p. 3. Innocent. cap. si quando, de offic. deleg. doctè cum pluribus Avilez cap. 1. prætor. verb. *nuestros*, n. 6. vers. *Sed quid si aliquis*. qui quęstionẽ tractat in ordinarijs, latissimè in delegato Mãtua post prax. disp. 1. per tot. maximè num. 33. Bovad. 40 41

lib.2.pol.cap.27.num.109.vſque ad 127. Monet. deconſer-
vator.cap.9.num.93.& num.84.latè de materia.

42 Reſpondetur namque prædicta procedere quoties iudex ſtudioſorum notorios iuriſdictionis terminos excedit, veluti ſi vltra dietas reũ trahere vellet, aut inter laicos cognoſceret nul la ratione ſibi ſubditos, ac demum quoties adeò notoriè ſuę iu riſdictionis terminos egreditur, vt ex ipſis cõſeruatorijs, ſtatutiſvè Academiæ id conſtet: nam tunc cũ procedat vt priuatus, reſiſti poterit ex dictis, ſi tamen iniuſtè procederet, etiam ſi no-
toria iniuſtitia foret, vt puta ſi ſententia per ignorãtiã, vel per
43 ſordes lata, vel ipſo iure nulla diceretur, adhuc inhiberi nõ poſ ſet ab ordinarijs, dict.cap.ſi quando, cap.Paſtoralis, §.quia ve-
rò de offic.deleg.cap.Paſtoralis de offic.ordin.cap.cũ contin-
gat de reſcript.ad fi. & ita ſentiũt Decian.1.tom.crim.lib.4.c.
17.n.26. Bovadilla ſup.n.113.quidquid alij aliter ſcripſerint.

Puniri autem iudices ſtudioſorum Academici nequaquam
44 poterunt, aliud eſt enim reſiſti poſſe eorum violentias, aliud ob delicta coerceri, & in hoc ſummè prodeſt exemptio Academiæ noſtræ: nam cæteros iudices puniri poſſe ab ipſis locorum or-
dinarijs certum eſt, quia cùm ibi delinquant, forum ratione cri minis ſortiuntur. Authent. Qua in prouincia, C. vbi de crim.ag. iudices verò ſtudioſorum Salmanticenſium & ſimiles, etiam ſi delinquant non ſolùm in officio, ſed quod magis eſt, extra offi-
45 cium, nullo modo puniri poterunt, pertinet enim punitio priua-
tivè ad Pontificem, vel Principem, vnumquemque ſuis cauſis.

In Academijs verò non ſic exemptis, ſed iure communi at-
46 tento, & Authent. Habita dicerem puniri poſſe iudices ſtudioſo rum ab ordinarijs locorum, ſed à quo quæritabis Scholæ Ma-
giſter prohibendus eſt ſi excedat, aut in alijs Academijs non ſic exemptis puniendus? Ea ſic diſtinguam, vel deliquit in officio, & tũc ſi reus oppreſſus eſt laicus, debebit reſiſti a iudice laico, & coram eo querela exceſſus proponi debet: quia regiam iuriſdi-
ctionem exercens deliquit, non tamen poſſet capi, aut accuſari criminaliter, ſi clericus foret, etiam ſi Academia exempta non eſſet, quia exemptus tatione ordinis reperitur, ſed tantùm pro-
47 cedi iuxta dict. ſupra nu.31. & ſequẽtib. Aut reus oppreſſus eſt clericus, vel etiam ſi laicus, cauſa tamẽ ſpiritualis, & tũc diœce ſanus prælatus adeũdus erit, vel vt ei reſiſtat ſi exẽptus, vt noſ-
ter ſit, vel vt puniat ſi non ſic exemptus, ſed & ipſe diœceſanus

de

de criminibus privatis extra officiū in ſuo territorio admiſsis vindictam ſumet, cap. Epiſcoporum, de offic. ordin. in 6. aut ſi laicus foret ſtudioſorum iudex, clericusve in minoribus, nō tamen talis, vt Tridentino Cōcilio attento foro gauderet, à ſæculari, vt ſtatim probabimus, puniri poſſet.

Denique id quod diximus Pōtificē, & illuſtriſsimum Hiſpaniæ Nuntiū iudices eſſe ſuperiores Scholarum Magiſtri, extende, non ſolùm ad appellationes, & ſyndicatum, ſed etiā ad crimina, quæ tanquam privatus commiſerit extra officium, in quibus ſine dubio Pōtifex privativam iuriſdictionem exercebit in Scholæ Magiſtrum Salmanticenſem, nec Principis vlla cognitio erit in criminibus privatis ab eo cōmiſsis, cū Sacerdos ſit, & ratione ordinis à ſęculari poteſtate exēptus, quoties reus fuerit, tā in civilibus, quā incriminalibus, niſi ratione adminiſtrationis, aut officij Regij, vt diximus. Sed ſi clericus tātùm in minoribus eſſet iudex ſtudiorū, & qui iuxta Concil. Trident. foro non gauderet, tunc dicerem è contra Principē ſęcularē privativè de eius criminibus privatis, & cauſis civilibus, quibus reus eſſet, cognituru, exceptis quę in adminiſtratione officij Eccleſiaſtici admiſiſſet: in cæteris verò vt merè laicus capi & puniri poſſet: & in ſumma, ſi iudex ratione ordinis fuerit exēptus, nō aliàs de Eccleſiæ foro erit, nec ſufficiet deſtinario ad exercendā iuriſdictionē in ſtudio generali: quia Cōcilium Tridentinum non de ius dicentibus in ſtudio, ſed de ſtudentibus loquitur, ijſque non vtcumque ſtudio addictis, ſed de licentia ſui prælati, & quaſi in via ad maiores ordines, iuxta tradita per nos ſuprà c. 21. n. 356. & 363. & quæ inferius cap. ſeq. dicemus. Cūm ergo Concilij qualitates nullo modo concurrant in eo, qui ſolos minores ordines haber, etiāſi ſtudij generalis iudex creatur, ſequitur vt laicum omnino quoad forū iudicandum: ſicuti ſi iudex non eſſet, vtpote Concilij decreto non cōprehenſus, arg. l. Lucius 93. §. Collegio, de legat. 3. ibi: *Non rectè peti quod legatum non eſſet.*.

48

49

50

Facit deinde, quòd Vicarij Epiſcoporum, cæterique familiares in minoribus ordinibus conſtituti, etſi iure cōmuni controverſum eſſet an foro gauderēt, alijs affimantibus, quos congeſſerunt Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 107. num. 9. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recop. gloſ. 22. alijs verò negantibus. Horūtamen negativa ſententia poſt Tridentini Concilij de-

51

cisionem admodum verior est, nempè nec Vicarium, neq; cæteros familiares Episcopi foro gaudere, Segura in direct. n. 7. & 10. Suarez de immunit. Eccles. lib. 4. c. 29. num. 9. Zevall. *de las fuerças* 2. p. quæst. 58. vbi nu. 9. refert Abbat. Felin. Capic. decis. 12. Thesaur. decis. 22. Trētacinq. lib. 2. resol. 1. de foro cō. per. n. 2. Bovad. lib. 2. cap. 17. num. 97. qui plures etiā refert. Parlad. differ. 9. n. 8. Ergo si destinatio ad exercendam iurisdictionem Ecclesiasticam, vel ad servitium ipsius Episcopi non sufficit ad forū Ecclesiasticum obtinendum, nec etiā sufficiet destinatio, seu electio in studij generalis iudicē, quod fortiùs stringit, si cōsideres, nihil movere nos posse, vt diceremus studiosorum in iudicem ob solam electionem foro gavisurū, nisi quod eminētiùs in studio versari dicatur, quia ius instudio dicit, idcircò si Cōcilium studentibus forū indulsit, cur non iusdicentibus in studio? At cōtrà sic est, quòd Vicarius Episcopi, cæteriq; familiares quāvis in servitio Episcopi esse dicātur, dū Episcopo inserviūt: quoad alia privilegia, cap. ad audientiā, 15 de cleric. non resid. Rebuf. in praxi tit. de Vicar. Episcop. num. 5. Tamen foro non gaudent, vt probavimus: ergo eodem modo non gaudebit, vt studio addictus iudex studiosorū, quātumvis studio adesse, sive præesse dicatur. Pariter enim Tridētina Synodo decretum extat in studij residentia, ac in Ecclesiæ ministerio cur non ergo pariter iudicabimus?

53 Et licèt hæc sentētia, quam certissimam putamus, in nostro Scholæ Magistro discuti nequeat, cū & presbyteratū, & præbendā Ecclesiasticā habeat, tamen in Rectore Salmāticensi, cæterisque aliarū Academiarum iudicibus, sive à Pōtifice, sive à Rege, sive ab vtroque, aut à Concilio Vniversitatis eorū facultate eligantur. firmiter credimus, eos ob electionem solà de Ecclesiæ foro nō fieri, etiamsi minores ordines habeāt, idcircò vt sæculares omnes conveniendos, & puniendos, nisi in ijs. qui iurisdictionem Ecclesiasticā respiciant, in quibus ab Ecclesia, quę iurisdictionem cōcessit, & syndicādi, & iudicādi

54 erunt, quemadmodū in familiaribus, & Vicario Episcopi, ego dicerē, pro admissis ratione ministerij ab Episcopo, vel Ecclesia iudicandos: & sic accipio opinionem eorū, qui scripserunt, Vicarium & familiam Episcopi, ipsiusque forum sortiri, hoc est in ministeria tantùm respicientibus, & hoc solùm ipsorum fundamenta convincunt, si rectè perpendantur.

Hanc

Hanc meam sententiā tripliciter limites velim. Primò, nisi Pōtifex expresse iudicem studiosorum in minoribus cōstitutū, non obstante Concilij Trident. decisione, de Ecclesiæ foro cōstituerer, quod etsi in mere sæculari facere nō posset, tamen in clerico in minoribus dubium nō est ex dictis suprà cap. 21. n. 53. & sequentib. Nec iustè, meo videri, posset huius privilegij executio per Priacipem impediri, quasi contra Cōcilium Tridentinū, cuius ipse protector specialis est: quia summè modica Cōcilij derogatio inest, nec in grave iurisdictionis Regiæ præiudicium, quod eo casu cōsiderari posset, quo Pontifex indistinctè minorū ordinum clericos ad iuris cōmunis statutū, quo foro gaudebāt, reduceret. Hàc verò potestatem eximēdi studiosorū iudicis penès nullum alium Pontifice inferiorem inesse credimus, cùm Concilij derogationem contineat. 55

Secundò limita, iure communi attento, quo clerici omnes etiam primæ tonsuræ foro gaudebant, vt diximus suprà c. 21. num. 357. 57

Tertiò limita, quoties ipse in iudicem electus, vel auditor, vel præceptor Academicus esset, in studioq; de licentia sui prælati in via ad maiores ordines assisteret, aut denique; si aliàs etiā ante electionem foro gauderet: nā electus durabit eodem privilegio fruens, non tam ratione officij, quàm quia iuxta Concilij decretum qualitates in eo cōcurrunt, vt foro gaudeat: qui autem sint studiosi, qui vt Ecclesiastici iudicandi sunt, latiùs cap. seq. reperies. 58 59

Hæc omnia in Academia nostra facilè explicari possunt ad officiū Vicarij vulgò *Iuez del Estudio*, item & ad Vicecancellarium, hoc est, eū qui sede Scholæ Magistri vacāte, eligi solet à Doctorū Cōcilio, interim dum ad Principis præsentationem summus Ecclesiæ Præsul successorē instituit, in quibus ex dictis deprehendes quid dicendū, si de eorum exēptione quæratur: nā si is sit, qui ante officiū Ecclesiastico foro fruebatur, eius causæ omnes ad Ecclesiam pertinebunt, nisi in admissis ratione Regiæ iurisdictionis iuxta suprà dicta in Scholę Magistro: si verò laicus fuerit, aut etiam clericus in minoribus, non tamen ex ijs, qui foro Ecclesiastico potiuntur, per omnia Principi subditus erit, iuxta suprà dicta, nisi ratione Ecclesiasticę iurisdictionis. 60

Vidimus de exemptione Scholę Magistri, cæterorumque 61

iudi-

iudicum studiosorum tã ratione iurisdictionis, quàm in privatis causis: sed cũ Salmanticensis noster Scholę Magister Canonicarum, dignitatemque, & alia beneficia annexa habeat in alma eiusdẽ civitatis Cathedrali Ecclesia, dubiũ iustè suboritur, an in causis, quę ex Ecclesiasticis hisce ministerijs descẽderint, Episcopo & Capitulo subsit? insignis sanè quęstio, sed à cuius examinãdæ onere me fœliciter exemit R.D.D. Frãciscus Penia Rotæ Auditor in quadam decisione, cuius series hæc est.

CORAM R P. D. PENIA.

SALMANTINA EXEMPTIONIS SVB DIE V. IVNII 1591.

62 IN Civitate Salmãtina vna est celebris, & antiqua Vniversitas multis Romanorũ Pontificum donata privilegijs, & innumeris Regum Hispanię munita pręsidijs, quia in ea speciali quadam prærogativa literarum omnium videtur considere domicilium, literarum mulæum, & quasi commune liberalium artium, & scientiarum emporium, ac linguarum Hebraicæ, Arabicę, & Chaldææ, florere peritia, Clem. 1. §. vt igi-
63 tur de Magistr. vt non immeritò Leo Papa X. rescripto quodã studio Salmantino privilegia tribuente, enuntiaverit prędictã Vniversitatem inter alias totius orbis Vniversitates, peritissimis cuiusq; professionis, linguarũ, & iuris Doctoribus, quos in notabili numero in dies producit, eximio splendore nitescere, & per eam Fidem orthodoxam non solùm cõservari, verũ illius vndiquè diffusa doctrina ampliùs extolli, & amplificari: cui propterea decuit excellentẽ aliquem virũ quasi Gymnasiarchã præficere: quem tum rescripta Pontificia, tum eiusdẽ Vniversitatis cõstitutiones, imprimis verò 22. 23. & 33.
64 Scholasticum appellarunt. Is, vt ad eam dignitatẽ & præfecturam assumatur, vt 33. cõstitutione cavetur, aut in iure Canonico, vel Civili Doctor, vel in sacra Theologia Magister idoneus, bonę vitæ, & conversationis honestæ, & sufficientis literaturę, ac talis denique probitatis esse debet, vt nulla apud eũ exceptio personarum habeatur. Magnam habet Scholasticus iu-

iurisdictionem, nam sicut 22. constitutione definitur, ad præ- 65
dictũ Scholasticũ pertinet audire, examinare, decidere, & de-
terminare omnes & singulas causas civiles & criminales Do-
ctorũ, & Magistrorũ, Licentiatorum, & Baccalaureorum, &
studentium in quacumque Facultate, officialiumque omnium
Vniversitatis, & familiarium, & continuorum cõmensalium. vt
declaratur in l. 18. tit. 7. lib. 1. novæ Recopilat. legum Hispa- 66
niæ. Vnde factum est, vt tanquam Conservator privilegiorum,
immunitatũ, & exemptionum omnium personarum, & execu-
tor constitutionum, ordinationum, & statutorum Vniversita-
tis, eiusdem index ordinarius constitutus, cui ipsa Vniversitas
immediatè post sedem Apostolicam subijcitur, in eadem civi 67
tate Salmãtina publicum tribunal, cũ iudicibus à se substitu-
tis, Locum-tenentem, Executorem, Apparitores, & Nuntios,
Notarios, & alios necessarios ministros, & carceres teneat,
vt testes iuxta 8. vigore Remissoriæ examinati consormiter
testificantur.

Eam porrò iurisdictionem Scholasticus privatiuè quoad E- 68
piscopum Salmantinum, & quemlibet alium iudicem exercet:
nam constitutione 23. cautum extat, ne quis de gremio Vniver
sitatis, ratione submissionis, delicti, vel rei, ad cuiusvis instan-
tiam coram quocumque iudice Ecclesiastico, vel sęculari, sed
solùm coram Scholari Salmantino, vel eius Vicario civili-
ter vel criminaliter conveniri possit, aut quoquo modo trahi,
permissa tamen iurisdictione Episcopi Salmãtini, vt 22 consti-
tutione docetur, quantum ad sibi subditos clericos suæ civita-
tis, & diœcesis: nam quantum ad istos, locus est prœventioni
iudicij, cùm possint, vel coram Episcopo, vel coram Schola-
stico conveniri.

Tametsi verò qui in tam insigni Vniversitate cõtra tam in- 69
numeras, & egregias personas ad eam vndique studiorum gra-
tia confluentes, rã latè patentem exercet potestatem, ab Epis-
copali iurisdictione meritò foret censendus immunis, nihilo-
minus ante paucos annos Reverendiss. Domin Episcopus Sal
mantinus, licèt fateretur præfatũ Scholasticum ratione offici j
& Conservatoriæ esse exemptũ, & penitus liberum, sibi tamen
subiectũ fore putavit ratione Scholastriæ, quæ est illustris dig-
nitas in Cathedrali Ecclesia Salmantina, cùm iure constitutũ
extet, exemptũ ratione certæ rei, vel loci, nõ censeri exemp-

tum respectu alterius rei, vel loci, vt in terminis de quibusdam
70 Canonicis Capellę Ducis Burgundiæ exẽptis ratione Canonicatuum, subiectis tamen ratione Ecclesiarum parochialiũ, quas ab Episcopo Lingonien. obtinebant, decrevit Innocẽtius III. in cap. cum Capella, de privileg. quo potissimũ fundamẽto cùm ad favorem Reverẽdissimi Domini Episcopi Salamãtin. superioribus annis R. P. Dominus Seraphinus Olivarius Sacræ Rotæ nunc Decanus pronuntiasset, sed Domino Scholastico Remissoria concessa fuisset, ea re producta ad instantiã Doctoris Frãcisci Gasca Salazar, moderni Scholastici viri omni virtute, & literarum scientia præstantis ergo in hac secunda instantia præsuppositis testibus vigore Remissorię pro parte Scholastici legitimè examinatis, & privilegijs, & constitutionibus Vniversitatis, dubitavi, An textus in d. cap. cum Capella. de privileg. obstaret in hoc casu, ita vt Scholasticus nõ possit dici exemptus à iurisdictione Reverẽdissimi Domini Episcopi Salmantini.

71 Et qnia pars Domini Episcopi sępius citata non comparuerat anteà ad informandũ, instante procuratore D. Scholastici, causa diu dilata, tãdem proposita sub isto die 5. Iunij præsentis anni 1591. Domini Auditores concorditer tenuerunt *prædictũ cap. cum Capella.* non obstare, quominus Scholasticus Vniversitatis Salmantin. dicatur plenè exẽptus à iurisdictione Episcopi Salmantini.

72 Fuit enim primò consideratum, Apostolica rescripta Eugenij IIII. Innocentij Octavi, successivè per Iulium Secundum, Leonem Decimum, & Clementem VII. confirmata, tribuentia Scholastico Salmantino, vt nullus de Vniversitate possit corã quoquam alio iudice, quàm coram eo conveniri, non enuntiari concessa tamquã Conservatori, vel contẽplatione alicuius alterius particularis qualitatis, sed Scholastico sub nomine, & qualitate Scholastici, ita vt fateri oporteat ipsum non vti Cõservatorẽ, vel in solis negotijs Vniversitatẽ respiciẽtibus, sed simpliciter, & absolutè, etiã vti dicta dignitate Scholastrię prędictũ, exemptum esse: nam cùm privilegium concessum alicui, est proportionabile sub omnibus qualitatibus in eo concurrẽtibus, & est concessum sub nomine appellativo, tũc potiùs cẽsetur absolutè, quã contẽplatione alicuius certæ qualitatis cõcessum. Abbas in cap. quoniam Abbas uum. 8. vers. *si autem ex*

ver-

verbis, & n. 13. vers. *quid si dno* de offic. deleg. quem ibidem se- 73
quuntur Decius nu. 41. vers. *tertio Abbas concludit*, & Berous
n. 88. vers. *ex verbis Abbatis*, illa enim expressio dignitatis, &
qualitatis Scholastici operatur, vt dispositio cẽseatur facta de
illo, velut de tali, qualis enunciatur, Abbas consil. 115. num. 12
vers. *præterea vbicumq;* ii. 2. sicut de eo, qui se procuratorẽ no-
minavit. vt censeatur, etiã si id non exprimat, intuitu eius qua-
litatis actum gessisse, traditur in l. quacumque, ff. de procurat.
Bart. in l. fin. de instit. Silvan. cons. 9. incip. *quoniam solet*, n. 3. 74
& seq. Idẽ iudiciũ fit de eo qui hæres, qui tutor, qui nepos no-
minatur, aut de quo sub certa qualitate fit mẽtio, Romanus cõ
sil. 88. in principio, Alben. cons. 42. num. 3. Alciatus cons. 3.
num. 14. lib. 2. Purpuratus, cons. 14. num. 11. Ægidius decis. 5.
& decis. 423.

Præterea à eadem rescripta Apostolica personis Vniversita- 75
ris privilegia exemptionũ tribuentia, post expressos Rectorẽ,
Scholasticum, Doctores, & Magistros, continent illa verba,
aliasque Vniversitatis personas, vnde patenter infertur Rectorẽ,
Doctores, & Scholasticum, qui est Conservator, & index or-
dinarius studij Salmantini, esse personas eius Vniversitatis.

Nec prælictis obstat textus in dicto cap. cum Capella de 76
privileg. in quo potissimũ est fundata decisio R. P. D. Seraphi-
ni sub die 13. Decemb. 1582. quia termini illius textus à casu
proposito sunt diuersi nam ibi exemptio tributa Canonici Ca-
pellæ Ducis Burgundiæ, erat restricta ad illã qualitatẽ, quòd
essent Canonici eius Capellæ, & ideò nõ eximebat illos respe-
ctu alterius qualitatis, quatenus scilicet ab Episcopo Lingonẽ-
Ecclesias parochiales obtinebant, vel aliàs eius iurisdictionẽ
respiciebãt, vt apertissimè indicat textus ibidẽ in §. quocirca,
vbi scriptum est ita. *Quocirca mãdamus, quatenus in quãtũ exẽ-
pti sunt eiusdẽ rationeCapellæ. Apostolicis privilegijs defer as reve-
renter, sed in quãtum ratione parochialium Ecclesiarum, vel aliàs
iurisdictionem tuam respicere dignoscũtur, officij tui debitũ in eos-
dem libere prosequaris.* Hactenus ibi.

At in casu proposito exemptio, seu concessio exemptionis, 77
non est restricta ad Scholasticũ Vniuersitatis, nec restringi ra-
tionabiliter potuisset, cùm Vniversitas nullã talẽ habeat Scho-
lastrię dignitatem, & cùm illa dignitas in Ecclesia Salmantina
consistat, potius debuisse ad eã dignitatẽ in præfata Ecclesia

constitentem restringi, sicut apparet restrictè in privilegio Eugenij IV. relato per Clementem VII. ibi: *Ac Scholastico Ecclesiæ Salmantinæ.*

78 Sed illa quoq; casuum differentia difficultatem tollere videbatur, quia in d.c. cum Capella, illi Canonici ratione parochialium non poterãt dici à iurisdictione Episcopali exẽpti, eo etiã nomine quòd parochiales ab eodem Episcopo obtinebant, vt indicant illa textus verba, *qui parochiales Ecclesias à te tenent, &c.* Hic autem Scholasticus non habet Scholastriam ab Episcopo Salamãtino, sed eius tanquã dignitatis electivæ dispositio, vt 33. constitutione sancitur, Sedi Apostolicæ subhac forma reservatur, vt occurrente vltimi vacatione, viro idoneo per Definitores negotiorũ ipsius Vniversitatis, aut maiorem partẽ eorũ eligendo cõferatur, & sic electus per Archiepiscopum Toletanum pro tempore existentem auctoritate Apostolica, aut per Sedis Apostolicæ Legatum, vel Nuntium ab ipsa Sede potestatem Legati de latere habentem, infra tẽpus à iure statutum confirmetur: illo addito, quòd propterea à dicto Archiepiscopo nulla potestas, vel iurisdictio, aut superioritas supra Scholasticum concessa, vel tributa esse cẽseatur, multò ergo minus talem iurisdictionem Reverendissimus Episcopus Salmantinus prætendere poterit.

**Hodie ad Principis præsentationem Pontifex instituit vt habes supra c. 8.*

79 Satis minus vrgens visum fuit aliud eiusdem decisionis fundamentum, quod Scholastico Salmantino, Salmanticæ cõmoranti, nõ videatur applicari ratio cõsiderata in privilegio Innocentij VIII. relato per Clemen. VII. quod Rector, & Scholares literarũ studia sequentes pro rebus suis in partibus remotis defendendis intermittere cogebantur: tùm quia idẽ Innocentius in expressione eius rationis facit mẽtionẽ de Scholastico, vnde verbis existentibus claris cessant subtiles interpretationes, Aymo cons. 4. n. 21. tũ quia Innocẽtius loquitur de rescriptis delegatorum, quorũ vigore omnes æqualiter ad diversas partes, & tribunalia trahebantur, quæ ratio Scholasticum etiã cõprehẽdit, tũ postremò, quoniã illa nõ fuit finalis privilegiorum causa, sed aliæ in alijs Pontificum rescriptis (illa excepta) narratæ.

80 Postremo obseruantia subsequuta, quæ omnium dubiarum dispositionũ solet esse fidelis interpres, l. si de interpretatione de legib. c. cùm dilectus, §. dictus verò de consuetud. cap. certi-

tificari de sepult. Dominos etiã movit, vt pro Scholastico sentirẽt: nã licèt in casu proposito versaremur in dubio, testes vigore Remissoriç examinati illud tollunt, cùm iuxta octavum, & nonum interrogatorium, & super quarto articulo cõformiter deponãt, semper Scholasticũ fuisse in hac possessione exẽptionis, & Episcopos Salmantinos nunquam contra Scholasticos processisse, imò occurrẽtibus casibus, in quibus erat cõtra capitulares procedendũ, semper ab Episcopis exceptos fuisse Scholasticos, id quod testes propositis aliquot actibus, & exẽplis satis parenter ostendunt. Ex quibus longa obsrvãtia roborata respectu Scholastriç probatur exemptio. Aym. cons. 101. n. 3. & cons. 201. n. 11. & cons. 274. n. 7. Silvanus cons. 63. n. 18. & cons. 65. n. 17. & cons. 98. n. 18. Menochius cons. 37. n. 97. Riminald. Iun. cons. 102. n. 5. & seq. Gabriel consil. 89. n. 17. & 18. lib. 1. Bartholomçus Socinus cons. 145. num. 2. lib. 1.

Stantibus itaque Apostolicis privilegijs (quorum tenore inspecto sub die 27. Iunij 1582. fuit concluſum pro manutentione ad favorem Scholastici) & constitutionibus Vniversitatis, & observantia per testes Remissoriales legitimè probata, Domini à præfata decisione sub die 13. Decemb. 1582. recedẽtes Scholasticũ, etiã respectu dignitatis Scholastriæ, in Ecclesia Salmãtina existẽtis, à iurisdictione Reverẽdissimi Episcopi Salmãntin. pro tẽpore præsidẽtis exemptum censuerunt, ac minimè mutanda, quæ eandẽ interpretationem semper habuerun,, l. minimè, ff. de leg. 81

Franciscus Penia Rotæ Auditor.

Doy licencia para que se imprima esta decision y sentencia de la Rota de su Santidad, a 28. de Setiembre de 1591. En Salamanca.

Gasça Salazar Scholasticus.

§. I.

Quæ obsequia teneatur Scholæ Magister Episcopo Salmant. exhibere, & de præcedentijs latè.

82 HVIC Quam transcripsimus decisioni Rotæ, nonnulla adhuc sunt non inutiliter addenda, & primũ quidem in hoc exẽptionis articulo ex facto fuisse quæsitum, an Scholæ Magister teneretur Episcopũ Salmanticensem comitari, quoties Ecclesiam, vel chorum ingrederetur, aut egrederetur, quemadmodũ cæteri de Capitulo, qui consuetudine longa id obsequium prælato suo præstãt. Pro negante sentẽtia facit ampliſsima exẽptio, de qua in nuper scripta decisione: si etenim nullo alio iure subditus Episcopo dici poterat, nisi ratione Scholastriæ, seu prębẽdæ, & in ea amplissimè, & expressè exẽptus reperitur, sequi videtur nõ teneri ad obsequia subditorũ, vtpotè qui in nihilo subditus reputatur.

83 Cogitabã in hoc eleganter expendi posse text. in l. hæres. 8. ff. de obseq. parent. & patr. Notissima sunt obsequia, quæ liberti patronis debẽt, fingenũs libertum extraneo hærede instituto decessisse, eumq; liberti hæreditatẽ adijsse, quæritur, an liberti hęres obsequia patrono debeat, quę libertus prębat? Resp. Paulus, hæredem liberti omnia iura integra extranei hominis adversus patronũ defuncti habere. Ratio est, quia hæres ingenuus exẽptus est ab obsequijs præstãdis, licèt hęres liberti lit. l. 4. §. adversus 16. de dol. excep. ergo pariter dicemus, etsi Canonicus sit Scholæ Magister, exẽptionẽ tamẽ facere, ne ad obsequia teneatur eorũ, qui nõ exẽpti sunt. Facit secũdò text. in

84 l. si duas 5. §. est autẽ Imperatoris 8. ff. de excusat. ibi: *Neq; ad aliũ famulatũ eos cogi.* Deniq; cætera in dicta decisione expẽsa à n. 71. hanc eandem sententiam concludere videntur.

Pro contraria verò conducit, quòd quantacunq; exemptio

85 concedatur, adhuc reverentiæ ius concessum non videtur, imò nec renuntiari potest, l. alia 14. ad fin. solut matrim. ibi: *Quia contra receptam reverentiã, quæ maritis exhibẽda est, id esse apparet.* Roman. sing. 486. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 15. n. 96. Bar-

bo-

bos.cum alijs de potest.Episc. alleg.105. num.75. Vnde est, 86
quòd ius reuerentiale præscribi non possit, cap. cùm nõ liceat,12.de præscrip.cap.cùm olim,cap.auditis,cap.cũ ex officij,eodem titulo,cap.cùm olim el 2.de privil.cap.cùm personæ.eod.tit.in 6. latè pro materia Barbos. de potest. Episc. alleg.128. Denique elegans extat locus Bald.in l.fin.C.de bo 87
nis libertorum,quo loci in specie docuit,Episcopo etiam per exẽptos deberi obsequium comitatus, sive vt ipsi introeunti obviam eant,sicut à cæteris subditis fieri solebat,& refert Oldradum sic respondisse Archiepiscopo Ravennæ.

Sed adhuc omnia huius posterioris sententiæ fundamenta 88
destrui videntur ex communi & recepta distinctione, quæ habet,prædicta procedere in exemptis privilegio ipsius Episcopi,qui ius reverentię eo casu non amittit: in exemptis tamen per Pontificem secus omninò esse,neque eos ad ius reverẽtiale teneri. Planè hæc distinctio quàm elegantissmè probatur in d.l.fin.C.de bon.libert. qua statuitur, posse patronos libertis suis omnia patronatus iura remittere, ius tamen reverentiale semper manebit: sin verò libertus nõ per patronum, sed per Principẽ natalibus restituatur,is nec ad iura obsequialia tenebitur: sic ergo dicemus Scholæ Magistrũ non teneri, cũ non ab Episcopo,sed à Põtifice Sũmo exemptus sit: & hãc distinctionem & sententiam probarũt ex pluribus Flamin. de resig. lib,3.q.11.n.4.Boer.decis.133.n.8.Fusc.d.lib.2.cap.20.n. 22.optimè Cassan.in Catal.4.part.consid.27.

Licèt hęc verissima sint,planeque evincant Scholæ Magi- 89
strum ratione Canonicatus nõ teneri ad iura obsequij,ad quæ cęteri de Capitulo tenentur,tamẽ negari nõ potest,quin Scholę Magister nõ solùm in Capitulo,sed vbicumque Salmãtinus Episcopus & ipse convenerint, debeat reverentiam aliquam Episcopo exhibere,salva exẽptione sua,hoc est,nõ vt Episcopi subditus,sed vt dignitate Pontificali minor, & vt Hierarchicus ordo in Ecclesia Dei servetur; cũ etenim Episcopatus sit 90
maior totius Ecclesię dignitas, cap.1. de privileg. glos. verb. *Episcopus*, in proœm.lib.6.c.venerabilis,de præb.ibi, *Ad culmina dignitatũ*,vbi not. sitque catholicum dogma, Episcopos maiores esse presbyteris,c.4.sess.23.& can.6.& 7.in Trid.quibus decretis profligãtur Novatorũ hæreses,nihil presbyteros ab Episcopis distare asserẽtes,& aliæ,de quibus latè Bellar.to.

1. contrauerſ. lib. de clericis c. 14. Caſtro, Suarez, & alij, quos refert Barboſa ſtatim adducendus, hinc fit, nullam exemptionẽ efficere poſſe, ne Scholæ Magiſter Epiſcopo reverentiam debeat d. c. 1. de privileg. ibi: *Cui debentur excellentiora.* Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6, verſ. *Epiſcopis*, ibi: *Epiſcopis prætereà is honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt eiſq; in choro, & in capitulo, in proceſſionibus, & alijs actibus publicis ſit prima ſedes, & locus quem ſibi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*, c. Epiſcopus cl ſecundo 95. diſtinct. exornat Caſ. n. in catalog. 4. p. conſil. 25. Fuſch. de viſit. lib. 1. c. 2. n. 12. Barboſa de potest. Epiſcop. 1. p. tit. c. 2. n. 3. & 10. & 26. & allegat. 1. n. 4. Nec obſtant verba dict. cap. 6. ſeſ. 25. in Trident. ibi: *Saluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniverſitatibus ſtudiorum generaliũ, &c.* Nam referenda ſunt ad alia immediatè præcedentia, ſcilicet illa, *ij omnes in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubijciantur*, loquitur de Canonicis, & Dignitatibus, & ab his rectè excipit ſtudioſus quoàd iuriſdictionẽ ſcilicet, nõ quoad reverentiam.

92

93 Vndè ſumma prudẽtia ſummus Senatus Regius cum de hoc orta eſſet contentio inter illuſtriſ. D. D. Chriſtophorum de Camara & Murga, Religioſiſſimum Salmanticæ Præſulem, & D. Hieronymum de Avellaneda Scholæ Magiſtrum, rem ita compoſuit, vt Scholæ-Magiſter Epiſcopum comitaretur vſque dum è choro exiret, nõ vltra, cũ cæteri de capitulo in domum vſq; comitantes procedant, quam compoſitionem Regiam cõ-

94 ſuetudo præcedens iuſtiorẽ fecit, quæ in his quęſtionibus omninò attenditur, c. ſtatuimus de maior. & obed. Gammi deciſ. 1. nu. 49. & latius nos inferius, facit optimè d. c. 6. ad fin. verſ. *hæc autem*, Seſ. 25 Trident. Secundo ex dictis infertur in cõſt. Salman. 22. ad finem (in qua cavetur de prȩcedentia in ſubſellijs, inter Rectorem, & Scholę Magiſtrum, vt ſcilicèt Rector præcedat, niſi in gradibus doctorum, alijſq; actibus, in quibus Scholarum Magiſter ſuam optimè Chancellarij iuriſdictionem exercet, in his enim ante Rectorem ſedet, de qua eadem re latè in tit. 57. & in cõcordia fol. 387.) iuſtiſſimè Epiſcopo-

95 rum perſonas exceptas, vt ſcilicèt primũ locũ occupent, iuxta nuper allegatum Concilij decretum, præcedantq; & Rectorem, & Scholæ Magiſtrũ, quod etſi in Rectore nõ ita expreſſe dicta conſtitutione caveatur, attamẽ ſi benè expẽdatur, ſine

du-

dubio id probat: nam si decernit Episcopos præcedere debere Scholæ Magistrum in actibus in quibus, Scholæ Magister Rectorem præcedit, à fortiori in eiusdem actibus Episcopi Rectorem præcedet, ex regul. vulgata si vinco vincentem te, &c. & pariter à simili, vbicumque Rector Scholæ Magistrum præcedit, Episcopus vtrumque præcedet, quod extende, vt non solùm in Salmantino Episcopo, sed in alio quocumque, vel in eo, qui Episcopis superior esse solet, vt sunt Archiepiscopi, Patriarchę, & similes, procedat: quam ampliationem sine dubio petunt verba illa constitutionis, *præter Episcopos, & eorum superiores*, verbum namq; *Episcopos* pluſquã Salmantinum comprehendit, is enim vnus est, verbũ autem *superiores* clarè cæteros Ecclesiæ Principes denotat, & iuxta hæc accipienda sunt quæ in statutis caventur, d. tit. 57. § 6 8. 16 & 18. 96

Sed cùm iuri communi consonent hæc omnia, in cæteris Vniversitatibus obseruanda erunt, quidquid Gemin. in cap. à collatione, de appellat. in 6. scribat, Episcopum in Gymnasio studiorum causa existentem non debere præcedere Rectorem, sequuntur plures relati à Menoch. de arbitrar. cas. 68. à num. 23 Abb. in cap. Postulasti num. 8. de concess. prœb. Veral. Caputaq. decis. 307. Fontanell. de pact. nup. 1. tom. claus. 4 glos. 10. num. 70. & 73. Quod tamen Ludov. Bolog. in Authent. habitam. 363. accipit in actibus Scholasticis, non in alijs, ego sic explico, vt puta si Episcopus Doctor, in Concilio Doctorum resideret, non vt Episcopns, sed vt Doctor, quo casu Rector præcederet, vel si Magisterij gradum acciperet Episcopus: nam tunc in ipso actu conferendi Cancellarius eum præcederet, non vltra nec alijs casibus ex dicto cap. 6. sess. 25. de reformat. vers. *Episcopis*, & cęteris proximè dictis, quibus adde eundem Gemin. in proœm. 6. num. 21. iunct. apostilla Abbat. cap. auditis in principio, de electione, & secundum hanc limitationem accipienda sunt quæ in hoc scripsit Gratian. cap. 106. num. 4. Anguiano de legib. lib. 3. controvers. 33. num. 85. vbi de Rectore Complutensi, & Archiepiscopo Toletano. 97

Denique in hac re illud singulari nota dignum est, quòd præcedentia Episcopalis dignitatis, cæteraque honoris iura in dicto Concilij decreto expressa, nulla consuetudine, vel præscriptione immemorabili amitti possunt; quod accipe respectu Capitularium cæterorumque dignitate inferiorum, de quibus Concilium 98

loquitur. In exteris verò omnibus prçcedentiæ quæſtionibus
99 conſuetudini omninò ſtandum eſt, ſive de ſedendi, ſive de procedendi, aut loquendi ordine agatur, dicto cap. ſtatuimus, de maior. & obed. Inſignis extat in hanc rem locus Anton. Gam. deciſ. 1. per rot. maximè num. 49. Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat. 78. num. 27. vbi latè in proceſsionibus & præcedentijs Religio-
100 num., & num. 36. & per tot. allegat Doctor. in l. 1. de alboſcribēdo, & l. 1. C. de Conſulib. Maſtrillus de Magiſtrat. lib. 4. cap. 13. Ponte conſil. 16. vol. 2. & deciſ. 8. Aloyſius Riccius in praxi Epiſcop. reſolut. 553. cum ſequēt. Franchis deciſ. 388. Valençuela conſil. 34. & 92. Amatis conſil. 30. & 86. Avend. 1. p. cap. 19. nu. 15. Fulvius Conſtant. in l. 1. C. de Conſuliib. libr. 12. Apicella in tutamin. pauper. alleg. 13. per tot. Zevallos *De las fuerças* quæſt. 124. Gratian. Forenſ. cap. 110. & cap. 111. latè de prçcedentia Vicarij inter Capitulum; & ſingulos de Capitulo, qui omnes latè
101 tractāt quando in his cauſis competat poſſeſſorium, & an vnicus actus ſufficiat, idem Gratian. cap. 298. num. 11. Salgado latè de Reg. protect. 2. p. c. 9. idem Gratian. deciſ. 232. Apud quos ferè omnem de præcedentijs materiam invenies, & in præcedentijs *de Corregidores, Peſquiſidores, y Alcaldes ordinarios* vide l. 8.
102 tit. 27. par. 3. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 4. Bovadilla libr. 3. cap. 21. num. 61.

§. II.

De ſede Scholæ Magiſtri in choro Cathedralis Eccleſiæ, & de præcedentijs Rectoris, & Academici Concilij, ſi Epiſcopi, aut ſimiles concurrant.

103 EX quibus facilè decidi poterit dubitatio paucis retrò annis agitata de Seſsionis loco Scholæ Magiſtri in choro: nam licèt Aufrer. q. Tholoſ. 13. & ex eo P. Greg. lib. 15. Syntagm. c. 19. referant Tholoſis poſt Præpoſitū & Priorē, ſedem digniorem occupare; Cadurci verò quintā, alia-
104 que plura pro Scholæ Magiſtri ſede digniori cōſtituenda ſcripta viderim; quantum tamen conſuetudo, & inſtitutio in his valeat,

leat, supra dicta concludunt, & P. Gregor. ibidem fatetur, vndè
sedes ab antiquo visitata retinebitur, nisi specialiter à Pontifice
Summo excellior indulgeatur, quem id posse nemo dubitabit.

Imò vltra omnia, quæ in allegat. pro Scholarum Magistro 105
perlegi, addo ego Abbatis Panormitani authoritatem in capit.
postulasti, de concessio. præb. ibi: *Ex qua infero, quòd vbicumque
prælatus interest in aliquo Collegio, non vt prælatus illius Collegij, sed
vt singularis de Collegio, non debet tenere caput illius Collegij, licèt
persona sua, seu dignitas, sit in se honorabilior quàm dignitas præ-
sidentis in illo Collegio: quia non stat tibi tanquam constitutus in sua
dignitate, sed tanquam singularis de Collegio, debet tamen honorari
ratione suæ dignitatis præcellentis, vt saltem habeat ibi secundum lo-
cum post præsidentem.* Ecce ex Abbatis sententia rectè peti vide-
batur ab Scholę Magistro secunda post Episcopum sedes, quam 106
cum pluribus sequitur reiecta contraria Gratian. c. 106. Forens.
n. 9. & in Episcopo Inquisitore n. 38. Hermosil. in addit. ad Gre-
gor. Lopez p. 5. glos. 2. in prolog. n. 62. nisi respondeas Abbatem
loqui, in eo, cuius maior dignitas esset, ea quam habebat is, qui
Collegio, vel Capitulo præsidebat, vt patet ex exemplo, quod ip-
se subijcit, cùm scilicèt Episcopus cum Rectore studij concur-
rit, non vt Episcopus, sed vt Scholaris, quo casu, etsi Rector se-
cundùm Abbatem præcedat, tamen post eum Episcopus primum
tenebit locum. Simile etiam extat in Hispanis Regibus, qui sunt 107
Canonici in Ecclesia Legionensi, eorumque sedes non prima,
sed post Episcopum prima est, Roder. Tolet. lib. 6. cap. 14. quam
occupasse pluriès Ferdinandos Magnum, & Catholicum, ac de-
mum Philippum Tertium testatur Lobera in historia Legion.
pag. 213. & 214. Denique contra Scholę Magistrum expendi 108
potest doctrina Purpurat. in l. 1. num. 190. cum sequent. de offic.
eius, relati à Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 68. num. 25. quòd
scilicèt Consiliarius Regius si Doctor sit, & in Collegio Docto-
rum sedeat, non vt Consiliarius, sed vt Doctor, non debet præ- 106
cedere antiquiores Doctores; item si (vt hodie sæpissimè con-
tingit) quis in vno Senatu Præses sit, in altero Consiliarius tan-
tummodo, cùm in Senatu sederit, in quo Consiliarius est, non de-
bet antiquiores præcedere, nec Præsidis officium tunc in consi-
deratione est, exornat Menoch. & Purpuratus sup. Capicius, 110
decis. 27. Franch. decis. 274. Baiard. in addit. ad Clar. quæs. 38.
num. 10. Fontanel. de pact. 1. tomo claus. 4 glos. 10 p. 2. à num.

68. & sequent. Gratian. c. 111. n. 12. vbi quòd nil impeditvnum, eundemque aliquando, vt dignioris, aliquando minoris dignitatis considerari respectu diversi ministerij, idem Gratian. cap. 298. per tot. & num. 34. de Auditore Rotæ in Archiepiscopum electo cũ retentione Auditoratus. Sed licèt quæ hucvsque scripsimus, de præcedentijsverissima sint: quia tamen plurima occurrere possunt, quibus decidendis dicta non sufficiant, nonnullas trademus regulas, quibus fermè omnis præcedentiarum quęstio dirimi potest.

111 Prima, ante omnia inspicienda erit consuetudo; secundùm quam præcedentia definienda est, nec vllo modo quis illustrior, quisve antiquior sit, considerabitur, nec vlla alia causa hanc regulam probat Salgado de Reg. protect. cap. 9. 2. p. n. 18. & eam latè exornavimus suprà numer. 99. & num. 98. diximus id fallere in Episcopo ex nova Trident. decis. circa locum, & præcedentiam cum Capitularibus. Diximus etiam qui Auctores requisita consuetudinis huiusmodi scribant, & an in hac causa detur sum-
112 marium possessorium, sufficiatque vnicus actus. Nunc addimus inspiciendum quoque, an actus, qui allegatur ad probandam consuetudinem, fuerint meræ facultatis, & vrbanitatis, an verò subiectionis debitę, adeò vt ab vtraque parte extiterit animus præeminentiæ constituendę: nam si hæc non concurrant, nullius mo-
113 menti probatio erit, cùm vrbànitatis voluntariæ non sit prescriptio, Abbas, Bartol. & alij, quos refert & sequitur Gratian. c. 298. forẽs. num. 9. vbi ex quibus præsumatur subiectionem fuisse necessariam, non voluntariam, veluti si transactione, aut pacto constituerentur præcedentiæ, de quo articulo nos latius alibi.

114 Disputat quoque Gratian. eodem loco, an præiudicet successoribus renuntiatio antecessoris in dignitate, officio, vel Colle-
115 gio: & quòd ad prescribendam consuetudinem requirantur 40. anni ex Purpurat. & Sicul. Gratian. cap. 106. num. 8.

116 Secunda regula, si de consuetudine constet, antiquior, inter verò antiquitate pares, aut si de ea non constet, dignior præferri debet, l. 1. de albo scribend. l. 1. C. de Consulib. & de digniore glos. in §. aliam, instit. de bonor. possess. explicant omnes suprà adducti dicto numer. 99. Salgado vbi proximè numer. 26. & 34.

117 Addo & in Episcopis & Archiepiscopis Concil, Brachar. 1. can. 24. aliàs est can. 6. & 2. part. plura Loaisa in Concil. Hisp. in defensione pro Primat. Tolet. §. 3. vers. *Hæc sufficient*, lit. B, D. Ferdin.

din. Mendoza ad Concil. Illiberrit. cap. 10. in subscrip. *Felices*, vers *decet*, vsque ad fin.

Limita hanc secundam regulam; quòd scilicet antiquior præ- 118
feratur inter dignitate pares, vt diximus, nõ si dignior cõcurrat, nã is præfertur antiquiori, consuetudine cessante, elegãter d. l. 1. de albo scribend. ibi: *Sed si lex cessat, tunc dignitates erũt spectandæ*, dict. l. 1. C. de Consulibus, ibi, *Eodem genere dignitatis.*

Declara hanc limitationem, vt maior dignitas attendatur, 119
quando est destinata ad illum actum, in quo præcedere contenditur: nam si alio respectu dignior sit, id non consideratur: sic accipitur cap. statuimus, de maior. & obed. & optimè hoc probat d. 120
l. 1. de albo scribend. ibi: *Vt scribantur eo ordine, quo quisque corũ maximo honore in municipio functus est.* Expendo illud verbum *In municipio.* Hęc conclusio confirmat dicta suprà num. 116. de Episcopo, vel Præside, qui alio Collegio assistunt, non vt Pręses, vel Episcopus, sed vt Canonicus, vel Consiliarius, quia tunc hæ dignitates non attenduntur. Gratian. dict. cap. 106. num. 9. Barbosa de Canonic. cap. 36. Amatis consil. 30. Iacob. Gall. consil. 29. num. 33. Luna cons. 4. Huius distinctionis auctor est Purpu- 121
ratus l. 1. num. 195. de officio eius. Rota apud Garciam c. 198. num. 31. Cassan. in Catalog. 4. p. consid. 14. idem Gratian. cap. 106. num. 3. Quando autem dignitas dicatur competere ratione 122
illius actus qui geritur, facillimè cognosci poterit, nã si dignitas illa cõferatur ab eo Collegio, cui quis assistit, vel dũ illi adest, ipsam dignitatẽ repræsentãs adsit, tũc dicemus ratione illius actus cõpetere, & præferendã esse. Exemplum subministrat d. l. 1. 123
te albo scribend. inter Duumviros, & Quaruorviros, iũct. Godifred. ibidem, & l. 1. C. de Consulib. inter Consulem Patritium, & Cõsulem nõ Patritium, addi potest, si in Cõcilio Episcoporũ Archiepiscopus, vel Metropolitanus, simul consideant, d. Concil. Bracarens. 1. cap. 24. aliàs 6. 2. p. Alfons. Rex in Histor. gener. 1. p. cap. 101. Mendoça & Loaysa sup. Rector in Claustro, qui Scholaris, & Rector est: Doctor, qui Vicecancellarius, hi omnes dsgnitatis, non antiquitatis ratione præferentur. Deniq; 124
si Doctor in Iure, & Magister in Theologia quis sit, videtur eadem ratione pręferendus secluſa consuetudine (prout hæc omnia accipienda sunt) ad quid facit, quòd duplicia suffragia, quas propinas vocant, percipit, latè cum pluribus Bovad. lib. 2. cap. 21. num. 246. & cap. 20. num. fin. & lib. 3. cap. 8. num. 68. Sed in

hoc

hoc postremo exemplo contrarium innuit, dict. l. 1. C. de Consulibus, ibi: *Hoc observando, etsi iterata vice, fastigia Consulatus aliquis ascenderit, virtutes enim sæpè merita comprobant, non augent.*

125 Sin autem Doctor cum alio qui, Doctor etiam est, concurrat, vnusq; ex ijs Collegij maioris chlamydem obtineat, præferendus Doctor simulque Collegiatus, Doctori non Collegiato videtur: quia Collegiatum esse dignitas est, eundemque finem literarum respicit, & dignitatem in eadem Vniversitate habet, probant exempla nuper adducta ex dict. l. 1. de albo scribend. & l. 1. C. de Consulib. & in specie facit quòd concurrentibus duabus confraternitatibus præferri debeat, quæ nobilitatis, vel puri sanguinis statutum habet, Lara de anniversl. lib. 1. c. 24. n. 28. Salga. de

126 Reg. protect. 2. p. cap. 9. n. 49. Ergo qua ratione Vniversitates si concurrant, præferri debet quę nobilitatis statutum observat, eadem quoque singuli de Vniversitate præferentur in actibus, scilicèt indifferentibus, in quibus, vt singuli concurrunt.

127 Tertia regula. Quando Collegium, seu quælibet Vniversitas collegialiter procedens congregativè concurrit cum singularibus, præferri debet Vniversitas, Collegium vè, quantumcumque præstantior singularis existat. Hæc regula non ineleganter probatur in cap. statum 22. de electione, Cassan. in Catal. 4. p. consider. 32. vers. *octavo*, Gratian. cap. 111. num. 8. & cap. 298. nu.

128 27. Vbi quòd Rex, qui Cardinales, vt singulares præcedit, præceditur à Collegió Cardinalium, & ei conceditur locus sub primo Episcopo, vel post antiquiorem presbyterum Cardinalem, ex Pontificali, rubr. de receptione Reg. & rubr. de ingres. Imper. Salgad. d. 2. p. cap. 9. num. 64.

129 Quarta regula. Si plura Collegia, vel Vniversitates concurrant p, præfertur, cessante lege, vel cõsuetudine, illud cuius principaliter est actus, ad quẽ concurritur; ita doctè respondit, & exornat Theodosius Rubeus apud Gratian. dict. cap. 98. num. 40. de-

130 finiens ex hac regula, competentiam inter Canonicos, & Parochos, vt Canonici in choro, processionibus, & litanijs, cęterisq; cultus divini præferantur, quia hæc potissimè ad eorum officiũ expectant; in sepeliendis verò defunctis, cæterisque actibus, qui curam animarum, & administrationem Sacramẽtorũ respiciũt, præferantur Parochi: quia hoc proprium eorum officium est.

131 Sic etiam iustissimè dicemus, cùm Academię nostræ Conciliũ, seu Claustrum in Ecclesia Cathedrali, ad gradus conferendos

cõn-

confluit, etiamsi cum Capitulo Ecclesiæ Cathedralis concurreret, præferri debere: similiter in cæteris actibus ad Claustrũ privativè spectantibus, vt sunt conclusiones pro Vniversitate, præfertur Collegis, Canonicis, & cæteris. Itẽ dum lætitias Principis, vel funus celebrat, quibus Collegia maiora solemniter assistere solent. 132

Et contra quoque, si Claustrum Academicum cum Ecclesia, vel Collegio concurrat, in actu cui vt proprio interest Collegiũ, vel Capitulum, nullo modo Claustrum præferri debet, sed Capitulum, vel Collegium, vt exempli gratia Cathedra vacante, in recitationibus extemporaneis, dum Candidatus aliquis ex maioribus Collegijs recitat, cui actui vt proprio suum Collegium adest, item in Cathedrali, in recitationibus oppositorum ad præbendã Magistralem, vel Doctoralem, cui actui Capitulum, vt proprio præesse potest, in his & similibus Claustrum præcedere non debebit. 133

Neque adversus proximè deductum exemplum de recitationibus Collegiatorum dici potest, quòd actus ille Claustri Academici proprius esse dicatur, cùm in Gymnasio Vniversitatis, & pro obtinenda Cathedra Vniversitaris celebretur: nam facile respondetur Vniversitatem multò latiorem significationem habere, quàm Academicum Concilium, sicut enim aliud est Salmãtica, aliud Consistorium Decurionum Salmanticensium, sic aliud Vniversitas, aliud Claustrum Academicum, Claustrum enim, Collegium quoddam est ad Vniversitatis gubernationem, Vniversitas verò omnes quotquot huius studij membra sunt, comprehendit. Hoc posito ad obiectionem respondeo, Collegiatorum recitationes esse actus Vniversitatis, non tamẽ Claustri: nam Claustri ea sola sunt, quæ ipsi Claustro, vt Collegio competunt, Cathedrarum autem provisio nequaquam competit, nec vnquam competijt: nam olim soli Rectori, & Consiliarijs Cathedrarum processus, & causæ pertinebant, hodie novissimo Principis placito, nec Rectori, nec Consiliarijs, sed soli Principi eiusque Senatui. Denique Cathedras non Claustri, sed Vniversitatis, aut potius Principis, esse dixerimus; sed & locus ipse quo recitatur, nõ Claustri, sed Principis, & Vniversitatis est, & quoàd vsum omnium, qui studiosi in Academia nostra sunt erectus. Ex quibus facilè videtur Collegia maiora prædictis actibus à Claustro præcedi non posse, nec debere. 134

Quius-

135 Quinta regula. Quoties in Concilio Collegiovè quis adsi-
det, non vt singularis, sed vt Orator, Legatus, Deputatisvè, aut
quid simile, alicuius Regni, Provinciæ, Vniversitatis, vel Colle-
gij, si cõsuetudo cesset, eo loco & ordine debet incedere, aut se-
dere, qua sederet Collegiũ quod repræsentat, aut saltim decenti-
alio hac cõsideratione habita, quòd Vniversitatẽ repræsentat, op-
timus text. in cap. præcipimus fin. 93. dist. l. penult. ad fin. C. de
aquæduct. l. Vicarius, ff. de legation. facit l. si eum 10. §. qui iniu-
riarum. ff. si quis cautionibus, l. Vicarius 13. ff. de legat. c. gran-
di, de suppl. negl. prælat. Roman. sing. 340. Felin. & alij, quos re-
fere Gratian. cap. 106. num. 13. & cap. 111. n. 116. & cap. 298.
num. 4. Gamma dict. decis. 1. Vnde inferes minimè decentem
locum habere in Salmaticensis studij Claustro Deputatos Col-
legiorum maiorum, qui ferè vltimo loco sedent post Medicinæ
& Artium Magistros, præceduntur enim iniquè, meo videri, à tot
singularibus personis, viri, qui Collegia eaque orbis illustrissi-
ma repræsentant, quique etsi singulares Collegiati sederent, ad-
huc decentiori loco digni essent, siquidem Collegiati dignitas,
literaria, & Academica est inibique consideranda ex supradictis,
vt alias causas omittam.

§. III.

De Residentia Scholæ Magistri in Cathedrali, an possit cogi, & per quem, quando absens distributiones percipiat, & an ob absentiam minuantur beneficia dignitati iudicis annexa.

136 SECVNDO Circa dictam decisionem animadvertendum
est, nostri Scholarum Magistri exemptionem adeò insig-
nem esse, vt nec ab Episcopo, vel Capitulo cogi vllo modo
possit ad residentiam, nec ob absentiam mulctari, ali-
137 tervè coerceri, vt clarè ex dicta decisione infertur. Rursus ne-
que compelli poterit, vt Episcopo celebranti, aut alia Pontifi-
calia exercenti, adsistat, aut inserviat, prout cæteri compelli po-
138 terunt, ex cap. 12. de reformat. sess. 24. in Trident. neq; ab psal-
lendũ in choro, vt in eodẽ decreto cavetur, de quo plures Bar-

bo-

bosa, & cæteri ibidē in remissionibus, neque vt ad publicas processiones accedat, quā vnicūque Episcopus Regulares exemptos cogere possit, ex latè adductis per Barbos. de potest. Episc. 139
allegat. 78. Salgad. de Reg. protect. 3. p. cap. 9. num. 109.

Limita suprà dicta in eo mulctarum genere, quod in quotidianis distributionibus consistit, aut aliàs non tam mulctæ cōsi- 140
derationem habet respectu fructuum adquisitorum, quàm adquisitionis prohibitionem impedit: nam hoc retineri poterit à Capitulo, cū ad id nulla iurisdictione opus sit, sed ipso facto præ- 141
bendæ reddditus minuantur, c. vnic. de cleric. non resid. ibi, *Dominium non adquirat, nec faciat res suas*, Trident. dict. cap. 22. sess. 24. vbi latissimè cū pluribus Barbos. & cęteri; & quando distributiones in absentia debeantur, idem Barbos. allegat. 53. de potest. Episc. n. 107. addo l. 19 tit. 16. p. 1. vbi Gregor. Maynard. decis. Tolos. 8. lib. 1.

Adde Scholæ Magistrum pro defendēda iurisdictione sua in- 142
iustè excommunicatum, aut suspensum, distributiones percipere, nec distinguam, an Regiam, an Ecclesiasticam iurisdictionem tueatur, nam vtrobique causa religionis, & boni publici agitur, subintratque resolutio, de qua in dict. cap. vn. Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Garcia de benef. 3. p. cap. 2. num. 360. & 362. cum sequent. & num. 336. vbi quando causa suę iurisdictionis quis absens fuit sic necessariò, vt alio tempore talis causa expediri nō 143
posset. Barbosa dicta allegat. 53. num. 171. vsque ad 174. benè Maynardus decis. Tolos. 45. lib. 1. vbi quando in prosecutionem litis.

Pro qua sententia pulchrè conducit, dignitatem, & præben- 144
dam cum officio iudicis studiosorum vnitam obid maximè, vt adeò illustris iurisdictio decētiùs exerceretur, quod abūdè probavimus suprà cap. 8. num 38. vsque ad 62. Si ergo in iurisdictionis gratiam præbendę vnitæ sunt, & quodāmodò in adiutorium iurisdictionis Scholasticę, cur non dicemus, Scholasticum pro sua iurisdictione tuenda absentem, vel excommunicatum, non secus excusandum, ac si pro tuenda ipsius Ecclesię iurisdictione abesset? aliàs non iuvamen, sed impedimentum attulisset vnio. 145
Quæ cō sideratio procedit quantumcūque fateamur, iurisdictionem præbendæ annexam non principalem esse: nam quid refert accessio sit, necne, dummodò fateamur (quod negari non potest) iurisdictionis ornandæ causa annexionem factam? l. si vt habili-

ter 20.l.cùm aurum 19. de auro & argent.legat. iunctis per nos traditis d.c.8.num.64.

146 Denique pro hac sententia facit communis opinio, quòd Regij officiales à residētia excusentur, de qua glos.celebris in cap. comparati 19.de appell.Boer.decis. 17. Valençuela consil. 4. Zerola verb.*Exemptio* n. 2. Maynard.decis.60.lib.1.

147 Ex dictis opportunè infero decisionem alterius quæstionis, nempè in casibus, in quibus distributiones quotidianas Scholæ Magister amittit, an solius præbendæ & Canonicatus ratio habeatur, an verò etiam ex beneficijs annexis pars adimatur, hoc est, *de los onze prestamos*; & licèt ab Illustrissimo Salmantinæ Ecclesię Capitulo servari acceperim, quod etiam ex prædictis beneficijs portio minuatur, idque antiqua consuetudo sustinere possit; ego tamen secundùm iuris rationem contrarium affirmarem, ex suprà dictis, nempè prædicta beneficia potissimè in iurisdictionis gratiam annexa fuisse, nec sua natura residentiam requirere: vnde fit non tam prębendę, quàm iurisdictionis accessoria esse, dicta l.cùm aurum, ibi, *Sēper enim cùm quærimus, quid cui accedat, illud expectamus, quid cuius rei ornandæ causa adhibeatur*, iunge proximè dict.num.119.& dict.cap.8.num.38.

§. IV.

In quibus casibus Scholæ Magister exemptus non reperiatur ab Episcopo, & quid pro defendenda Ecclesiæ immunitate.

148 LIMITA Secundò, vt prædictæ Rotæ decisio, & nostri Gymnasiarchæ exemptio non procedat in ijs, quæ specialiter Episcopis competunt ratione ordinis Episcopalis, nempè in petitione Chrismatis, consecratione Ecclesiarum, collatione Ordinum, approbatione ad audiendas confessiones Sacramētales, seu ad prædicandum, in concessione indulgentiarum, dierum Sanctorum publicatione, pluraque similia, in his enim iurisdictionem, seu vt aptiùs dicam, potestatem Episcopum habere in Scholæ Magistrum, cęterosque studiosorum iudices, & exemptos quoslibet, non est dubium, ex cap. veniens,

liens, vbi Abbas de præscriptionibus, latissimè Barbosa de potest. Episc. alleg. 105. numer. 65. & per tot. cuius viri diligentia prædicto loco, & allegat. 74. & 106. & 128. & sequen. & 173. me exonerat à quamplurimis, quę in hac meteria tractari possent, quæ ex dictis ab eo facilè decidi poterũt, adde Socin. in cap. recepimus, de privileg. num. 160. qui 24. casus enumerat, in quibus Episcopus iurisdictionem habet in exemptos. Erasm. à Chochier. de iurisdictione ordin. in exemptos, 2. part. quæst. 45, vbi prosequitur casus 116. alios 39. congerit Barbosa dict. allegat. 105. vbi num. 56. quid in causa hęresis. 149 150

Summè tamen attendendum erit, quamplurimos casus ex adductis per supradictos interpretes in nostro Scholæ Magistro, cæterisque similibus studiosorum iudicibus, minimè pari ratione procedere, idcircò si (quod Deus avertat) causa hęresis adversus Scholæ Magistrum emergeret, non ab Inquisitoribus, sed à solo Pontifice Summo, aut eius Legato de latere, iudicãda esset, sicuti in Episcopo resolvit cum pluribus Barbosa alleg. 111. num. 13. Valde tamen dubia redditur hæc assertio ex c. ad abolendam in fin. de hæret, cap. vt accusatus, §. fin. cap. vt officium in princ. & §. compescendi eod. tit. in 6. videndus Monet. de Cõser. vat. cap. 7. num. 413. & quæ nos alibi de studioso hæretico diximus. Maximam enim Gymnasiarcha noster exemptionem habet, quæ ante omnia ponderanda erit quoties casus occurrerit, ne omninò rem decidamus, ex his quæ de cæteris exemptis scripta sunt. Maximos etiã & præcipuos effectus producit immediata Pontifici, & Principi subiectio, inde est, quòd nec ratione delicti, vel contractus (nisi fuscipiat administrationẽ sæcularẽ, sive Ecclesiasticã ab Episcopo, aut alio iudice, vt puta beneficium curam animarũ habens, tutelamve) adhuc nõ possit ab ordinarijs locorũ Episcopis, aliisve cogi aut puniri, c. 1. §. in eos, c. si Papa, de privileg. in 6. cap. capella de privileg. Covarr. cap. 11. pract. n. 5. Barbos. de potest. Episc. alleg. 123. maximè n. 10. vbi n. 40. doctè cum pluribus, quòd huic privilegio renuntiare nõ poterit Scholę Magister. Et à n. 11. ex quibus verbis exẽptionem Papa concessisse videatur, taliter vt immediatè subiectus Pontifici maneat exemptus. Tandem exemptum à Principe, vel Pontifice non posse sine licentia ipsorum prorogare ordinariorum iurisdictionem, doctè ex Abbat. & alijs Barbos. de iudic. l. 1. art. 4. num. 44. qui etsi in Pontifice solummodò hanc sententiam asse- 151 152 153 154 155

rant, tam ex ratione idem in Principe sæculari procul dubio respondendum existimo.

156 Denique ex omnibus supradictis difficilis nunc mihi appareat sententia, quæ affirmavi suprà cap. 21. num. 85. quòd si de facto Scholæ Magister studiosum ab Ecclesia extraheret, posset Episcopus, sub cuius diœcesi existit Ecclesia, adversus extrahentes procedere, quod licèt in satellitibus, alijsque inferioribus ministris planè procedere videatur, attamẽ in nostris Salmãticẽsis
157 studij iudicibus contrà videtur. Primò, quia esto quòd Scholæ Magister iniustè studiosum ab Ecclesia extrahat: adhuc eius amplissima exẽptio facit, ne ab Episcopo puniri cogivè possit, sed
158 ad Legatum, sive Nuntium Hispaniç occurri debeat. Secundò, quòd si Scholæ Magister, iudex ordinarius Ecclesiasticus est ipsius studiosi, ergo ad ipsum privativè spectabit de immunitate cognoscere; quòd si extrahendũ decreverit, sententiamque exequatur, nullo pacto ab Episcopo prohiberi posse videtur, neque per appellationem, nec vllo alio modo. Nec obstat quòd immunitate Ecclesiç violata, non solus reus extractus offenditur, sed Ecclesia ipsa, cuius nomine Episcopus procedere poterit; cap. si
159 iudex laicus, de sentẽ. excom. Decian. & alij relati à Bovad. lib. 2. c. 14. num. 79. Nã respondetur id procedere in iudicibus laicis extrahentibus, qui eo ipso quòd iniquè extrahant, de foro Ecclesiæ fiunt; noster tamen neque ratione delicti in Ecclesia admissi, neque ratione excessus iurisdictionis, cùm is nontã excessus, quàm iniustitia sit, poterit puniri, neque prohiberi per Ordinarium, vt latè diximus suprà num. 42. & sequ. Quæstio enim illa, an gandere debeat, vel non immunitate Ecclesiæ reus, non excessum iurisdictionis respicit in iudice aliàs competenti, sed iniustitiam. At Scholæ Magister est competens, ergo adversus eum procedi nullo modo potest.

160 Quibus motus proclivior sum, vt credam Ecclesiæ immunitatem violatam ob studiosum ab Ecclesia extractum, non posse ab Episcopo vindicari adversus Scholç Magistrum, sed ad Illustriss. Nuntium occurrendum, aut per viam violentiæ ad Cancellariam Regiam, nisi fortè Scholæ Magister alium nulla ratione
161 sibi subditum ab Ecclesia extraheret, vel aliter extra iurisdictionem vel territorium procederet, quo casu poterit per Episcopũ
162 prohiberi, & censuris cogi vsque dum Ecclesiæ eum restituat, non tamen poterit ob sacrilegium puniri, quia exemptus est, vt

dixi-

dixim̃us d.n.42. Quibus addo de immunitate Doctoris dum in 163
Cathedra docet Bovad.lib.2.c.14.num.104. & facit eleganter,
l.2.de in ius vocand.

In iudicibus verò studiosorum, attento iure communi, hæc 164
omnia secus procederent, quia ob suam Ecclesiam violatã posset indistinctè Episcopus procedere, & punire, quod ex differentijs inter nostrę Acadęmię iudices, & cæteros alibi explicitis facilè fluit.

Sed & generaliter notare oportet, prædictam decisionem 165
Rotę nõ sic de facili, ad alios Academicos iudices extendendã, quin potius in dubio, & nisi exemptio nostræ similis concurrat, obseruanda erit decisio d.c. cum Capella, de priuilegijs, cuius decisionem latissimè exornant relati toto hoc capite præcipuè Erasm. à Choquier in tract. de iurisd. in exempt. Zerol. 1.p. verbo *exemptio*, Covar. d.c.11.n.5.

§. V.

Per quem Scholæ Magister ad residentiam cogi possit, & quis sit iudex in causis præcedentiæ.

HVIC Capiti finem imponet summè scitu digna quæ- 166
stio, nempè à quo iudice compelli possit Scholæ Magister, vt in choro resideat, vel ad cætera Canonicatus, & Præbendę munera explenda: namque d suprà scripsimus cogi non posse ab Episcopo, seu Capitulo, non eum habet sensum, quasi numquam reneatur, tenetur etenim, & in foro animæ eodem peccati periculo, quo cęteri Canonici, nisi iusta causa subsit, quo posito, nunc quærimus, à quo iudice com- 167
pelli possit? Et certum est, à nullo, nisi à Pontifice, aut eius illustrissimo Hispaniæ Nuntio, cũ potestate Legati de latere, c.1. de offic. Legati ita notavit Ioan. And. per text. quem ad hoc singularem dicit in cap.1. de verb. signif. in 6. iuncta glos. ibi verbo *de latere*, Roman. singul. 507. Lęl. Zech. de repub. Eccles. tit. de offic. illustrissim. Leg. num.4. Emanuel Rodrig. tom.2. Regul. 168
quæst.63. art.4. Et confirmatur quòd generaliter nomine Sedis

Apo-

Apostolicæ, venit Legatus de latere, Abbas, & scribent. in cap. si Abbatem, de elect. in 6. vident. Barbosa de potest. Episc. allegat. 123. n. 32.

169 Vndè etiam obiter notabis, neque in his articulis, neque in superiùs traditis, quoties scilicet de præcedentijs in sedendo, ambulando, loquendo, & similibus, quæstio vertitur, vllam Principis potestatem esse: nam quoties de præcedentia intra Ecclesiam, vel in ipsa Ecclesia, aut inter Ecclesiasticos ratione Ecclesiastici ministerij agitur, non est dubium ad Ecclesiam privativè
170 spectare, vt huiusmodi quæstiones dirimat, Abbas in cap. abolendæ n. 5. ad fin. de sepult. Lambertin. & alij, quos refert Garcia de expens. cap. 8. ad fin. vers. *adeò*, latissimè Apicella in tutamin. p. super. allegat. 13. licèt in præcedentijs processionum extra
171 Ecclesiam, si inter laicos sint, iudicem quoque sæcularem competentem esse credam, vt latius hæc, & alia per ur. Zevallos *de las fuerças*, quæst. 124. Bovadill. lib. 2. c. 18. n. 228 Nisi præcedentiæ causa etiam tunc quid spirituale admixtum haberet, vt puta si de Cruce, aut alijs insignibus sacris præferendis agatur, Lara d. lib. 1. de anniver. c. 24. n. 29. & cum plurib. Salgad. de Reg. protect. p. 2. c. 9. n. 3 latiùs Barbos. de potest. Episc. allegat. 78. n. 26. & n. 42 & in præcedentijs inter Reges, an iudex sit Pontifex, Germon. de sacr. immunit. lib. 3. cap. 32. n. 6. Zevallos dict. quæst. 124. in fin.

172 Sed quis iudex erit in præcedentiarum quæstionibus extra Ecclesiam? dic breviter si Scholæ Magister, seu Rector, aut quilibet, non ratione officij Academici, seu alterius, quod in Ecclesia exercet, vt puta Canonicatum, Dignitatem vè præcedere intendat, similiter causa erit spiritualis omni eventu, hoc est, sine
173 vlla distinctione quis reus, quisve actor sit ex nuper traditis. Sin verò præeminentia, de qua lis vertitur, competere dicatur Academicis iudicibus, ratione officij, & studiorum Vniversitatis, aut si etiam de præcedentia ipsius Vniversitatis agatur, tunc dici poterit Scholæ Magistrum cognitionem habere, ad quem tam vt ordinarium Vniversitatis iudicem, & coram quo ipsa Vniversitas & convenire, & conveniri potest, quàm vt vnicum, & generalem privilegiorum, & immunitatum ipsius Vniversitatis Conservatorem, expectare omnes hæ causæ videantur, in quibus de Vniversitatis præcedentia, vel iudicis ipsius, ratione officij contenditur: & hoc, sivè rei, sivè actores sint Vniversitas

ſitas, aut Scholæ Magiſter, ob Conſervatoriarum magnum pri-
vilegium, de quo ſuprà c. 10. & ſeq. Sed & in Rectore in cauſis 174
ſuam dignitatem, vel iuriſdictionem ſpectantibus, aut in præce-
dētijs in Clauſtro, cui ipſe præeſt, idem affirmare poſſemus ex di-
ctis c. 6. per tot. maximè n. 39. licèt ob inermem Rectoris iuriſ-
dictionem extra Clauſtrum tutiùs per Scholæ Magiſtri manum
res expedietur, ſi ad ipſum Rector, vt Conſervatorem occurre-
ret, vel ſi vt iudex ipſe Rector procedere vellet, poſſet iridem
Gymnaſiarcham requirere, vt cenſuris, & executoribus ipſi au-
xilium impartiretur iuxta conſt. 5. & dixi c. 6 n. 22.

Neque obſtabit Scholæ Magiſtrum, & Rectorem iudices 175
in ſuis cauſis videri, ſibi autem ius dicere nemo poteſt, l. qui iu-
riſdictioni 10. ff. de iuriſdict. cum ſimilibus: nam hoc procedit
quoties cauſa iudicem, vt privatum reſpicit, tunc enim abſurdū
foret, vt ſibi ius diceret: quotiens verò cauſa dignitatem officij,
vel corpus vniverſum, cui iudex præeſt, reſpicit, competens eſt, &
iuriſdictionem habet, vt ex l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicent. leg.
quæſitum 13. de teſtibus, & alijs pluribus probavimus ſupra d.
cap. 6. num. 42. & cap. 11. num. 1. & in iudice delegato idem iu-
ris ſervandum ex cap. 1. cap. ſanè, & alijs de offic. deleg. latè etiā
ſcripſimus dict. cap. 6. num. 59. Quo loci ſcripta in Rectore, hęc
ad Scholæ Magiſtrum cæteroſque ſtudiorum iudices repetita ha-
bere poteris, præcipuè circa connexa omnia, & iniurias ſibi fa-
ctas vindicandas.

Quia tamen frequenter contingit, vt lites iſthæc agitentur 176
inter Eccleſiam Cathedralem, aliamvè inſignem Vniverſitatem,
quæ ſuos Conſervatores habeat, & ne lis ex lite oriatur, nempè
cōpetentia iuriſdictionis, & an privilegiatis duobus concurren-
tibus privilegio locus ſit (de qua re latè infrà, & nonnulla ſuprà
cap. 11. num. 11.) ne inquam lis ex lite pullulet, ſupremi ſolent
adiri iudices, hoc caſu bellè quæri poteſt, quis Princeps adeun-
dus, an Eccleſiaſticus, an ſęcularis? in quo noviſsimè, veriſsimè
tamē affirmo, quotieſcumq; Academia rei partes agat, hoc eſt,
conveniatur, Principem ſæcularem, eiuſvè ſupremum Senatum 177
privativè adeundum, cuius rei non inelegans ratio eſt, quòd ſci-
licèt iuxta diffuſè ſcripta ſuprà cap. 21. Acādemię ſtudiorū ſæ-
culares ſint, cauſæque omnes ad earum gubernationem pertinē-
tes ad Principem ſolum, eiuſvè ſummum Senatum pertineāt, at
præcedentię cauſam Vniverſitatis gubernationem, & dignitatē

reſ-

respicere, nemo negavit, vndè fuit Vniversitatem, vt reum quæ-
cumque sæcularem coram suo iudice conveniendam; cùm autem
præter Scholæ Magistrum, & Rectorem immediatè subiecta sit
Principi, hinc provenit necessariò ipsum Principem adeundum.
178 Sin verò Vniversitas actoris vices sustineat, & lis aduersus Ec-
clesiam, aut Ecclesiasticam personam agitaretur, tunc illustrissi-
mum Nuntium adeundum arbitror, quemadmodum etiam dis-
tingueremus in appellatione, si ab Scholæ Magistro fuisset iudi-
catum, & ab eius sententia appellaretur, quo casu si reus Eccle-
siasticus foret cum iurisdictio Ecclesiastica exerceatur, ad superi-
orem Ecclesiasticum causa devolvitur, sin verò reus esset secu-
laris, vel ipsa Vniversitas rei partes ferret, Principem appellari
oporteret: hæc omnia fusè probavi sup. c. 21. §. 9. Hæc in Aca-
demia sæcularia certa sunt, in Ecclesiastica verò iuxta distinctio-
nem d.c. 21. traditam solùm Ecclesiasticum adeundum sine du-
bio est.

179 Ex quibus infero in his præcedentiarum causis, etsi Pintiani
Prætorij Senatus per viam violentiæ cognitionem habeat, iuxta
distinctionem traditam d.cap. 21. §. 10. non tamen causæ princi-
palis definitionẽ habebit, sicuti nec alterius cuiusvis causæ Vni-
versitatis, vel studiosorum ob immediatam Principi subiectio-
rem, de qua d. §. 9. nu. 196. & seq. Vndè meritô dubitari potest,
an rectè idẽ Clarissimus Senatus causam retinuerit, quæ ad an-
nos 1613. agitata est inter Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, &
Academiam nostrã, *sobre el dar los grados en la Iglesia, o sobre que
el Doctorando pidiesse licẽcia para los estrados al Cabildo*, in quo li-
cèt ea pars decreti, qua pronũtiatum est causam sæcularem esse,
optimè supradictis conveniat (rei namq; partes Academia su-
stinebat) attamen supremo Senatui causa remittenda videbatur,
180 cui immediatè Academia post Scholæ Magistrum subest, & ad
quem appellationis causa privativè expectat. Simili modo di-
stinguendũ est, si non de præcedẽtia Academiæ, sed ipsius Scho-
læ Magistri, sive Rectoris agatur, eo addito, quòd si præceden-
tia eos non vt Regios, sed vt Ecclesiasticos iudices respiciat, ad
181 Ecclesiam causa expectabit, sin autem vt Regios, non vt Ecclesia-
sticos iudices, tũc Princeps iudicium proferet. An autem Capi-
tulum Cathedralis Ecclesiæ Salmanticensis iure cogere possit
Academiam, vt in Ecclesiæ gradus conferat, reperies infra ca-
pite de Cancellario.

Appen-

Appendicis loco duo notare opus est, oblivione omissa suprà 182
§. 1. huius capitis. Primum, dum num. 89. dicimus, Scholæ Magistrum ratione Canonicatus exemptum esse ab obsequijs & comitatibus, ad quos cæteri de Capitulo tenentur, eodem modo procedere ratione præbendæ, & multò certiùs vt studiosorum judicem: nam dubium in eo erat, an vt vnus de Capitulo, subditus Episcopo esset in actibus Capitularibus? Respõdit Rota, exemptum esse etiam vt Capitularem.

Secundum, dum num. 82. & alibi diximus, cęteros de Capitu- 183
lo & Ecclesia, Episcopum consuetudine longa in domum vsque comitari; & è memoria excidit lectorem monere, vt si de obligatione comitatus huiusmodi plurimùm legere velit, adeat sacræ Cõgregat. Cardin. declarationes, per Farinac, Marcillã, & alios additas ad dict. c. 12. de reform. sess. 24. Trident. vers. *Et Episcopo celebranti*, & vers. *Pontificalia exercenti*, & vers. *inservire*.

De inhibitione, & causarum avocatione à Iudicibus studiosorum, & quis possit in gravioribus causis iudices speciales dare adversus studiosos.

CAPVT XXV.

SEptimò infertur quid dici oporteat, si quilibet alius supe- 1
rior iudex avocare causam ab studiosorum iudicibus velit in nostra Academia, & similibus. Quæ quæstio in ijs superioribus iudicibus, qui per appellationẽ à sententia Academicorum iudicum adiri non possunt, vt sunt Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, & in sæcularibus potestatibus, Provinciarum Præsides, Cancellarię Regiæ, & similes, facillimè solvitur, si dicamus sine dubio eis causas avocare non licere: tum quia iure communi causarum avocario ad solum Principem supremum spectat, vel ad eũ, qui iurisdictionem mandavit, vt puta ad eos, qui vicarios constituunt, qui ab ipso vicario causam avocant, c. vt nostrum, de appellat. vbi eleganter Decius l. iudicium solvitur, 58. ff. de iudic. Covar. c. 9. pract. vers. *hoc autem*, Lancell. de

2 attent. 2.p.cap, 10.num.47. Tum etiam, quia vt longa manu ſu-
perioribus capitibus probavimus, noſtri ſtudioſorum iudices
exempti ſunt omninò ab omnium ſuperiorum poteſtate, excep-
to Pontifice. & Principe, eorumvè ſupremo Senatu, aut Legato
de latere: cùm autem neque per querelam, neque per appellatio-
nem prædicti iudices adiri poſsint, multò minùs ipſi cauſas avo-
care poterunt, vt in ſimili cum pluribus argumentatur Couarr.
dict. cap. 9. num. 2. Hinc rectè in fin. cap. præcedẽtis ſcripſimus,
Regias Cãcellarias cauſarũ avocationem à iudicibus ſtudioſorũ
nõ habere, quod generaliter in cæteris iudicibus ordinarijs *alia*
ratione reſolvit Covarr. vbi proximè n. 3. Lancellot. num. 49.
Sed in noſtris iudicibus fortiùs procedet ob exemptionem: nam
neque ob appellationem ab interlocutoria, neque alio prætextu
poterunt avocari, retinerivè ſtudioſorum cauſæ.

3 Sed an ſupremus Senatus Regius avocare poſsit? Et non poſ-
ſe inconſulto Principe innuit Covar. dict. num. 3. cum Rebuff.
& alijs, adducitque text. elegantem in l. ſolent 6. §. ſicut, de offic.
Proconſ. ibi, *Nõ autẽ debent inconſulto Principe hoc facere*: ipſe ta
men doctiſsimus vir in contrariam ſententiam declinat, ob tanti
Conſilij authoritatem: præſumi enim debet, id à Principe com-
miſſum, ne in qualibet cauſa eius conſenſus requiratur. Cui eru-
ditiſsimi viri ſententię & ego lubens aſſentior, addens in dict. l.
ſolent, hanc ſententiam probari, ibi, *Adimere mãdatã iuriſdictio-
nẽ licet Proconſuli*: nec obſtãt ſequentia, *Non autem debet incon-
ſulto Principe hoc facere*, quia vt ibidem Accurſius notat, honeſta-
4 tem, non neceſsitatem inducunt.

Hoc accipe in cauſis ſæcularibus, quę per appellationem, vel
querelam ad ipſum Regium Conſilium deferri poterant, quas
abundè explicuimus cap. 21. has namque poterit avocare. non
Eccleſiaſticas; avocatio denique vt iuſtè fiat, etiam in Principe
cauſam exigit, vt ex Paul. Caſtr. affirmat Covarr. dict. cap. 9.
pract. num. 1. verſ. *Princeps igitur*, Lancellot. dict. 2.p.cap. 10.n.
5 56. Vnde etiam fluit quod ſcripſit Baſil. de matrim. libr. 5. cap.
12. §. vn. num. 14. qui in ſpecie aſſerit poſſe Reges iuriſdictio-
nem Regiam Scholaſtico conceſſam revocare quoties id tran-
6 quillitati & paci Vniverſitatis conveniens viſum fuerit: de ne-
ceſsitate verò huius cauſæ vide ſcripta ſup. cap. 24. num. 7.

7 Pontificem ſtudioſorum ſpirituales cauſas, & quaſcumque eo-
rum, qui clerici ſunt; denique eas, quarum deciſionem diximus

ad

ad Ecclesiam spect re dict.cap.21.avocare posse, vt Principem suas, non est dubium, dicto cap. vt nostrum. Sed an eius Legatus 8
delatere, vel Hispaniæ Nuntius possit, quæritur? Et puto non posse, ex traditis ab Specul. Abb. & alijs, quos congerit Couarr. dicto cap. 9. practic. numer. 3. vers. *Quartò*, Lancellot. d. 2. part. cap. 10. num. 49. Adeò vt si appellatum fuerit ab interlocutoria, non possi totam causam in principali negotio retinere, id enim 9
solius Pontificis esse ex cap. 1. de appellation. in 6. & pluribus alijs probat idem Covarr. dict. cap. 9. num. 6. De quo, & an pro- 10
cedat, si partes consentiant, adi Scac. de appellat. quæst. 17. lim. 47. membr. 3. num. 9. Quod limita, nisi Legatus id etiam in mandato habeat, vt possit prędictas causas avocare, aut similes, vt
rectè not. glos. in cap. 1. de offic. legat. Cætera de causarum avo- 11
catione latissimè scribuntur per Covar. dict. cap. 9. pract. Lancellot. dict. 2. p. cap. 10. per tot. Gregor. Lop. l. 47. tit. 18. part. 3. glos. 6. & per tot. Magon. decis. 90. Cavalc. decis. 45. libr. 1. & decis. 4. lib. 2. Scacc. vbi proximè: & de avocatione ob negligentiam inferioris Felin. in c. Pastoralis, de offic. ordin. Ruin. cons. 12
5. num. 2. lib. Menoch. lib. 2. præsumpt. 28. num. 36. Surd. libr. 1. consil. 56.

Hæc, quæ de causarum avocatione scripsimus, extendenda 13
quoque erunt ad inhibitionem; certum est enim, non nisi à Pontifice, vel Principe, eiusvè supremo Senatu inhiberi posse nostros Academicos iudices, & similes, ab vno quoque scilicet in suis causis. Imô absque vlla inhibitione per solam manus Principis ap- 14
positionem inhibitio causatur, cap. pastoralis 28. §. præterea, de offic. delegat. etiã si iudex à quo, appellatione remota fuerit cõstitutus, quod singulariter ille text. probat. Sed & Legatus, seu Nuntius Hispaniæ, qui iudex ordinarius appellationum est, po- 15
terit Scholarium iudices inhibere canonicè, hoc est, prævia causæ cognitione, cap. non solùm, de appellat. in 6. cap. Romana, §. quod si obijciatur, eod. tit. & lib. adde Covarr. cap. 24. prac. n. 2. vers. *tertiò*, & de inceps. Quod ego limito, vt procedat in causis, 16
in quibus de iure, & attẽtis studij statutis, iudex studiosorũ deferre appellationi tenetur, in cæteris verò, in quibus appellatione remota procedere potest, quos suprà explicuimus, nullomodo inhiberi poterit, nec si inhibeatur novata, vt attentata revocari poterunt, vt cum multis in simili resolvit Lãcellot. de attẽt. 2. p. 17
cap. 2. per tot. maximè limitat. 1. Quem pro materia consule,

nisi id etiam in mandatis habeat Legatus, vt nuper dixi. Denique quomodò dicta in hoc capite procedant iure communi attento, & authent. habita, facilè discès; si hic scriptis iunxeris dicta supra cap. 21. §. 10. & cap. 14. & seq.

19 Pari modo ratiocinari oportet in altera non inutili quæstione discutienda, quis scilicet in specialibus & arduis negotijs studiosorũ iudices speciales mittere possit, quos nos vocamus *Pesquisidores*, & ex prædictis deducitur, solos Principes supremos Ecclesiasticũ & sæcularẽ eam potestatem habere, vnumquemque in causis suæ iurisdictionis nempè Principem aduersus laicos studiosos, & iudices generales ad Vniuersitatẽ vulgò *Reformadores*:

20 Summum verò Pontificem in causis clericorum, aut aliis spiritualibus iam suprà explicitis, nullumque alium posse prædictos iudices mittere, facilè apparet, tũ ob exemptionem Academiæ, & studiosorum, tum etiam ob immediatam hisce potestatibus

21 subiectionem. Et denique quia hos iudices nullus alius concedere potest, nisi qui merum & mixtum imperium in ipsos subditos exercet, imò & soli Principi competere ex l. 2. & 7. tit. 17. p. 3. voluerunt, non tamen rectè, Aviles cap. 40. prætor. glos. 1. Bovadill. lib. 2. Polit. cap. 21. num. 9. Quorum sententia noviſsima pragmat. sanctione firmata est ann. 1623. cap. 3. Cùm ergo nullus nisi Pontifex, aut Princeps, aut quibus ipsi dederint, in studiosos iurisdictionem hsbeant, rectè sequitur, ipsos tantùm prędictos iudices dare posse: cõtinet enim hæc iudicis specialis cõstitutio derogationẽ ordinariæ iurisdictionis, vt dixi suprà c. 20. N. ergo poterit iurisdictionem ordinarij Scholæ Magistri derogare qui dare non potuit. l. solent, §. sicuti, de offic. Proconſ. Denique quampluries hos iudices per Principem datos in nostro Salmãticensi Gymnasio, & cæteris Hispaniæ Generalibus, testantur Bovad. dicto lib. 2. cap. 18. num. 214. Basil. de matrim. dict. lib. 5. cap. 12. §. vn. n. 14 & nos retulimus cap. 21. sup. n. 60. vsque ad 73 & facit l. 3. tit. 7. lib. 1. Recopilat. & prædictis locis plura exempla Visitatorum & Reformatorum Generalium Vniuersitatis adduximus.

22 Qua in re notandum, Pontificem, cùm Academia sæcularis sit, non posse hos Visitatores dare nisi ad causas spirituales tantùm, pertinet enim gubernatio privativè ad Principem, sicut & cuiusliber civitatis, quæ de eius imperio est, in qua Pontifex soas Religionis & Ecclesiæ causas habebit, denique Principem

eri-

erigere, & destruere studia generalia posse, iam docuimus latè cap. 21. num. 38. & cap. 24. nu. 116. ergo ad quem pertinet destructio à fortiori pertinebit reformatio, vt elegantissimè probat Vipian. in l. iurisgentium. 7. §. adeò de pactis ibi: *Nam si potest tota res tolli, cur non & reformari?* De Magno Regio Cõsilio 23
non dubium est, hos iudices dare posse, & apertè ita cautum extat d. pragmat. sanctione. De illustrissimo Nuntio idem affirmo, tùm quia iure communi, & canonico non adeò vt Regio perstricta est, hęc iudicum dandi potestas, vt doctè probat Greg. Lopez d. l. 2. tit. 17. p. 3. Tùm etiam quia iam semel huius generis 24
iudicem in hanc civitatem à prædicto illustriss. Nuntio vidimus adversus clericum missum pro gravi quoddam crimine vindicãdo. Et licèt dubitem, an reus studiosus foret, tamen qui in pręiudicium Episcopalis iurisdictionis iudicẽ dare potuit, non dubito quin etiam in præiudiciũ Scholastice in clerico. Sed etsi studium generale Ecclesiasticum foret, quia maior pars clericorum esse iuxta ea què docuimus c. 21. eandem potestatem Pontifex, eiusvè Legati haberent, quam in studio sęculari habere Principem, Regiumq; Senatum diximus.

Studiosi Laici non à Pontifice, sed à Principe privilegium exemptionis habent; sicut contra clerici à Pontifice, non à Principe, nisi cùm clericus forum civile, aut laicus Ecclesiasticum sortiuntur; nam tunc insignem producit effectum mutua vtriusque potestatis exemptio, & Academiæ approbatio.

CAPVT XXVI.

OCTAVO Ex dictis sup. cap. 21. scilicèt Academiam 1
nostram, & similes Vniversitates studiorum sæculares esse, & pro sæcularibus habendas, principaliter infertur, studiosorum laicorum exemptionem, nõ per Pontificem factam, vt falsò vulgus opinatur (cùm nec id posset Pontifi-

tifex, vt scripsi dict. cap. 21. num. 53.) sed per Principem secu-
2 larem cui subsunt, d. Authent. habita, C. ne fil. pro patr. Rursus
infertur, nõ ideò minus exemptos studiosos dici, quia Principa-
lis eorum exemptio sit, omnia enim exemptionis Scholasticæ
iura habẽt, sed à Principe: vndè non tam minorem, quàm diver-
sam exemptionem dicemus ab ea, quæ per Pontificem in Vni-
3 versitatibus Ecclesiasticis fit. Sicuti enim Vniversitas Ecclesia-
stica si eximatur, & immediatè post Academicum iudicem Põ-
tifici subijciatur, studiosi ab omnibus iudicibus Ecclesiasticis
exemptierunt præter Pontificem, aut quem ipse Pontifex spe-
cialiter designaverit: sic similiter si Academia sæcularis sit, studio
si ab omnibus sæcularibus iudicibus exempti manebunt excep-
to Principe, aut eius supremo Senatu, aliovè per ipsum Principẽ
specialiter constituto. Deinde quemadmodum docuimus in
4 Vniversitate sæculari causas clericorum, vt singulorum ad Pon-
tificem expectare si professionem non respiciant, ideòque in his
exemptionem Principis operari non potuisse, fuisseque summè
convenientem approbationem, & exemptionem Pontificalem,
ne aliàs, saltim cumulativè Episcopi diœcesani cognoscere vel-
lent, sic similiter in Vniversitate Ecclesiastica si minor pars lai-
corum sit, horum laicorum causę ipsos, vt singulos respicientes
ad Principem expectabunt, & nom improbè dici poterit, saltẽ
accumulativè sæculares iudices ordinarios de his causis cog-
noscere posse d. l. fin. C. de iurisd. iunct. traditis suprà cap. 6. nu.
66. & cap. 21. num. 111. & optimè prædicta comprobantur per
5 Barbos. de iudic. l. 1. §. legatis num. 31. vsque ad 40. Concurren-
te verò exemptione, & approbatione vtriusque Principis, hęc
omnia cessant: nam studiosi omnes, sivè laici, sivè clerici sint, sivè
in Academia Ecclesiastica, sivè sæculari loquamur, omnimodam
exemptionem habebunt: Vndè insignis effectus approbationis,
6 & exemptionis Pontificię provenit in nostra Academia, & si-
milibus sæcularibus, etiam respectu studiosorum, qui laici sunt,
nempè quòd si studiosus laicus sacrilegium, vel quid aliud ad-
miserit, cuius ratione de foro Ecclesiæ fiat, adhuc ab Episcopo,
vel alio prælato ratione delicti, vel loci puniri nequibit, sed ad
solum Academicum iudicem vindicta pertinebit, quæ minimè
pertineret, si Princeps sæcularis tantùm studiosos exemisset, cũ
non potuisset ille Episcoporum iurisdictionem auferre. Cùm ta-
men studiosi omnes tam laici, quàm clerici ab vtroque Principe

exemp-

exempti sint, & approbatione vtriusque, iudex privativus studiosis datus, rectè sequitur in prædicta specie omnino laicũ studiosum ab Ecclesiasticis iudicibus exemptum Pontificis privilegio, oni casus valdè notandus est, nam in eo Conservatoriæ 7
Apostolicæ etiam ad laicos extenduntur, idem & in similibus dicendum.

Sed è contrario etiam dicemus in casibus, in quibus studio- 8
sus clericus coram sæculari iudice conveniendus, aut puniẽdus esset, exemptio Principis efficiet ne ab illo, quã ab studij iudice iudicari possit, nec eo casu exemptio Pontificia prædicto studioso quidquam prodesset, quandoquidem eum casum supponimus, in quo Ecclesiastico privilegio non potiretur, veluti in clerico assassino & alijs, optimè Barbos. d. l. 1. §. legatis n. 31, vsque ad 40.

Videamus tamen, an prædictis casibus exemptio, & imme- 9
diata subiectio necessaria sit, an verò sufficiat approbatio Vniversitatis ab vtroque Principe Ecclesiastico & sæculari, iuxta formam iuris communis facta? Et credo sufficere; nam eo ipso quòd studium generale iuxta ius commune approbetur, iudicem Academicum ad omnes causas studiosorum cuiuscumque qualitatis sint, habere poterit, dict Authent. habita, C. ne fil. pro patr. l. fin. C. de iurisdict. Abb. quæst. 6. diximus plura cap. 6. in principio. Imò verò & privativa iurisdictio in dubio cẽsetur iudicibus studiosorum generalium concessa, vt latè probavi sup. c. 20. per tot. maximè num. 6. ergo si privata iurisdictio est, etiam iure communi attento, idem effectus ex approbatione oriuntur, quos ex exemptione oriri diximus. Quę sententia dupliciter explicã- 10
da est. Primò, vt verissima sit in prima instantia, cùm eius respectu idem operetur privativa iurisdictionis concessio, ac operaretur exemptio: in appellationibus verò secus erit, nam tunc cessante exemptione is appellandus erit, qui iure communi competens foret ad appellationes recipiendas, iuxta scripta c. 21. §. 9. 11
sup. Secundò in causis, in quibus non vt ordinarius iudex, sed vt Cõservator iudex studij procedit, quos explicuimus c. 10. & seq. ie his enim non idem iuris erit in Academia iuxta commune ius erecta, nisi nostræ simile privilegium habeat, cùm eiusmodi cause ad studiorum iudices, vt ordinarios non pertineant.

De prorogatione iurisdictionis Scholastice, & compromisso in Academicum Magistrum.

CAPVT XXVII.

1 NONO Ex eo principio, quòd studiosorum iudices, & Ecclesiasticam, & sæcularem iurisdictionem exerceant, facilè expediri poterunt quæstiones de prorogatione iurisdictionis Academicæ, quę etsi in cæteris iudicibus vexatissimę sint, in nostris tamen vix est vllus qui quęstionis meminerit: non hic agimus, quando ipsi studiosi prorogare possint: nã ea res alibi agetur, sed potiùs quando alij Academicis iudicibus non subditi, ipsorum iurisdictionẽ prorogare possint: quæ disceptatio duas habet partes, aut enim de laicis, aut de clericis prorogantibus iurisdictionem quæstio incidere potest.

2 Et primò in clericis quemadmodum dicimus clericos non posse alterius iudicis iurisdictionem progare, etiam si Ecclesiasticus is sit, nisi consentiente Episcopo, cap. significasti de foro compet. cap. 1. eodem titulo, cap. 1. eodem tit. in 6. glos. 1. in l. 1. ff. de iudic. late Barbos. ibidem art. 3, nu. 132. & num. 179. vbi an tacita voluntas sufficiat, & cur licentia exigatur, quę in laico iudice non requiritur, & de limitationibus. Si verò iudex sæ-

3 cularis sit, nequaquã eius iurisdictio per clericum prorogari potest, etiam si Episcopus consentiat, authent. statuimus, C. de Episcop. & Cler. cap. si diligenti, de for. comp. latè Barbos. dict. art. 3, num 173. sic quoque in Academico Magistratu distingui oportet, vt si eius iurisdictionem Ecclesiasticam prorogare velit clericus, rectè possit de licẽtia Episcopi, sin autem eius iurisdictionem Regiam, non possit, neque Episcopo consentiente.

4 Limitabis hanc distinctionem in clerico primæ tonsurę, qui iuxta Trident. Conc. & Regias leges foro Ecclesiæ non gaudet,

5 nam in hoc non procedet nuper tradita doctrina, sed quam mox trademus in cęteris laicis; sed & iure communi attento clericum primæ tonsurę sine licentia Episcopi prorogare posse iurisdictionem alterius iudicis, etiam sæcularis, tenuit Barbos, vbi proximè

num.

num. 216. de cuius sententia dubito, cùm clericus primæ tonsuræ iure communi foro gaudeat, comprehendaturque sub can. si diligenti de for. comp. vt latiùs alibi scripsimus.

Cum verò de prorogatione per laicum faciendâ in Academi- 6
cum Magistrum agitur, piriter distingui oportet, nam aut laicus vult in eum, vt in Regium, & sæcularem iudicem consentire; & tunc sine dubio poterit, quemadmodum in alium quemque ordinarium sæcularem posset, d. l. 1. & l. 2. in princip. de iudic. & in specie, quòd iudicis studiosorum iurisdictio per non subditos prorogari possit, notavit Bart. l. 1. n 8. de iudic. Barbo. ibi art. 1. num. 118. probaturque perquàm eleganter ex l. 1. C. de iurisd. omn. iud. & in Conservatore, & delegato latissime Moner. de conservat. cap. 7. num. 382. Barbos. dict. l. 1. Sin autem laicus ve- 7
lit Academici iudicis iurisdictionem prorogare, vt Ecclesiasticã nequaquam poterit, sed pœnis tenebitur in l. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. promulgatis adversus laicos, qui se Ecclesiæ foro submiserint, de cuius legis materiâ videndi, quos ad finem huius quæstionis colligemus.

Posseque Principem optimo iure similes ferre leges, & pœ- 8
nas, probat Navar. cons. 51. de sentent. excom. n. 5. Barbos. d. l. 1. art. 2. n. 139. de iudic. vbi n. 162. & sequentibus, quando sine Regis licentia prorogare laicus non possit, & quid si alteri Princi- 9
pi subditus. Idemque iuris erit in quocumque regno, in quo similis consuetudo lexvè obseruetur, laicis prohibens prorogationem in Ecclesiæ iudices, iure tamen communi etiam Ecclesiastica iurisdictio Academici Magistratus prorogari poterit, 10
sicut & cuiuslibet Episcopi, l. si qui ex consensu, C. de Episc. aud. Barbos. cum pluribus, d. l. 1. art. 3. n. 133.

Ergo Regio iure nostro inspecto, poterit sine metu pœnæ 11
laicus se Scholastici Magistratus iurisdictioni submittere, si in eũ vt Regium iudicem consentiat. Ex quo infero deceptum Bovadillam lib. 2. polit. cap. 17. nu. 192. dum scripsit, ipsum cum prætor esset, condemnasse laicum quemdam, qui cùm nomina quam plura sibi debita exigere non posset, se Complutensis Vniversitatis gremio adscripsit, deinde coram ipsius Vniversitatis iudice laicos debitores cõvenit, censuriſq; & Ecclesiastica iurisdictione nomina exegit, damnatusque, & punitus fuit à Bobadilla in pœna dict. 10. quasi laicos coram Ecclesiastico conveniisset, in quo magnopere lapsus est vir doctus, non quidem in eo, quod in

laicum animadverterit, si modò constaret, eum data fraude, & simulato studiosi, aut familiaris Academici nomine, debitores vexasse; erravit tamen summè in causa animadversionis: nam nemo qui iurisdictionem studiosorum iudicum percalluerit, dicet hunc laicum ad Ecclesiasticam iurisdictionem confugisse, quinimò in eius causis merè sæcularis iurisdictio à Cõplutensi iudice exercebatur, nec ideò minus sæcularis erat, quòd censuris executio fieret: nam eis vti posse studiosorum iudices, etiam dum sęculare iurisdictionem exercent, iam diffusè probavimus suprà. Non est ergo medium, aut laicus iste clericos cõvenerat, & hoc casu nil in fraudem Regiæ iurisdictionis fecit, cùm clerici omni eventu non apud Regios iudices, sed in suo foro conveniendi essent, aut laicos convenit, & tunc non Regiæ iurisdictioni fraudem fecit, siquidem coram Regio iudice comparuit: ergo nulla via est, qua pœnam d.l. 10. incurrere potuisset.

12 Dices nunc, nos fateri studiosorum indices, & Ecclesiasticã & sæcularem iurisdictionẽ habere, cur ergo non præsumitur prędictum laicum ad Ecclesiasticum confugisse, eiusque iurisdictionem prorogare voluisse, nõ vt Regij, sed vt Ecclesiastici iudicis, cui præsumptioni si locus aperiatur, rectè deducitur eum pœnas legis Regiæ luere deberet. Respondeo delictum non præsumi id circò eum, qui iurisdictione Scholastica vti voluit, credẽdum est (nisi aliud constiterit) eam iurisdictionem prorogasse, qua vterertur, si studiosus laicus verè fuisset; quo casu cùm certum sit eum sæcularem iudicem habiturum, cessabit omnis præsumptio prorogationis in Ecclesiasticam iurisdictionem, nisi ponamus Vniversitatem omnino Ecclesiasticam, quo vno casu Bovadill. sen-
13 tentia locum habere posset. Quòd si adhuc interroges, cuius generis crimen laicus hic admiserit; respondebo, fraude cessante, nullum, fraude verò probata, pœnas legis 1. C. ne liceat potent. item & simulati studiosi eum incurrisse credo, vid. l. 1. C. de collegiat. li. 11. & nos sup. c. 14. n. 24. Summè etiam notanda est in hoc l. 18. tit. 7. lib. 1. recopil. §. 6. & quę nos circa eam suo loco scribemus.

14 Ex dictis opportunè explicari possunt distinctiones suprà traditæ de prorogatione iurisdictionis Academicæ, nempè quomodo procedi debeat, si ignoretur an prorogatio, vt in Ecclesiasticũ, an verò vt in Regium iudicem facta fuerit. Qua in re potissimè observandum erit, vt in dubio ea iurisdictio prorogata vi-

deatur, quę pœnam dict. l. Regiæ excludat, quaque vteretur prorogans, si verè subditus esset; cæteras huius quæstionis præsumptiones in valde simili specie doctè prosequitur Barbos. d. l. 1. art. 1. num. 246. & seqq.

Infertur etiam, prędicta quæ de prorogatione docuimus, valdè prodesse posse studiosis in casu, qui frequentissimè contingere poterit, nempè si debitorē studiosus habeat vltra diætas domicilium habentem, quæraturque an se submittere possit Scholæ Magistro, & an virtute sumissionis seu prorogationis trahi possit corā Scholę Magistro, coram quo nō poterat, sumissione cessante: & ex supradictis necessariò infertur, omnino conveniēdum, & cogendū ab Scholæ Magistro virtute summissionis, sivè laicus sit, sivè clericus, dūmodo si clericus sit, de licētia Episcopi sui id faciat, iuxta dict. cap. significasti de for. compet. Limita etiam nisi submissio ex alio capite nulla sit, puta, quia Princeps eam prohibuit, nec renuntiatū sit huic prohibitioni, aut talis sit quæ renuntiari non valeat. De quibus plura cumulavit Barbos. d. l. 1. art. 3. n. 162. & 170. Covar. cap. 10. pract. num. 5. l. 20. tit. 21. lib. 4. recopilat. vbi Azeved. & passim pragmatici: notandum tamē erit, quòd submissio fiat cū destinatione solutionis in loco studij, iuxta formam dict. l. 20. vers. *y que otrosi*, iunges etiam hîc quæ nos alibi de submissionibus hisce tractabimus. 15

Illud non omninò extraneè hìc subiungemus, an quæ de prorogatione scripsimus, in cōpromisso procedant, & qualiter? Brevissimè habe, in Scholæ Magistrum compromittere posse omnes non subditos indistinctè, sivè clerici sint, sivè laici, neque hic in clerico licentia vlla Episcopi expectanda erit, cap. exposita, de arbitr. vbi glos. cap. contingit, vbi glos. ibidem, Blanc. de arbitr. quæst. 2. num. 63. relatus à Marta de iurisd. 4. p. casu 40. num. 7. vbi malè contrarium verum autumavit, nec laicus, etiam si in Gymnasiarcham, vt Ecclesiasticum compromittat, pœnam leg. Regiæ incurret, vt notarunt sic limitantes dict. l. Regiam, Azeved. ibi. n. 21. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 30. n. 43. 16

Quorum omnium ratio est, quòd per compromissum nulla iurisdictio tribuitur, l. ait prætor 5. de re iudic. l. privatorum 3. C. de iurisd. l. pen. de iudic. l. notionem, vbi glos. de verb. sign. Barbos. dict. l. 1. art. 1. num. 48. Idcircò in quemcumque partes cōvenerint, iustè compromittitur, & impunè, in quo summè prorogatio à compromisso distat: nam prorogatio iurisdictionis est, 17

 18

19 & non niſi in iuriſdictionem habentem fieri poteſt d.l. 1. de iu-
20 dic. exornat Barboſ. ibi. art. 1. n. 20. & 48. & 69. An autem ſtudioſi ipſi in Scholæ Magiſtrum compromittere poſsint, vel in alium, alibi agemus, vbi etiam an vnius ſtudij ſubditus poſsit in iudicem alterius ſtudij contentire, & quid conſentiente Academico Maſtiſtratu. Interim vidè Barboſ. d.l. 1. art. 1. n. 240. Abb. cap. cum tempore, de arbitris.

21 Poſtremò illud obſervabis, vt ſcitu digniſsimum, quòd quotieſcumque prorogata Scholæ Magiſtri iuriſdictio fuerit, vel quotieſcumque virtute ſubmiſsionis procedit, hæc prorogatio, ſubmiſsio vè, ſic accipitur, vt eadem modo & forma Scholæ Magiſter procedat adverſus prorogantem, qua procederet adver-
22 ſus ſubditum. Inde erit, quòd cognitio, *ſummarie, & de plano*, itē executio ſententię, *non obſtante appellatione*, locum habebunt, prout inter ſubditos habere, latè ſcripſimus ſuprà: & hoc etiam ſi iudex ordinarius prorogātis ea forma procedere non poſſet: ita latè & doctè Barboſ. dict. l. 1. art. 5. num. 11. & ſeq. Probaturq; in l. Epiſcopale, C. de Epiſcop. aud. Gamma deciſ. 222. Decian. lib. 4. crim. cap. 23. n. 7. Addi eleganter poteſt, prorogationem
23 veluti alluvionem eſſe iuriſdictionis, ideò naturam, & effectus ſortitur illius cui accrevit, l. fin. C. de alluvio. Natt. in ſimili conſil. 286, num. 1. Mart. de iuriſd. 1 p. cap. 47. num. 26. Cætera de
24 prorogatione latiſsimè per Mart. de iuriſd. 2. p. cap. 6. à nu. 37. & 4. p. caſ. 100. & 150. Barboſ. dict. l. 1. Balboā in cap. de cauſis 4. de offic. deleg. & cap. 1. de foro compet. vbi latè quid operetur iuramentum, & quando, Azeved. l. 11. tit. 1. lib. 4. recopil. Monet. de Conſervator. dict. cap. 7 num. 382. Gutier. lib. 3. practicar. quæſt. 29. & ſeq.

25 Inde etiam oritur, ſi de iudice appellationis in prædictis prorogationis cauſis quęratur, quid reſponderi oporteat: nam omnia quæ inter ſubditos de appellatione ſcripſimus cap. 21. §. 9. & cap. 14. & ſeq. inter proroganres qnoque ſervabuntur, & in ſumma, ſi vt ſęcula. is iudex cognoverit, ad ſuperiorem ſęcularē,
26 ſi verò vt Eccleſiaſticus, ad Eccleſiaſticum appellabitur. In cōpromiſſo verò in Magiſtratum Academicum facto, huic diſtinctioni locum non eſſe puto, cum enim iuriſdictio nulla exerceatur, qualiter cognoſcetur, an ſpiritualis ſit, an temporalis? igitur eſto quod appellandum ſit, tantum inſpiciemus, quis ſuperior ſit ipſius iudicis ſtudioſorum, prout privatus eſt, & is appellabitur,

bitur, vt puta, si Sacerdos sit, Clericusve, qui foro gaudeat, superior eius Ecclesiasticus appellabitur: sin autem laicus fuerit, superior secularis adeundus erit, quod facilè probabis ex traditis in hoc articulo à Parlador. differ. 9. §. vlt. nu. 28. Couarr, libr. 2. variar. cap. 12. Bovad. lib. 2. cap. 18. num. 182.

Intra quos fines studiosorum iudices ius dicere possint, tam vt Ordinarij, quàm vt Conservatores Ecclesiastici, & Regij. Quid si sine dictarum restrictione dentur, & quando Pontifex derogare possit Concilio de dictis, denique an tribunal mutare possint Academici Magistratus, & an intra dictas.

CAPVT XXVIII.

DECIMO ex illo ipso fonte, inspectione videlicet Academicæ iurisdictionis scaturit earum quæstionum explanatio, quas huic loco reservavimus suprà cap. 9. ad finem, nempe vbi, & intra quos fines Scholę Magister, Rectorque, & similes ius dicere possint, & an tribunal mutare; in prima quæstione nonnulli casus distinguendi sunt. 1

Primus ratione iurisdictionis Ecclesiasticæ, quā in studiosos clericos exercet, aut in laicis, si causa spiritualis sit, iuxta tradita suprà cap. 21. tunc enim cùm iurisdictio Pontificia sit in omnes vndecumque studiosos, Sūmusque Ecclesiæ Præsul vniversam Ecclesiam pro territorio habeat, necessariò sequitur, huius studij iudices, vt Ecclesiasticos vniversum Christianum orbem pro territorio habere saltim circumscripto, vt fusè scripsimus dict. cap. 9. Iocircò & vbique terrarum Ecclesiam recognoscentium eorum iurisdictionem contingere posse, argum. text. in cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. & Doctoratuū gradus, & similia in omni Ecclesia valebunt, vt probavimus cap. 21. num. 166. cum Immola, & Petro Gregor. & ferè in specie scripsit Monet. de Conserv. cap. 7. num. 42. 2 3

Quæ

4 Quæ conclusio in studiosis reis certo certius procedit, idque iure communi, non tãtùm in Gymnasio nostro, sed in omnibus similibus; sin verò actores fuerint (cùm eodẽ iure inspecto, foro non gaudeant, sed reum coram suo iudice convenire teneantur,
5 vt probavimus supra cap. 13. n. 2. quamtumcumque clerici sint; arg. cap. si clericus laicum de foro compet.) inspiciendum tunc erit, an studium, Conservatores nostris Salmanticensibus similes habeat, quo casu, illas diætas, intra quas reos nõ subditos trahere possunt iuxta suum privilegium, pro territorio habebũr; quòd si nulla dictarum restrictioe Cònservatores creentur, tunc in omni Christianorum provincia territorium habere videntur, vt proximè diximus, & rectè notavit Monet. d. c. 7. n. 42.

6 Cui addo non sufficere, meo videri simplicem, & indefinitam constitutionem Conservatoris, nisi expressè Pontifex abrogaret constitutiones iuris communis, quibus cavetur, ne reus extra vnam diætam extrahatur, ex, sunt, cap. fin. de offic. delegat. in 6.
7 cap. nonnulli de rescrip. cap. statutum, eod. in 6. Et quòd specialis derogatio requiratur, maximè cùm Concilij generalis decisio abrogetur, de qua d. c. nonnulli, constat ex illo ipso canone, vbi Felin. num. 3. cap. ex parte, cap. vlt. de capella. monach. cap. eam te, de æt. & qualit. vbi scribent. Covar. 4. variar. cap. 16. n. 6. Monet. de Conser. cap. 7. nu. 330. ad fin. Sanchez de matrim.
8 lib. 3. disp. 26. num. 7 Nec quidquam obest, quòd illa specialis, & indefinita Cõservatoris creatio pro speciali derogatione habeatur, l. 2. vbi Ias. plura, de liber. & posth. quia id procedit, quãdo nisi abrogato Concilio, illusoria, & inutilis redderetur iurisdictio Conservatoris, veluti si adversus certas personas, ad certum locum trahendas, qui longè vltra diætas distaret. Pontifex ex certa scientia Conservatorem daret, eo enim casu specialis abrogatio necessaria non est, vt eleganter probat d. l. 2. doctè cum Felin. & Loaces, Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 35 n. 17. In
10 nostra tamen quæstione optimè exequi privilegium potest, si quantumcumq; indefinitè concessum, ad formam iuris communis reducatur, quod semper fieri debet, nisi ex alijs clausulis apertè constet de voluntate Pontificis derogare volentis, quæ si appareat, derogatio inducitur, quamtumcumque formula derogatoria deficiat, Sarm. lib. 3. select. cap. 14. n. 7. Covar. rubr. de testam. 2. p num. 19. vers. *quarta conclusio*. Sanchez dict. lib. 3. disp. 26. num. 17. vers. *et si duas*.

Se-

Secundus casus est, respectu iurisdictionis Regię, quæ ab Academicis Magistratibus exercetur in studiosos laicos, aut etiam clericos in casibus in quibus Regiæ potestatis forum sortiuntur, quos alibi tradidimus: & in hoc secundo casu studiosorum iudices non ampliores fines, aut territorium habent, quàm ipse Princeps, sub cuius Imperio studium viget: iam id probavi sup. c. 21. n. 106. & seq. 11

Hanc doctrinam restringes, sicuti & in supra proposito casu, vt procedat in studiosis, quando rei sunt, nam quando actores, iure civili inspecto, iurisdictionem iudex studij non habet, nec territorium, aut demum si Conservatorem, vt Salmantinum nostrum habeat, dictarum fines pro territorio erunt respectu studiosi actoris, & eius, qui ab studioso convenitur, vel si amplissima Conservatoria concedatur, idem territorium habebit vt Cõservator, quod vt ordinarium habere diximus, observatis ijs quę in Pontificio Conservatore initio huius capitis observavimus: nam omnia ibi respectu Pontificiæ iurisdictionis scripta, hic repetenda sunt iuxta vniuscuiusque potestatem. 12

Ex dictis facilè deduces, quid dicemus, si Academia sæcularis omninò sit, aut Ecclesiastica omninò: nam in illa penitus procedent quæ de territorio in primo casu scripsimus, in illa verò, quæ in secundo. 13

Restat illam quæstionem expedire, an possint studiosorum iudices, vbiq; intra fines supra scriptos ius dicere, an verò non nisi in Salmantica, aut aliàs in loco ipso ad Academiam designato. Huius rei decisio distinctione indiget: nam cũ Gymnasiarcha, & Ordinarius, & Conservator iudex esse soleat, prius in eo, vt ordinario, deinde vt Conservatore, quæstio examinanda erit. 14

Et vt iudicem ordinarium posse quocumque loco intra fines suos ius dicere salva Maiestate, probavimus sup. cap. 21. n. 227. vsque ad 233. nunc addimus iuris canonici insignem locum in c. cùm Episcopus 7. de offic. ord. in 6. inuctis latè traditis à Barbos. de potest. Episc. alleg. 80. Ergo cõsiquio fit, quoties iurisdictionem Pontificiam exerceat, posse intra omnem Christianum orbem ius dicere studiosorum iudicem, si verò Regiam, intra Regis imperium, vbique iudicare poterit. 15 16

Quod tamen sic accipiẽdum est, vt si ex causa iudex studiosorum absit, vbilibet ius dicat, non tamen ipsi Tribunal, & sedem solitam mutare licebit. dixi supra c. 21. n. 227. 17

Se-

18 Secundò, licèt ius reddere possit vbique, non tamen potest vllo modo studiosos à loco studij avocare, vel ab alio loco, in quo in procinctu sunt, aut itinere ad studij locum. Ratio est, quia tota h c iurisdictio favore studiorum datur, & ne studiosi à literis distrahantur, sili tiũ causa ab Academia exulent; ob id enim in ipsa studij civitate iudices dati sunt. Hinc fit, tribunal solitum ipsos mutare non posse, nec studiosos alibi vocare, aliàs frustrà ius cavisset studiosis suis, penitusque corrumperetur finis, ob
19 quem iudices speciales destinatos habent. Inde etiam est, vt rectissimè cautum sit Salmantini Gymnasij constitutionibus, quòd Scholæ Magister in ipso loco studij Vicarium si forte absit, relinquat, cui omnes vices suas deleget, vt eo absente Vicarius negotia administret. Sed si constet eo tempore, quo studiosus vo-
20 catur extra locũ studij, nec in eo residere, nec in procinctu esse, & in summa si ex alia causa apparet, non duriùs cum studioso agi, quàm si ad locum studij vocaretur, aut causa distractionis ab
21 studio cesset, trahi iure poterit. Demique si criminalis sit causa, gravisque, adeò vt ad vindictam publicam expedite Gymnasiarcha arbitretur, idem iuris erit; sed in civilibus ex consensu ipsius
22 studiosi, aut vtriusque, si vterque litiget, idem probari potest, argum. text. in cap. statutum, §. in nullo, de rescript. in 6. Abb. cap. P & G. de offic. & potest. iud. deleg. Dec. in l. fin. de iurisd. n. 9. Oros. ibidem, Barbos. de iudic. l. 1. art. 2. num. 5. Monet. de Cõservator. cap. 7. num. 382.

23 In cæteris verò subditis studiosorũ iudicibus, vt puta officialibus Academiæ, & familiaribus, seu nuntijs, omnia suprà dicta aliquando locum habebunt, sed alia ratione ab ea, quæ in studiosis viget, etsi favorem etiam literarum respiciat, nempe, ne Academiæ ministerijs absint, aut familiares dominis in eorum
24 incommodum, & dispendium. Tandem vbicumque præsentiam lis non exigat, omnibus indistinctè in quocũque territorij loco ius reddere poterunt studiosorum iudices.

45 Hæc procedunt in Academicis Magistratibus, vt ordinarijs iudicibus. Nunc videamus, quid in causis, in quibus non ordinariam, sed Conservatorum iurisdictionem exercent, an vbilibet iudicare possint? In qua quæstione ante omnia literarum, & privilegij series inspicienda est: nam in Academia nostra ex Eugen. IV. Conservatoria, iurisdictio Scholæ Magistro, forma amplissima concessa est, item & Toletano, & Legionensi Antistiti, nec

certo

certo loco ius dicere renentur, sed vbicumque reos vocare, & ius dicere possunt, dummodo non vltra quatuor dietas extrahā-
tur, qui dietarum numerus in laicis studiosis ad duas tantùm re- 26
strictus est legibus Regijs, l. 19. & 20. tit. 7. lib. 1. recopil. vt alibi latius dicemus: ergo intra diætarum fines studiosorum Conservator Salmanticensis poterit absque vlla loci circumscriptione ius reddere, cum expressè in prædictis literis Apostolicis abrogetur decisio cap. statutum, de rescript. in 6. cap. fin. de offic. delegat. eod. lib.

Quinimo etsi abrogata non fuisset dispositio d. c. fin. de offic. 27
deleg. in 6. adhuc ex eo nostra sententia non solùm non infirmatur, sed confirmari potest, præcipitur namq; decreto illo, vt Conservatores, civitates, vel diœceses, intra quas deputati sunt, non excedant, constat autem Gymnasiarcham nostrum non in certa vlla civitate deputari in Bullis; sed ad vniversos subditos, quos vt ordinarius iudex habet, quod perinde est, ac si eum vniverso territorio constitutum diceremus, & deputatum.

Obstat adhuc l. 18. §. 2. ad fin. dict. tit. 7. lib. 1. recopilar. qua 28
cavetur, omni casu diætas à Salmanticensi civitate enumerādas: ergo ob id maximè quòd extra civitatem Scholæ Magister cognoscere non potest. Respondeo: Primum hanc legem ideò Salmanticæ mentionem fecisse, quia sæpissime in ea causæ agitantur, solitumque tribunal existit: non tamē ideò minus dicemus, si alibi iudex resideat, ab eo loco diætas computandas. Prædicta lex Regia nullo modo tendit ad certum locum Cōservatori designandum, sed varietatem opinionum super diætis computandis resecans, iubet à loco iudicis computari, vsq; ad limites diœcesis in qua reus moratur, vt loci autem soliti, Salmanticæ meminit.

Secundò respondetur, etsi daremus, non nisi à Salmantica die- 29
tas computandas, adhuc intra diætarum fines nil prohibet d. l. Regia, quominus iudex studiosorum vbilibet ius dicere posset, quia tamen hæc solutio, supradicta restringit, nec necessaria est, primam veriorem iudico.

Tertiò denique respondetur, quidquid dict. l. 18 caveatur, 30
solùm iurisdictionem Regiam restringere potuisse, Ecclesiasticam verò minime: idcircò in omnibus causis, in quibus studiosorum iudicem spiritualem iurisdictionem exercere scripsimus, nihil Eugenianæ Conservatoriæ detrahere potuit dict. l. Regia,

31 vt satis constat ex dictis suprà cap. 21. Quid autem iuris sit in cæteris Vniversitatibus, facilè, vt diximus, inspectis literis decidi poterit ex principijs in hoc capite traditis, & ex ijs quę scribentes cumulant in dict. cap. statutum, de rescrip. in 6. cap. P. & G. de offic. deleg. Bartol. & Paul. l. 1. & 2. de iudic. latè cum multis Monet. de Conservat. c. 7. n. 59. & n. 370.

A quibus locis, & in quas provincias possit studiosorum iudex relegare. De exilio, relegatione, & deportatione. Explicatur noviter, & diffusè l. 7. de interdictis & relegatis. Obiter de domicilio studiosi in loco studij.

CAPVT XXIX.

1 VNDECIMO Infertur, à quibus provincijs relegare possunt Academici Magistratus: nam quoties vt Pontificij iudices cõdemnaverint, ab omni provincia, à qua Pontifex relegare potest, poterit & ipse, qui idem territorium in suis causis habere videtur, vt cap. præced. probavi-
2 mus, item quotiescumque vt iudex Regius pronuntiaverit Scholæ Magister, ab omni Principis territorio poterit relegare: cùm enim vt probavimus, pro territorio vniversum vtriusque potestatis districtum habeat, ratio iuris necessariò dictat, ab omni suo territorio relegare posse, eleganter Vlpian. in l. relegatorium 7. §. 1. & §. sicut, cum sequentibus, de interd. & releg. l. 5. tit. 31. p. 7. vers. *Si non al Rey, o a otro que fuesse vicario, o adelantado general por èl señaladamente en toda su tierra.*

3 Hæc tamen doctrina procedit indistinctè, quoties vt ordinarius iudex Scholæ Magister cognoscit, id est, in studiosis, cùm rei sunt, sivè vtcumque subditus sit, is qui condemnatur; cùm verò rei non subditi trahuntur, distinguendum est, vt superiori cap. in territorij quęstione distinximus: quòd si intra diætas tantùm reos non subditos extrahere potest, non poterit ipsos vltra di-
4 tas relegare: sin verò nullis dietarum finibus eius iurisdictio clauditur, idē dicemus, quod in primo casu, nēpè ab omni Prin-

ci-

cipis territorio relegare posse, cuius iurisdictionem exercet: ratio differentię iam ex dictis liquet, quia scilicèt relegandi potestas, à territorio oritur: cum autẽ actor est studiosus, tunc Scholasticus iudex regulariter, non maius territorium habet, quàm dietarum fines, idcircò nec reũ vltra relegare poterit, cuius respectu non amplius territorium habet. 5

Hinc valdè notatu dignum est, quòd quamvis regulariter iudices delegati ampliorem ad relegandum potestatem habeant, maximè iure civili & Regio, quo sine diætarum restrictioee dari solent (vndè & extra Regnum relegare possunt, vt ex Angelo cons. 217. in causa col. 4. vers. *sed ideò*, Decian. 1. tom. criminal. lib. 4. cap. 25. num. 14 scribit Bovad. lib. 2. polit. cap. 19. num. 210. quod tamẽ iudicibus ordinarijs nõ licet, d. l. 7. de interd. & releg. l. fin. C. vbi & apud quem. l. fin. de iurisd. optimè d. l. 5. tit. 31. p. 9. vbi Gregor. glos. *echar*, quòd nec Regię Cancellariæ Senatui id licet, sed solùm supremo Senatui Regio, & de iure canonico est text. in cap. vt animarum, de const. in 6. & cum alijs idem Bovad. vbi proximè.) Attamen in Gymnasiarcha nostro diversum est, maiorem enim potestatem, vt ordinarius, quàm vt delegatus, & Conservator habet: nam his postremis speciebus dictarum limitibus eius territorium circumscribitur; vt ordinarius verò studiosorum iudex, orbis Christiani terminos contingit. 6 7 8 9

Denique id obiter noto, hęc omnia procedere, nisi lege, canone vè pœna expressa sit relegationis à Regno, vel extra finem ius dicentis: nam tunc quamtumcumque ius dicentis territoriũ excedat relegatio, ab ipso imponi poterit, cùm non tam condẽnatio, quàm declaratio, sivè executio sit, & ita limitanda erunt ab interpretibus nuper adductis tradita, & text. in d. l. 7. de interd. cum simil. Si verò lex indefinitè pœnã relegationis imposuerit, neq, exprimatur à quibus locis, tunc iudex arbitrabitur, intra fines tamen sui territorij, non aliàs, nisi consulto Principe, dict. l. 7. in princip. 10 11

Non potui non hic subnectere, an studiosus à loco studij relegatus à propria patria, itemq; Regia Curia relegatus videatur? vt tamen dilucidè ab ea quæstione nos expediamus, necesse est, vt explicemus l. relegatorum 7. de interd. & relest. vbi Vlpian. huius articuli solemnem disputationem instituit; sed in nonnullis involutam, & obscuram, neque hucusque quod viderim ex- 12

planatam. Igitur initio d.l. duo genera relegatorum esse affirmat
13 Vlpian. quosdam qui in insulam relegantur, quosdam verò simpliciter relegatos, hoc est, quibus non insula adsignatur; sed certæ provinciæ interdicuntur; sed & alia relegationis species
14 est, quæ lata fuga appellatur à Martiano in l. exilium 5. eod. tit. cum non insula, sed certus locus adsignatur, cæteris omnibus interdictis, vndè curiosius Martianus triplex exilium distinxit,
15 cùm Vlpian. duplex tantùm, sed facile ad Vlpian. distinctionem reduci potest tertium exemplum Martiani, cum in effectu idem sit in insulam, quàm in certum locum relegare; quod & ipse Vlpian. insinuat dict. l. 7. §. est quoddam genus, & §. sicut, item & §. sed in eas, sed & Martiani trimembrem distinctionem inculcat idem Vlpian. in §. solet præterea 19. eiusdem legis.

16 Hæc tamen differentia est, inter relegationem in insulam, & relegationem in certum locum, quod scilicèt relegatio in insulam, omnium pessima habetur, adeô vt relegatus perpetuo in certum alium locum, vel extra certas provincias, si in
17 exilio excedat, in insulam relegatur, quæ relegatio vicem duplicatæ pœnæ habet, l. relegati 4. ff. de pœnis, non rectè exemplata, in l. 10. tit. 31. p. 7. Obiter noto in dict. l. 4. iniustos emmendatores, Cuiac. 6. obs. cap. 36. Fabr. in Iurispr. tit. 11. princip. 4. ad fin. cùm optimè Accurs. verb. *non excedat*, si explicet, idest, sententiam interdictionis, vel iudicis præceptum, quod confirmo ex eod. text. ibi: *Sivè etiam aliàs exilio non obtem-*
18 *peraverit*. Rursus ad fin. in dict. l. 4. ibi: *Sivè quis non excesserit in exilium* (nam sic legendum est non affirmativè) noto, eorum verborum sensum esse, vt pœna relegati augeatur, sivè quis non excesserit in exilium intra tempus, intra quod debuit, hoc est, si non recesserit (nam is qui relegantur, dies excedendi à præsidibus datur, d. l. 7. §. his qui 17.) sivè etiam aliàs exilio non obtemperaverit.

19 Secundò sciendum est, falsò interpretes nonnullos scripsisse, relegationis pœnas vsu abolitas, nam quidquid sit in aquæ, & ignis interdictione, & deportatione, tamen in relegatione dubio procul est, nihil ius nostrum à Romano differre, quod ad pœnè naturam, substantiam, & effectus attinet, licèt quoad casus, in quibus hæc pœna irrogari debeat, distent; sed hoc nil interest, quod autem relegationis species omnes præ-

dis-

dictæ vigeant, vſus ipſe demonſtrat, firmatus d.l.5.& 10.tit.31. p.7.& l.1.& 6.& per tot.tit.24.lib.8.recop.

Denique noto cum Anton.Fabr.dict.princip.4.tit.11.falsò etiam ſcripſiſſe aliquos, aliam pœnam exilij, aliam relegationis eſſe; quod ex ignorantia latini ſermonis, & Romanæ hiſtorię procedit. Hæc verba, exilium, interdictio, relegatio, paſsim vſurpantur. Exilium, generale nomen eſt, nam & aquæ, & ignis interdictionem ſignificat, l. 2. de publ. iud. & apud author. ad Heren. Item, & deportationem in l. qui cum maior.14.§.is demum, de bon. libert.l.5.C. de ſacroſanct. Eccleſ. l.1.C.Theod.ad l.Iul.de ambit. Denique relegatio, exilij appellatione continetur, vt apertè Martian. dict. l.5.(de interdictis, idem Martian. dict. l. 4. de pœn.l. ſed etſi 4. in princ.ibi: *Si fortè in exilium ſalva civitate abijt*, ff.ſi quis caut. eodem ſenſu, Ovid.dum in ſua relegatione eſſet, ſic ad libellum ſuum alloquitur.

Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:

Poſtremò, exilium voluntarium dicebatur, quod reus ſuaptè ſuſpiciebat, nam olim poſt primam actionem licitum fuit reis, exilium ſibi conſciſcere ante iudicium peractum, de hoc exilio accipitur Cicero pro Cæcina, dum exilium vocat, non ſupplicium, ſed profugium, portumque ſupplicij, de eodem intelligenda, l.aut facta 16.§.eventus, de pœnis, ibi: *Et ideò apud Graccos exilio voluntario fortuiti eaſus luebantur*, non vt malè Accurſ.de exilio ad arbitrium iudicis, notatus à Budęo, & Gotofr. ibidē, addo ad d.§.eventus.l.1.tit.31.p.7.

Illud certum eſt, deportatos cæteroſque, qui libertatem, aut civitatem amittunt, propriè exules dici, & eorum pœnam propriè exilium, cæteras propriè relegationes appellamus, eleganter Paul.l.2.de public.iud.Cicer, in ead.orat.pro Cæcin, Ovid. ad Auguſt.

Quippè relegatus non exul dicor in illo.

Et alibi.

Quippè relegati non exulis vtitur in me Nomine.

Papinius.

Atque hoſpes non exul erat.

Lucanus. ——— *Patimurq; volentes*
Exilium, tua nos facit victoria cives.

Hinc

27 Hinc rectè Cuiac. 15. obser. 35. verbum *exulare*, in l. 1. C. de fideiiussor. de deportatione accipit, quæ propriùs eo verbo significatur, quem sequitur cum alijs Ossuald. 17. com. cap. 4. lite-
28 ra G. cõtra Gabr. ad l. 97. de reg. iur. qui de relegatione accepit, aliquando tamẽ relegatio, & deportatio vsurpantur pro eodem: sic novè intelligo text. in l. vlt. ff. quę res pignor. cum Paul. 5.
29 sent. tit. 1. in princ. quę iura aliàs pugnantia sic consonant, explosa Cuiacij emendatione.

30 Hæc de exilio breviter collegi, sparsim scripta per Nonium & Servium, Ælium Gallum apud Festum, Duaren. lib. 1. disput. c. 37. Cuiac. paratitl. de interdict. Pratei. Othman. Brisson. verbo *exilium*, quidquid de huius verbi significatu aliter senserint Petr. Crinit. lib. 22. de honest. discipl. cap. 5. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. & lib. 26. cap. 15. antiq lect. Robert. lib. 4. sent. cap. 14. Menoc. de arbitr. casu 330. pluresque ab eo adducti.

31 Interdictio, & relegatio, ferè eodem modo differunt, quo relegatio, & exilium, nam interdicere multò latius patet, quã relegare; relegatus nõ nisi tribus illis casibus dicitur nuper explica-
32 tis d. l. 5. de interdictis. Interdictus dicitur, honore, ordine, negotiatione, & elijs, de quibus in d. l. 7. §. solet decurionibus, & seq. rectè notavit doctissimus Cuiac. in paratit. ad tit. de interd.
33 & releg. ego addo probari, l. 9 per tot. de pœnis, interdictio tamen, & relegatio passim pro eodem accipiuntur, vt ex dict. l. 7. apparet.

34 His positis Vlpian. in dict. l. 7. in insulam, & per tot. pro regula statuit, neminem à Provincia, vel in Provinciam, quam non regit, relegare posse, extra propriam Provinciam posse, §. sicut, vers. *sed extra*, eiusdem l. hoc est, dum sua Provincia tota interdicit, non dum in aliam relegat, vel alia interdicit: nã hoc non potest: ratio perspicua est, quia in primo casu à suo territorio abijcit, quod potest, nec in alio quidquam disponit; in secundo sic, inde ei obediri non debet l. fin. de iurisd.

35 Hæc Vlpian. regula primo ab ipso limitatur in vrbe Roma, vel apud nos limitari potest in Regia Curia, à qua iudex eo ipso quòd ab alia quacumque civitate cui præest relegat, à Curia etiã
36 Principis relegasse videtur, dict. l. 7. §. constitutum, quod extenditur ad quemcumque locum, in quo Princeps versatur, vel per quem transit. Rationẽ elegantem expressit Callistrat. l. relega-
37 tus 14. de interdict. & releg. Sed an poterit ab vrbe, seu Curia tan-

tàntùm relegare, ſi vrbi non præſit ? Et dicendum eſt non poſſe,
arg. §. dubitatum, dict. l. 7. quinimò ſi id faciat, per conſequentiã
etiam patria interdixiſſe videbitur. Si verò præfectus vrbi, vel
Curiæ ordinarij iudices, à Curia relegent, an à patria etiam, vel
ab alio domicilio relegaſſe dicemus? Vlpian. id negat. d. §. conſ- 38
titurum. Cur ergo relegatus à patria, ab vrbe relegatus videtur,
non è contra ab vrbe relegatus, etiam à patria? Ratio eſt, relega 39
tio à patria, minor eſt quã ab vrbe, ergo interdicta minori, etiam
maior, id eſt Curia, interdicta videtur : prohibita verò maiori,
hoc eſt Curia, non videtur minor prohiberi ; ſic Accurſ. Fab. &
alij infrà.

Sed tunc ſummè obeſt quod idem Vlpianus ſubiungit in §. ſi 40
cui planè d. l. 7 *Si cui civitas aliqua interdicatur, an etiam patria
ſua, itemq; vrbe interdictum dicamus? quod magis eſt.* Cur ergo civi
tate qualibet interdicta, puta quia ibi delictum commiſerat, vt in
§. interdicere, in fin. dict. l. 7. etiam patria & Curia interdicta ha
betur, interdicta verò Curia ſecus eſt? Dici poteſt, civitatem, in 41
qua quis deliquit, nec domicilium, aut originem habet, minus ha
beri patria, & Curia, idcircò minori interdicta, cæteræ maiores
interdictæ videntur, Curia verò ſemper maior habetur, idcircò
ea prohibita minora non prohibentur, 42

Sed idem quod in exilio vnius loci diximus, in exilio ab vna
provincia dicemus, nempè à propria provincia relegatum, etiam
provincia Italiæ abſtinere debere, apud nos *de la Corte, y cinco le
guas*, quod provinciæ nomine continetur. Item ab alia provincia, 43
in qua quid admiſit reus relegatus, à propria etiam, item ab Ita-
lia, ſive Curiæ territorio relegatus videtur, §. ſi quis eam, verſic.
præter Italiam, dict. l. 7. idque à Divo Claudio cautum refert Cu-
iac. 2. obſ. cap. 14. ex Sueton. in Claud. cap. 23. non autem è con
tra, prohibita Italia, ſive Curia Regia, prohibita patria videbi-
tur, l. 2. de ſerv. export. Cuiac. dict. cap. 14. 44

Limitatur ſecũdò principaliter ſupradicta regula ab Vlpiano
propoſita, ne quis niſi provincia, quã regit, interdicere poſsit,
quando reus plura domicilia, ſive origines habet : nam tunc ex
reſcripto Divorũ Sever. & Anton. relegatus per iudicem domi-
cilij ab ipſa domicilij provincia, etiam ab originis provincia re-
legatus videtur : item ab ea relegatus, in qua quis admiſit, ab ori-
gine & domicilio relegatus habetur, quamvis diverſæ provinciæ 45
ſint, dicto §. interdicere. Ex quibus veriſsimè Vlpianus infert

in

in §. si quis eam, fieri posse, vt relegatus alia provincia, in qua quid admisit, à tribus provincijs præter Italiam abstinere debeat; (id est simul, & ab Italia, à qua, etsi ei non præsit, iudex relegasse
46 videtur, sicut & ab vrbe, vt diximus.) Denique si plures origines habeat, quas habere posse, latè sup. c. 1. scripsimus, ab omnibus relegatus videbitur.

47 Nunc tamen quærimus, si non à iudice provinciæ, *in qua delictum* fuit admissum, sed à iudice originis relegatur, an *idem quod* in superiori specie dicendum sit, nempè quòd omnibus provincijs prædictis interdictum dicatur? Vlpian. negat eum posse, nec vllam aliam causam reddit, nisi quòd rescriptum, ad eum nõ per-
48 tinet. Cogitabam an dici posset, ideò originis iudicem hanc potestatem non habere, quia delictum alibi commissum ab eo puniri non potest, iuxta not. in aut. qua in provincia, & l. 1. C. vbi de crim. Covar. c. 11. pract.

49 Et quidem iure Regio attento, affirmari id, vt verissimum posset, ex dictis sup. cap. 1. num. 37. vbi probavimus, hodie origines non attendi, nisi cũ habitatione, sivè domicilio cõcurrant. Imò
50 & notanter dici potest, quæcumque de relegatione ad locum originis extendenda, Vlpia. scripsit, hac l. 7. non procedere iure Regio, nisi cum origine habitatio, vel domicilium cõcurrat. Sed cum civili iure forum originis ratione quis sortiatur, vix est, vt alia ratio reddi possit, quàm ab Vlpian. præstita.

51 In iudice verò domicilij quid dicemus, si is reum, qui alibi deliquit, condemnaverit? Et in hoc, cũ crebrior, & verior sit opinio, puniri ab eo delinquentem posse, etsi in alia provincia deliquerit, dicerem, relegatum à iudice domicilij, relegatum etiam à loco delicti, Curia Regia, cæterisque domicilijs, quemadmodum si à iudice, qui loco delicti præest condemnatus esset, quod optimè probari poterit ex congestis à Covar. dict. cap. 11. pract.

52 Neque obstabit quòd suprà diximus, minorẽ iudicari locum delicti: nam etsi id verum sit, tamen alia subest ratio, ob quam id æquissimum est, nempè iniuria provinciæ facta, in qua delictum
53 admittitur, arg. l. capitalium, §. *famosos*, de pœnis, l. 3. l. cõgruit, de offic. præsid. cap. factæ sunt leges 4. dist. Clement. 1. de offic. ord. auth. vt null. iud. §. si quis verò, doctè Covar. dict. cap. 11. num. 3. vers. *est, & alia*.

54 Sed adversus regul. Vlpian. obst. l. 1. §. pen. de offic. præfect. vrb. quo loci Vlpian. ipse statuit, præfectum qui vrbi præest, non

vr-

vrbe ſolùm interdicere poſſe, ſed & qua alia ſolitarum regionum, ergo etiam à regione, quam nó regit, contra reg. ex eod. Vlpian. ſuprà poſitam. Rurſus obſtat quòd in fine eiuſd. §. ſcribitur, nempè quòd ſi Præfectus vrbi aliquem relegat ab Italia, ſummo vere eum etiam potest à provincia ſua, hoc eſt, à patria, vel domicilio, quod pugnare videtur ijs, quæ ſuprà docuimus, relegatum ſcilicet ab Italia, non videri relegatum à ſua provincia, licèt relegatus à provincia ſua, ab Italia etiam relegatus videatur. 55

Ad primum reſpondet Accurſ. verba illa, *Solitarum regionum*, accipienda de regionibus ipſius vrbis Romæ, quam in tres, à Romulo, poſtmodum in quatuor, Subvrbanam ſcilicet, Exquilinam, Collinam, & Palatinam, denique in quatuordecim regiones fuiſſe diſtributam nó obſcurè probat l. 3. in princ. de offic. præfect. vigil. iuncto Cuiac. 2. obſerv. cap. 14. latè Guid. Pancirol. poſt notit. vtriuſque Imper. lib. ſingul. de quatuordecim Region. vrb. Rom. Pro qua ſententia conducit quòd idem Vlpian. l. poteſt. 9. de interdict & releg. & l. moris 9. §. ſolent, de pœnis, ſcribit poſſe quem interdici domo, ſive certo alio vrbis loco: inde in praxi frequenter videmus, certa vrbis parte, vel via, ſive vico quem interdici, de quo Anton. Gom. 3. tom. var. cap. 8. num. 2. ad finem, D. Amaya lib. 1. obſerv. cap. 6. num. 35. 56

Sed hunc Accurſ. & aliorum ſenſum improbat Cuiac. vbi proximè, ipſeque ea verba, *Solitarum regionum* (quæ negotium faciunt) aliter interpretatur, id eſt, ſubvrbicarum, ſeu Italicarum regionum, additque ſibi aliquando placuiſſe, pro *Solitarum*, legere *Suburbicarū*, tamē ſatis fine emēdatione ſic accipi poſſe. Mihi extempore occurrit alia, ni fallor, non inveriſimilis, nec incurioſa emendatio, vt loco *Solitarum*, legamus *Subiectarum*, ſeu *Subditarum* regionum, id eſt, Italia, nam etiam extra vrbem intra Italiā, Præfectus vbi cognitionem habebat, Italiæq; regiones ſibi ſubiectæ erant, dicta l. 1. in princip. de officio præfect. vrb. vbi Anton. Fab. notavit ſic meo videri liberamur à prima difficultate, & ſimul ab inveſtiganda ſignificatione verbi illius, *Solitarum*, quod vix ſenſum, aut proprietatem habet. 57 58 59

Quòd ſi ſuperſtitioſus receptæ lectionis cultor ſis, vel Accurſ. vel Guiacij ſolutionem (vtraque enim ſatis eſt probabilis) amplecti poteris. Nec adverſus id, quòd Præfectus vrbi intra omnem Italiam notionē habeat, obſtat eadem l. 1. §. initio, de offic. præfect. vrb. vbi ſolum intra centeſimum lapidem, ſive milliarium 60 61

præfectus vrbi notionē habere dicitur. Milliariū & Lapis, idē
significant, hoc probat apertè dict. §. initio, eratque spatium mil-
62 le passuum, *vna milla*, inde milliariū vocabatur, lapis verò, quia
veteres milliarium quddque lapidibus signabant, Plutarch. in
Grachis, Quintil. 4. cap. vlt. & in vetusto lib. canon. pœnitential.
milliaria lapidea literis plenam viam docent, Martial. lib. 10.
63 Epigr. 79.

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartam.

Inde milliarium in l. mille 154. de V. S. idest, colūna quędā Romę
posita in foro ab Augusto, à qua omnes viæ Italiæ initiū & finē
capiebant. Victor. de region. vrb. Rom. Brisson. 4. Select. cap. 8.
Orosc. & Gotifr. d. §. initio, idem Gotifr. l. propter litem, §. 2. &
64 3. de excus. & §. qui autem 16. Inst. eodem. Extant adhuc in His-
pania nostra quamplures inscriptæ columnæ lapideę, quæ hunc
Romanorum morem indicant, de quibus Isidor. lib. 15. cap. 16.
Nebris. de mensuris, Moral. lib. 8. cap. 12. Barnabas Morenus de
de Vargas I. C. Emeritensis, vir doctus; & diligens, nulla nō dig-
nus laude, in historia nostrę Emeritæ Augustæ, lib. 1. c. 7 per tot.
Ergo si vltra centesimum lapidem præfectus vrbi ius dicere nō
poterat, falsò dicimus, intra omnem Italiam posse, quæ longè
100. lapidem excedebat.

65 Respondeo, Prefectum vrbi intra 100. lapidem, vt proprium
& ordinarium iudicem cognoscere, per omnem verò Italiam in
66 causis appellationum cognitionem habuisse: nam appellari posse
ad Prefectum vrbi, probat l. si apud 17. C. de appellat. Don. 28.
com. cap. 7.

67 Vel secundò, & aptiùs forsitan respondę, intra 100. lapidem
posse Præfectum ipsum cognoscere, etiamsi vrbem egrediatur,
extra verò 100. lapidem non nisi iudices dando, ne fortè litigā-
tes gravaretur, & hoc sensu novè intelligo, l. fin. de offic. Præ-
68 fect. vrb. nescio an adhuc rectè percepta, vbi idem Vlpian. ait:
Præfectus vrbi, cùm terminos vrbis exierit, potestatem non habet, nō
ait; *cùm vrbem, sed cū terminos vrbis*, hoc est, si 100. lapidē egre-
diatur: pergit statim, *extra vrbem verò postet iubere iudicare*: hoc
est, dum in vrbe, vel intra 100. lapidem existit, potest iubere iu-
dicare, idest, iudices dare extra vrbem, extraque 100. lapidem.
Potest ergo per iudicum datione m Præfectus vrbi, quod per se
69 non posset, quod non est novum, aut singulare: nam neque Præ-
tor, salvo more maiorū, iudicare poterat causas, quas per peda-

neos

neos iudices expedire debebat, Cicero ad Q. Fratr. *quid? Prætor* 69
ſolet ne iudicare deberi? Hodie autem obſervationem illam centeſimi lapidis abolitam in Præfecto vrbi, notat Oroſc. d.l.1. num.3.ex l.9.tit.18.p.4. Cętera de interpretatione dict. l. fin. vide apud Gædeum l.2.de V.S.n.2.& 3. Oſuald. cum alijs 17. com.c.9.lit.E. his ſubiugi poteſt, quòd Balduin.l.15.Romul.not. 70
ex Tacito, Tiberium aliquando in Senatu ſuaſiſſe, vt more, & exemplo maiorum adulteræ non niſi vltra ducenteſimum lapidem relegarentur.

Ad ſecundam obiectionem reſpondeo, veriſsimam eſſe diffe- 71
rentiam inter relegatum ab Italia, & inter relegatum à provincia ſua, nam ille ab Italia ſolùm, hic à provincia ſua, & ab Italia relegatus videtur, hoc tamen procedit in dubio, & niſi aliud in cõdemnatione exprimatur: nam ſi iudex velit eum, cui Italia interdicit, etiã provincia ſua interdicere rectè poterit, ſi id exprimat. Ergo hęc eſt differentia, quòd relegatus ab Italia, non vi- 72
detur relegatus à ſua Provincia, niſi ea etiam expreſsè prohibeatur; relegatus verò à ſua provincia, ſemper ab Italia, ſive provincia Curiæ relegatus videtur. Hæc differentia Vlpiani eſt in d.§. pen.d.l.7.iunct.§.ſi quis, de interd.& releg.

Sed & hanc eandem differentiam aptabis rectiſsimè ad re- 73
legatum, non à provincia ſua, ſed à patria, à civitate, & eum qui à Roma, ſivè à Curia relegatur; nẽpe quòd relegatus ab vrbe, nõ videatur relegatus à patria, niſi id exprimatur: relegatus verò à patria, etiam ab vrbe relegatus ſit. Harum autem differẽtiarum rationem iam tradidimus ſup.nu 40.& ſeqq. Effectus porrò plu- 74
res ex his differentijs oriuntur, quorum non minor erit, quod in ea quæſtione, an vna, an verò plures provinciæ, ſivè civitates interdictæ ſint? is à probationis onere ſit immunis, cui præſumptio iuxta nuper conſtitutas regulas aſsiſtit, in dubioque pro ipſo iudicandum, etſi nihil probet.

Illa nec inelegans differentia, vltra Vlpian.in dict.l.7.exco- 75
gitari poteſt in ſupra ſcriptis ſpeciebus, quòd ſcilicet, iudex qui à loco delicti (exempli gratia) relegat, etſi in dubio à patria, & Curia relegaſſe dicamus, cæteriſque domicilijs, porerit tamen exprimere, ne exilium ad patriam, cæteravè domicilia extendatur, non tamen poterit exprimere, ne à Curia Regia relegatus 76
ſit, publica enim ratio, & authoritas in hoc verſatur, nec relegatos Principem intueri licet, vt eleganter Calliſtratus l. Relega-

77 rus 19. de interdict. & relegat. eademque ratione, si iudex domicilij releget eum, qui alibi crimen commisit, exprimatque ne relegatio ad locum delicti prorogetur, iniquè facit, & aut eius sententia rescindetur, aut poterit iudex loci, in quo scelus admissum est, sibi, & reipublicæ suæ iniuriam irrogatam vindicare, & delinquentem sua provincia interdicere.

78 Nunc deest, omnem hanc tractationem Academicis Magistratibus accommodare, quod facile est. Et in primis, si studiosus à Salmantica, vel alio loco studij relegetur, etiam à patria, & Regia Curia relegatus videbitur, dict. l. 7. §. si cui planè. Quæ enim

79 pœna esset, in patriam suam studiosum relegare, d. l. 7. §. interdice re, not. Faber. in rational. ad d. l. 1. §. pen. de offic. præf. vrb. idem iuris erit, si ab alia civitate, in qua quid admisit nominatim relegatur, nam à Curia quoque erit relegatus, & à patria, & domici-

80 lijs, cum declarationibus explicitis sup. à n. 71. Item studiosus relegatus à patria, etiam à Curia relegatus videbitur, d. l. 19. de

81 interdict. & releg. Sed an etiam tunc à loco studij relegatum dicemus? Et minimè id credo, quia studium, neque patria, neque domicilium est, ob eandemque rationem, si à loco delicti relegatus sit, non censebitur relegatus ab Academia: loquimur in delicto alibi commisso, nam si ibi fuerit admissum, semper locus delicti interdictus dicetur, licet nominatim ab alio relegetur, vt nuper probavimus.

82 Neque obstabit studiosos in loco studij domicilium habere videri, Platea, & plures relati à Rebuf. privil. 125. per tot. nam id procedit in favorabilibus, non in pœnalibus, idem Rebuf. pri-

83 vileg. 126. & seq. Addo l. 2. C. de incolis, apertè decidi, studiosos in loco studij domicilium non contrahere. Planè si studiosus

84 non ob solam studij causam in studio moretur, sed quia ibi originē, vel proprios lares habet, aut plusquàm decennalem habitationem, secus omnino respondendum erit, nempè idem quod in cæteris domicilijs scripsimus, arg. d. l. 2. C. de incol. d. l. 7. §. si quis eam de interdict. & releg. scilicèt in relegatione studium comprehendi.

85 Verum enimverò id quod subiungimus decennalem habitationem domicilium inducere in loco studij, restringere placet in Collegiatis Salmanticensibus, & similibus, quî licèt vlta decennium in Collegio morati fuit, domicilium non contrahere puto. Ratio est, quia prædicti Collegiati, dum insignia, & habitum de-

deferant, quæ ſemper temporalia ſunt, animo diſcedendi habitare præſumuntur, nec proprios ibi lares habent, quæ præſumptio re præſumuntur, nec proprios ibi lares habent, quæ præſumptio potentior eſt ea, quæ ex decennali lapſu oritur, cum ea tunc propotentior eſt ea, quæ ex decennali lapſu oritur, cum ea tunc procedat, cum de contrario ſtudioſi animō non apparet, dict. l. 2 vbi cedat, cum de contrario ſtudioſi animō non apparet, dict. l. 2 vbi Plarea, & alij, C. de incol. ſatis autem apparere dicemus in ijs, Plarea, & alij, C. de incol. ſatis autem apparere dicemus in ijs, qui in eo genere habitationis morantur, quod nec perpetuum eſqui in eo genere habitationis morantur, quod nec perpetuum eſſe ſolet, neque poteſt, faciunt tradita à Rebuf. d. privil. 107. ſe ſolet, neque poteſt, faciunt tradita à Rebuf. d. privil. 107.

His animadverſis, non arduum erit cuilibet, cętera quę de re- 86
legatis in hoc cap. ſcripſimus, ſtudioſorum iudicibus applicare, aliaque in hanc rem doctè ſcripta per Bald. in l. executorem, C. de exec. rei iudic. à num. 26. vbi n. 29. an teneat ſententia eius, 87
qui provincia non ſua interdixit, ſcienter, vel per errorem, Plateam tot. tit. C. de his qui in exil. Rebuf. l. pupillus 239. §. territorium, de V. S. Gregor. Lopez dict. l. 10. tit. 31. p. 7. Menoch. de arbitr. caſ. 330. Duaren. lib. 1. diſput. cap. 37. fusè & elegan- 88
ter per Fabr. in iuriſprudent. tit. 11. princip. 4. per tot. Anton. Gomez 3. tom. variarum cap. 8. & an exilij pœna ſit corporalis, Farinac. in prax. tom. 1. q. 33. n. 55. & q. 19. n. 17. Boſſ. de carcer. fideiiuſſor. commit. n. 7. addo text. in l. qui cum maior 14. is demum, de bon. libert. l. eum 10. de iure patronat.

Illud poſtremò quæri poteſt, quoties diximus Scholę Ma- 89
giſtri relegationem à certo loco Curiam comprehendere, de qua Curia intelligatur, an de Regia, an de Eccleſiaſtica? Et planè credo, laicos ſtudioſos á Curia tantùm Regia relegatos intelligi, niſi cauſa ſpiritualis ſit, tunc enim á Romana etiam Curia relegati videbuntur. Item clerici ſtudioſi ab vtraq; Curia relegati cenſebuntur, quoties in eos iuriſdictio Eccleſiaſtica exercita eſt, & ſic Scholæ Magiſtri ſententia, vt Eccleſiaſtici duriorem interpretationem habere videtur. Cuius rei ratio eſt, quòd etiam in clericis verum ſit, de dominio Principis ſæcularis eſſe, quantumvis exempti ſint, idcircò patria communis dicetur Curia Regia, etiam reſpectu clericorum ſtudioſorum in Hiſpania, faciunt doctè ſcripta per Barboſ. l. 1. §. legatis à num 31. de iudic.

(.?.)

De Cancellario Academico, de nominis origine, & dignitate, & de varijs Cancellariorum ſpeciebus. Quis poſſit conferre Doctoratuum gradus, & ſimiles, & de Principis poteſtate circa explicationem l. 5. 8 9. & 25. tit. 7. lib. 1. recopil.

CAPVT XXX.

1 DE Cancellarij Academici dignitate, & poteſtate dicturus, nonnulla de nominis origine, & etymologia prælibare cenſeo, fuſius tradita ab Octaviano Veſtr. in libello de Romanæ Aulæ actione & moribus, Azor 2. tom. inſt. lib. 5. cap. 36. Cuiac. in para tit l. C. de aſſeſ. domeſt. & canclell. iud. P. Greg. lib. 15. ſyntag. c. 19. l. 4. tit. 9. p. 2. vbi Greg. l. 6. tit. 20. p. 3. tot. tit. 8. lib. 2. ord. l. 5. & 6. tit. 15. lib. 2. recopil. Sebaſt. Covar. in theſaur. ling. Hiſpanic. verb. *Canciller*, & verb. *Chanciller*.

2 Igitur Cancellarij nomen Imp. Rom. tempore introductum videtur, Theodoſij ſcilicet, Arcadij, & Honorij, vt ex l. nemo,
3 l. Conſiliarios, l. nulli, C. de aſſeſſor. colligitur. Cancellarij erant officiales iudicum à ſecretis, ſic dicti quòd ſcribendis, & expediendis epiſtolis, iuſsionibus, edictis, relationibus, reſponſis, ſententijs iudicum operam darent, loco quodam proximo conſiſtorio, vel ſecretario iudicum, clauſo reticulis, ſivè Cancellis. Verba ſunt doctiſſimi Cuiac. in para tit l. C. de aſſeſſor. vbi id ex Caſſiodor. probat, additque, eos qui à ſecretis Principum erant, notarios, & tribunos; qui à ſecretis iudicum, Cancellarios appellari: eadem nominis etymologia comprobari poteſt ex dict. l. 2. tit. 8. lib. 2. ord. & dict. l. 5. tit. 15. lib. 2. recopil. quibus cavetur, Cancellarium reſidere debere intra reticulã ligneã, tẽpore quo
4 officium expeditur. Et hanc veriorem etymologiam credimus, quam quæ ab Alfonſinis compilatoribus inſeritur in dict. l. 4. tit. 9. p. 2. & dict l. 6. tit. 20. p. 3. & conſequenter Cancellarium
5 & Cancellariam, ceteraque ſimilia verba, abſque vlla aſpiratione ſcribenda: nam cancelli ſine H. ſcribuntur, vulgo *celoſias*, dicuntur

turque cancelli à verbo *cancellare*, quidquid Durantius de ritib. Eccles. lib. 1: cap. 15. à cancris auguretur etymologiam, & Strabo de reb. Eccles. cap. de expos. nomin. quorumd. sacr. reb. adiacẽt. ad Græcanica somnia confugiat. Inde etiã cãcellare, delere significat. l. 2. de his quæ in rest. del. sumpta metaphora, nã sicut extransverso ducuntur ligna in cancellis, ita delendis scripturis transverso calamo lineæ atramentariæ, Sebast. Covar. sup. 6

Licèt autem Cancellarij officium, suo initio, parum à scriba, seu tabellione distaret, eo tamẽ bono fato inventum est hoc nomen, vt vix sit imperium, cuius non primum dignitatis fastigium occupet: nam in Curia Romana Cancellarius Pontificis, vt plurimum Cardinalis est, & expeditioni, & sigillo privilegiorum, & litterarum omnium Pontificalium prçest, Onufr. Panvin. Octavian. Vestr. & alij relati ab Azor. d. 2. p. lib. 5. c. 36. q. 1. ad fin. & quæst. 5. & per tot. vbi latè differit, ob quam causam hodie Vicecancellarius nominetur, & an idem officium sit cum Scriniario & Bibliothecario. In Galiia verò Cancellarius est instar Prç- 9 fecti prætorio, & Principis præsentis Vicarius, & eo peregrè profecto inter Rex, seu vicem Regis agens, ita ex Budæo Azor sup. q. 1. Denique apud Hispanos Principes ab Alfonsi Sapien- 10 tis tempore. historiç probant, ferè idem dignitatis culmem Cancellarium obtinuisse, ipseque Alfonsus d. tit. 9. p. 2. Aulæ Regiæ officia explicans, post Capellanum maiorem, quem sacrorum ratione præfert, statim primo loco Cancellarium proponit in d. l. 4. Constat etiam ad annos 1213. Alfonsum IX. Castellæ Regem 11 Regium Cancellarium creasse Rodericum Ximenez Præsulem Toletanum, eiusque in dignitate Archiepiscopali successores in perpetuum, Mariana de rebus Hispan. lib. 12. cap. 3. vbi quòd is Magistratus, supremam, maximamque authoritatem post Regiam habebat: sed demum Rex Alfonsus eius nominis vndecimus ad ann. 1323. eam dignitatem Toletanis Præsulibus abstulit ijs non çonsentientibus: inde est, vt nudum Cancellarij nomẽ vsque in prçsens retinuerint, Marian. lib. 15. c. 18. Covar. verb. *Canciller*. 12

Nec supradicta omninò inutiliter ad rem nostrã tractata sunt, nã ex eis deducitur nostri Cancellarij Academici etymologia, & diguitas, cum etenim præcipuum Cancellarij munus in conferendis gradibus Doctoratuum, & similibus consistat, eaque potestas non nisi Põtifici, aut Principi supremo de iure competat, 13

vt

vt statim probabimus, & consequenter expeditio graduum ad Cancellarium Principis expectabit, cùm privilegium, idq; maximum sit, omniumque privilegiorum expeditio ad Cancellarium pertineat, vt diximus, inde ergo est, vt Cancellarius noster, dum gradus confert, Cancellarij Pontificij & Regij vices gerat, 14 indeque Cancellarius appellatur: quę omnia comprobat Bulla ipsa Pontificia, qua Scholæ Magister Cancellarius creatus est, quæ fuit concessa à Ioanne XXII. instante Rege Alfonso XI. Rectoreque, & Cõcilio Academico, vt latiùs scripsimus supra capite 8. à num. 52. qua ei datur potestas ad conferendos gradus Doctoratus, Magisterij, & Licentiaturæ in omnibus scientijs.

15 His positis, eam in hoc capite præcipuam quæstionem examinabimus, quis scilicet possit Cancellarium creare, seu facultatem ad gradus conferendos præstare? In qua indubitabilis sentẽtia est, ad solos Principes supremos, vel ad eos, quibus ipsi mandaverint, hanc potestatem spectare, spectat autem tam ad sæ-
16 culares Principes, quàm ad Pontificem. Baldus in proœmio Digest. §. hæc autem tria in 1. & 2. lectur. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 6. p. 1. glos. *otorgar*, & cum pluribus, falsò tamen adductis, Gratian. cap. 186. Forens. numer. 75. Petrus Lenauder. de privileg. 17 Doctor. apud quem, an consuetudine prescribi possit, ius gradus conferendi. Hac tamen differentia adhibita, quòd Pontifex, aut cui ipse mandaverit, poterit gradus cõferre non solùm in suo tẽporali territorio, sed in vniversa Ecclesia, sæcularis verò Principis gradus intra suum tãtùm dominium valebunt. Imol. Clem. dudum, de sepult. num. 22. ad fin. Pet. Gregor. de Repub. lib. 18. cap. 3. num. 8. diximus sup. cap. 21. à num. 106. vbi numer. 107.
18 Hanc differentiam ita explicuimus, quòd scilicet prædicta Pontificis potestas extra B. Petri patrimonium accipiatur, vt laureati possint Theologiam, & ius Canonicum docere, maximè in Ecclesijs, & inter Ecclesiasticos: item vt sint habiles ad Ecclesiasticas dignitates, quæ Magistros, Doctoresve desiderant, ad docendum verò ius Civile, seu ad munera Regia, non valebunt gradus in alieno territorio, nisi permittente Principe ipsius territorij, vt dicto loco probavimus.

19 Rursus ea potestas conferendi gradus, quam habere quemcumque supremum Principem diximus, ad omnes scientias pertinet, & quemadmodum Pontifex in suo territorio poterit in

iure

iure civili, seu alia quacumque professione Doctores creare, sic
fæcularis Princeps etiam in iure Canonico, & Theologia pote-
statem habet gradus conferendi: nam vt diximus suprà cap. 21.
num. 417. ad Pontificem spectat privativè, quid docendum sit
in his duabus scientijs, per quos verò docendum sit, etiam cuili-
bet Principi, cuius interest peritos omnium scientiarum habere,
sicuti etiam dicemus, privativè ad Imperatorem spectare, quid
docendum sit de iure Civili, per quos autem docendum sit, mini-
mè: cùm possit Pontifex in suo territorio etiam Doctores iuris
civilis constituere; hæc enim potestas Doctores creandi in vni- 20
versis scientijs inter Regalia esse videtur, vt facilè conijci potest
ex l. 2. §. post hunc 47. vers. *& vt obiter*, de orig. iur. & ex l. fin.
propè fin. C. de legibus, quę iura expēdit Bald. suprà vt probet,
Principi sęculari hanc potestatem cōpetere, ego addo elegatē
locum Modestini in l. si duas 6. §. 1. de excusat. tut. vbi Antoni-
ni Pij epistola refertur, qua Doctores ad omnes scientias consti-
tuit, & creat, l. Magistros 7. C. de profes. & med. lib. 10. vbi ex-
pendo verba illa generalia, *Magistros studiorū*, & illa, *sed quia sin-
gulis civitatibus adesse ipse non possum.*

Vt tamen omnes dubitationes in hoc cessarent, ampliorque, 21
& securior facultas in gradibus concurreret; iustè in Academia
nostra, & plerisque, Pontificis, & Regis potestas concurrit, &
nomine, & potestate vtriusque gradus conferuntur.

Hinc primò inferes, non sine re in Bulla nuper allegata Ioan-
nis XXII. in qua Scholę Magister Cancellarius creatur expri- 22
mi, id fieri instante, permittente, & approbante Alfonso XI. Ca-
stellæ Rege, vt ex ipsius serie apparet, & refert Chacon in histo-
ria.

Secundò inferes posse Pontificem hos gradus concedere, 23
non solùm clericis sibi subditis, sed & laicis, sicut è contra Prin-
ceps sęcularis, non solùm laicis, sed clericis; Doctoratus tamen,
ita concessi, nisi vtriusq; potestas concurrat, vel saltim permis-
sio, non valebunt, nisi inter subditos illius qui concessit, & ad sui
imperij dignitates, & exemptiones. Ratio autem cur Pontifex,
etiam laicos, & Princeps clericos, Doctores cōstituere possunt, 24
ea est, quod scilicet Doctoratus collatio, non actus iurisdictio-
nis contentiosę est, sed potiùs nuda privilegij concessio, privile-
gia autem etiam exemptis concedi possunt, & non subditis, cap.

novit, de indic. Felin. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ, de constit. num 40. Suar. de leg. lib. 8. cap. 9. num. 4.

25 Tertiò infertur, posse Principem sæcularem lege præcipere, vt omnes quotquot in suo Regno Doctoratum, sive alium quemlibet obtinuerint gradum, eum Principi exhibeant, aut cui ipse iusserit, ibique examinentur tituli, an veri, & iuxta formam iuris collati sint, pœnāque indicere, aut non exhibentibus, aut ijs, qui sine titulo se Doctores, Magistrosvè nominaverint, dict. l. Magistros, cum, l. seq. C. de profes. & de iure Regio tex. sic intelligē
26 dus in l fin. tit. 10. lib. 1. ordin. qua iubetur neminem, qui in studio generali nō fuerit graduatus, intitulari posse eo gradu, nisi exhibito priùs titulo in Regio Senatu, qui secus fecerit, pœna falsi punitur, de qua Didac. Perez ibid. & in l. 1. eod. tit. q. vlt. sed & clericos, & alios in omnibus scientijs, & Theologia, & iure Canonico à Principe cogi posse, vt vel titulos exhibeant, vel eis nō vtantur ob eandem rationem, & ob alia statim dicenda verissi-
27 mum puto. Huius illationis ratio ex suprà dictis procedit: nam cùm Principi in suo Imperio potestas gradus conferendi competat, competit etiam inquisitio in eos, qui se Doctores falsò iactantur, aut etiamsi verè graduati sint, an ritè rectèque, dict. l. Magistros, neque in hoc potestas Pōtificia offenditur, aut coangustatur, vt latiùs inferiùs apparebit.

28 Quartò infertur ex dictis interpretatio ad Reg. l. 5. tit. 7. libr. 1. Recopil. quæ prima facie supradictis pugnare videtur: nam ea omninò prohibentur, & annullantur gradus quicumque in qualibet arte, sciētiavè, per rescripta Apostolica cōcessi, aut alio quovis modo, nisi in studijs generalibus accipiantur, quæ in ipsis Hispani Regis provincijs existunt, expressèque constitutio ad Ecclesiasticos porrigitur, eos in temporalitatibus (vt vocant) condemnans, si aliter faciant; laicis verò pœnam falsitatis, aliasque gravissimas infligit, quas nōsolùm graduatis, sed executoribus, mandatoribus, notarijsque imponit: ergo minùs benè suprà diximus, Pontificem posse in Imperio alterius Principis gradus conferre, maximè Ecclesiasticis personis.

29 Sed adhuc nullo modo infringit hæc lex doctrinam nostram, imò eam confirmat, nam si Pontifex non habuisset iure communi ius prędictos gradus conferendi, superflua ferè esset illius Regiæ legis promulgatio; sed & in illo nostram sententiam aperrè comprobat, quòd gradus in alieno Imperio, in exteriique Aca-

de-

demijs, subditis Principis collatos, tunc demum in Hispaniarum Imperio valere insinuat, si Principi Hispaniarum placuerit, aliàs non posse eos, quoad suam ditionem revocare. In quo prædicta lex iuri communi consonat, cuius mens vt liqueat, suppono, eam disponere in duobus potissimum Primò quidem respectu laicorum, secundò respectu clericorum.

Respectu laicorum diximus suprà num. 23. & 24. Pontificem, 30
seu alium Principem posse laicis, seu quibuslibet subditis Hispani Regis gradus conferre per modum privilegij, qui gradus revocantur in prædicta lege quoad omnem Hispanicam ditionem, non extra: nam in territorio Pontificis, seu alterius Principis concedentis, suam vim habebunt, neque in hoc disponere potuit 31
dicta lex Regia, neque tunc illius legis pœnas incurrent gradibus vtentes extra Regnũ, licèt aliàs incurrere videãtur, leg. 25. eiusdem tituli impositas, de qua statim agemus. Et quod diximus per viam privilegij non subditis gradus conferri posse, eum sensum habet, in territorio Pontificis, & ad Ecclesiastica tãtùm extra terras Ecclesiæ, aut si Rex alius gradus conferat ad Regnũ 32
& territorium eius: quod fortiùs procedit, si privilegia extranei Principis damnosa esse incipiant proprio Principi, vt in hac specie contingit, & statim dicemus. In omnibus his summè iuris cõmunis rationi convenit dict. l. 5. sed in duobus admodum libertati Ecclesiasticæ, & iuri Canonico obstare videtur. Primum, quomodò prædictos gradus infringit indistinctè, tam in laicis, quàm in clericis, cùm in clericos nullã similem potestatem exercere posse videatur, ex suprà traditis, maximè circa Ecclesiastica munera. Secũdò cur in laicis quoad Põtificalia munera in Hispano Imperio existentia valere non debent gradus, cùm in his neque vllam potestatem Princeps sæcularis habeat, neque vllum damnum ex similium graduum collatione sentire videatur.

His difficultatibus facilè occurrunt ipsa legis Regię verba, 33
ex quibus constat, Sanctissimos Catholicissimosque Principes satis percalluisse prędictam constitutionem in aliquibus sæcularis potestatis terminos egredi, idcircò exprimunt, ab Innocent. & Alexand. Christi Vicarijs sibi cõcessum; ne prædictos gradus admitterent, cuius cõcessionis virtute ab ipsis Regibus acceptatę, & servari iussæ, etiam ad clericos, & Ecclesiastica munera extendi lex Regia potuit; prædictæ concessionis Pontificiæ meminit Didac. Perez dict. l. 1. quæst. fin. tit. 10. lib. 1. ord. Rebuf.

de nominat.q.10.n.4.vers.*in Hispania*, vbi concessionem Alex. refert anno 1493.factam 6.Kalend.August. idemque caveri in concordatis Francię, probat tota illa qũæstione. Idem tenet Gratian.discept.for.c.186.n.73.&74.quo loci addit ex Iacob. Ben.de privileg.I.C.p.2.in princ.nu.6. constitutionem Pij V.
34 super promovendis ad Doctoratus, per quam tales Doctores ex rescripto nulla gradus prærogativa frui possunt, aut debẽt, quoàd dignitates cæteraque beneficia Ecclesiastica.

35 Nota denique, prædicta procedere non tantum in graduatis per rescriptum, sed etiamsi in studio generali gradum acceperint, quod tamen extra Hispaniæ imperium existat, d.l.5. & idẽ
36 in Gallia defendit Rebuf.dict.q.10.excepis Collegiatis Hispanis, qui in Collegio Bononiensis Vniversitatis gradum meruerint, arg.l.8.d.tit.7.lib.1.recopil. Quamplura alia de gradua-
37 tis per rescriptum Alex.l.centurio 16.num.20. & 21.de vulg. Socin.in c.qualiter el segundo, de accusat. 3.notab. Felin.in cap. clerici, de iudic. Iacob.Ben. de privil.I.C.3.p.in princ. Rebuf. de nomin.dict.q.10.& cum pluribus Gratian. d.c.186.à n.68. vsque ad fin.

38 Quintò inferrur ex supradictis interpretatio alterius Regiæ legis 25.d.tit.27.lib.1.recopil.qua Philippus II.iustissimè,& in summam Hispaniensis Imperij vtilitatem prohibuit, ne quisquam exterorum regnorum Academias, studendi, vel docendi causa peteret, nec licitè in studio extero doceret, studeretvè, nisi in casibus ibidem exceptis, pœna laicis gravissima irrogata, cle-
39 ricis verò omni naturalium iure adempto. Quæ omnia iustissimè Princeps potuit, ob causas doctè in proœmio eiusdem legis expressas, huiusq; potestatis ratio, ex principio supra tradito fluit, nempè potestatẽ gradus conferendi in suo Regno Principi cõpetere, vigilareq; vt studiorum, & literatorum copia, sua regna abundent, neq; subditi studiorum causa regnum deserant, ne & literis, & subditis, Princeps vno tẽpore careat, & in laicis quidẽ dubium non est; in clericis verò dubium videbatur ob superius dicta, sed summorum Pontificum concessiones, de quibus in d.l 5. summaque reipubl. vtilitas, iustissimam decisionem dictarum legum reddit.

40 Quin potiùs affirmare non dubito, quòd etsi summa, & absoluta Pontificis potestate inspecta, posset prædictas Alexand. Innocent. & Pij V. concessiones revocare, quilibet eorum succes-

ceſſor, in hoc tantùm, vt gradus à Romano Pontifice conceſsi, vel per eius reſcriptum, vel in Vniverſitatibus ipſius Pontificis, valerent in Hiſpania in clericis, & ad Eccleſiaſtica beneficia, & munera, adhuc non tuta conſcientia id fieret, in maximum Hiſpani imperij diſpendium, vt rationes d.l.25 ſatis ſuadent.

Vno autem, vel altero caſu, quo prędicta vtilitatis publicæ ratio ceſſet, non inique poterit Pontifex prædictas conceſsiones derogare, faciunt tradita per Rebuf. dict. tract. nominat. q. 10. per tot. à generali autem lege, vtpote in ſummam Reipubl. Chriſtianę iniuriam lata, poſſet Princeps ſupplicatione vti ad ſummum Ecclesiæ Antiſtitem, interimque executionem ſuſpendere. 41 42

Sextò, ex eadem Principis poteſtate in gradibus conferendis promanat, potuiſſe ipſum iuſtiſsimè cavere l.8. & 9 & dict. tit. 7. lib. 1. recopilar. ne vlla tributorum exemptione gauderent, niſi qui certis Academijs gradus acciperent, ad reprimendam graduatorum colluviem, qui ad id ſolùm gradus deſiderabant, vt immunes à tributis eſſent. Quę leges indiſtinctè in clericis & laicis locum habebunt, nec vllo modo ad eas cõdendas opus fuit Principi vlla Pontificali conceſsione, ſeu approbatione, ob perſpicuam rationem: quia ſcilicet tributa, de quibus eæ leges loquuntur, Regia tributa ſunt, à quibus ſolus Princeps ratione gradus exemit: idcircò omnem exemptionem tributorum graduatis conceſſam, certum eſt, non niſi à Principe eſſe poſſe: ergo poterit ipſe eam revocare, adeò vt ſi daremus clericum aliquo caſu exemptum ratione gradus, qui clericatus ratione non eximeretur, velut in clericis coniugatis, eo caſu exemptio illi non competet, niſi iuxta dictarum legum formam. 43 44 45

§. I.

De immunitatibus Doctorum, & Licentiatorum, præcipuè in officijs nobilium vulgò, mitad de oficios, *& quid in vxore, & filijs.*

CÆTERA De exemptione Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Bachalaureorum, & Advocatorum, copiosè traduntur in l.8. ad fin. tit. fin. p. 2. Platea in l. Medi- 46

dicos, C. de professor. & medicis, & in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. & vtrobique omnes, Cardin. in Clement. 2. de Magistr. Casan. catalog. consid. 12. p. 8. & consid. 24. & 41. p. 10. Palac. Rub. in rubr. §. 37. & seq. Didac. Perez l. 1. tit. 1. lib. 4. ord. glos. *eu los Doctores*, Anton. Gomez l. fin. Taur. ad finem, Garcia de nobilit. glos. 35. à num. 4. & glos. 48. §. 3. à num. 72. Parlador. differ. 6. num. 6. Gutier. lib. 1. pract. quæst. 21. cum multis seqq. Azeved. dict. l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. recopil. Bovad. lib. 3. polit. cap. 15. num. 29. & alijs congestis à Gratian. cap. 186. forens. à num. 1. & à n. 23. & alij inferius referendi.

47 Duo tantùm hic interserere non intempestivè placuit, de quibus iam pridem consultus respondi: Primum est, an Licentiatus in vna ex Academijs dict. l. 8. & 9. expressis admitti possit, vel debeat ad officia publica nobilibus destinata, vulgò, *mitad de oficios*. Respondi, sive Doctorem, sive Licentiatum admitti posse, si in prædictis studijs doceat, actuq; professor sit, aut si aliquod officium Regium viris literatis dari solitum exerceat, aut
48 advocatus sit in numerosa civitate, nõ aliàs. Ratio (ni fallor) evidens est, quòd his nulla immunitas conceditur, si nomine tenus Doctores sint, sed necessariò requiritur, vt doceant, iudicent, vel advocent, dict. l. 8. ad fin. tit. fin. p. 2. vbi Gregor. verbo *que muestran*, & l. fin. glos. *sabiduria*, tit. 10. ead. part. vbi impugnat distinctionem inter Doctorem, & Licentiatum, & merito, addens, solùm Doctorem veteranum, vulgo *jubilado*, immunitatibus gaudere, etsi non legat, aut aliter professioni incumbat, optimè
49 Ioan. de Platea in l. Medicos, C. de profes. & med. & cum innumeris, quòd Doctores si actu non legant, non gaudeant, Gratian. dict. cap. 186. à n. 3. & à n. 23. Avenda. cap. 14. prætor. num. 29. & 30.

50 Errarunt ergo toto cœlo Azeved. dict. l. 8. tit. 7. lib. 1. & l. 2. tit. 10. lib. 3. recopil. n. iu. Garcia de nobil. glos. 35. à n. 4. & glos. 48 §. 3. à n. 73. alijque quos ipsi referunt, dum asserunt, Doctores etiam si actu non legant, iudicent, aut advocent, immunitatibus gaudere, & ad hæc officia admittendos, Licentiatos verò non nisi actu legant. Iterum errarunt, dum affirmant in alia quacumque Vniversitate graduatos præter comprehensas in dict. l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. recopil. salva exemptione tributorum (quam non habebunt) cæteris tamen immunitatibus gavisuros. Horum interpretum fundamenta duo sunt.

Pri-

Primum immunitatem Doctorum, ob dignitatem gradus da- 51
tam, non ob professionem, ideò etiam non profitentibus conser-
vari. Deinde dict. l. 8. & 9. in tributis tantùm locutas, non exté-
endas, vtpotè pœnales. Lubrica sanè fundamenta: nã quòd im-
munitas ob dignitatem nudam Doctoris concedatur, longè à
veritate abest, imò si non profitetur, dignitatem Doctoratus
amittit, omnique immunitate indignus redditur, dict. l. 8. tit. fin.
p. 2. & ibi Gregor. optimè Platea, & cæteri sup. num. 39. addu. 52
cti. Addo id eleganter probari ex l. si duas 6. §. & vtique 4. de
excusat. ibi: *Et vtique non aliter de immunitate hac fructum habe-*
bunt, nisi decreto Senatus inscripti fuerint numero concesso, & circa
operationẽ se negligenter non habeant. Notavit Cuiac. in recitat.
ibidem, vocatque hos Doctores sedentarios, & in vmbra studia
educantes.

Non loquimur de his, qui ad exercitium parati sunt, & re ipsa 53
profitentur, & literis vacant, ex accidenti tamen aliquo per tẽ-
pus cessant, neq; enim momentaria professio exigitur; sed de ijs,
qui professione neglecta, otio, aut alijs negotijs se immiscent;
vt in Doctore mercatore. Coler. de proces. execut. p. 1. c. 6. num.
151. Gratian. sup. nu. 23. aut qui in vico, aut oppido non insigni 54
degunt etiam si advocent, nisi alijs studiorum profectibus reipu-
bl. prodessent, vt puta librorum scriptione, & de requisitis in
advocatione, vt profit, est l. 1. tit. 16. lib. 2. recopilat. vbi Azev.
& cæteri sup. n. 39. adducti.

Secundum fundamentum scilicet d. l. 8. & 9. de tributis solum 55
disposuisse, falsum quoque est, quia verba illa: *Que de aqui ade-*
lante de la libertad y essempcion que a los tales es concedida por le-
yes destos Reynos, solamente gozen, &c. se referunt ad d. l. 8. tit. fin.
p. 2. quæ cum in omnibus immunitatibus loquatur, pariter iuxta
eam lex recopil. accipienda erit hoc modo, vt quemadmodum
lex part. omnes immunitates Doctoribus concessit, sic lex reco-
pil. dum ait, illis immunitatibus in ea lege expressis frui non de- 56
bere. nisi certis Academijs laureatos, de omnibus immunitati-
bus accipiatur, & quis hoc non videt? Ideò verisimè credo, ne-
que privilegium de tórqueãtur, neq; illud quod palinodiam non
recantent, neq; pro civili debito capiantur, vllumvè aliud eos ha-
bere, nisi legant, aut solemni modo profiteantur.

Denique ad hęc nobilium officia admitti [illegible] est, nõ minus 57
quã tributorũ gravis, imò pessimo fœno, & [illegible] vitio ea

vul-

vnicè remansit, inter plebeios & nobiles differentia: idcircò estò quòd in cæteris immunitatibus nuper relatis aliud iuris statuendum, quod falsum opinor, non in hoc publicorum officiorum articulo, quod tributorum exemptioni simile est. Imò tentari potest, si ad officia extent nobiles sanguinis, præferendos omninò Doctoribus & Licentiatis, ex lege 2. versic. *Esta gentileza*, vsque
58 ad finem tit. 21. part. 1. Parlador. differ. 6. num. 6. & 7. qui Authordum indistinctè scribit admittendos ad hæc officia Doctores, iuxta ea, quæ docuimus, accipiendus erit cum Bovad. lib. 3. cap. 15. num. 29.

59 Postremò quibus casibus admittantur, scribi debet in electionum memoriali causa Doctoratus, ne inde occasione arrepta nobilitatem præscribant, quæ sanguinis vocatur, exempti enim, etsi
60 cum nobilibus scribantur, addi tamen debet nota exemptionis, Otalor. de nobilit. 3. p. 3. p. cap. 4. col. 1. & 2. Garc. de nobilit. glos. 4 num. 1.

61 Secunda quæstio est, an Doctorum filij gaudeant patris immunitatibus? Dic, vivente Doctore, & ipso gaudente gaudent, non aliàs, l. Medicos, C. de profes. & medic. vbi Accurs. optimè Platea ibidem ante n. 2. iuxta hæc accipiendus Anton. Gomez l. fin. Taur. num. 17. vers. *vndecimo*, Aviles in proœm. num. 21. ad med. & num. 24. Azev. dict. l. 2. tit. 10. lib. 8. num. 114. & d. l. 8. tit. 7. lib. 2. recopil. in fin. Petr. Lenauder. de privileg. Doctor.
62 2. p. §. 11 & 12. sive num. 13. & 14. vbi num 15. & 13. quòd vidua Doctoris donec secundò nubat, gaudeat, ob rationem l. fin. cum simil. C. de incol. lib. 10.

§. II.

Explicatur cap. 1. & sequentia, de Magistr. & l. 7 tit. 6. p. 1.

63 EXPLICVIMVS Leges Regias, quibus constitit, quam Princeps potestatem habeat in gradibus conferendis, circa sibi subditos, & in sæcularibus Academijs, nunc explicabimus, nonnulla iuris canonici decreta, quibus confirmabuntur supra per nos dicta de potestate Pontifi-

ficis, scilicet ipsum, aut quibus ipse delegaverit, gradus conferre 64
posse in Ecclesiasticis studijs, & sibi subditis personis. Hinc intelliges primò text. in cap. 1. & 2. de Magistris: ad cuius sensum percipiendum meminisse oportebit, nos suprà cap. 8. à num. 41. docuisse, in Lateranens. Concil. cuius pars est dict. c. 1. statutum, 65
quòd in vnaquaq; Cathedrali Ecclesia Scholæ Magister creatur, qui clericos, & scholares pauperes gratis doceret. Huic Scholæ Magistro Pontifex facultatem conferendi gradus præstat, dicto cap. 1. Posteà cap. 2. Episcopo eadem facultas conceditur, si 66
negligens Scholę Magister sit: & cap. 3. punitur, si quid pro licentia docendi exigat. Denique cap. fin. Capitulo Ecclesiæ, & 67
Episcopo in Theologis Doctorādis eadē facultas datur ab Honor. III. in Concil. generali. Quę omnia proprissimè & verissimè in studijs in ipsa Ecclesia Cathedrali existentibus proce- 68
dunt, nec ad studia sæcularia extendi possunt, nisi approbante Principe. Hunc sensum genuinum esse patebit, si iungas scripta dicto cap. 8. num. 41. vsque ad 50. Constat denique in prædictis 69
iuribus Scholæ Magistrum, Episcopum, & Capitulum, non à se ipsis potestatem habere, sed à Pontifice. Inde convincitur opi- 70
nio Hostiensis, & aliorum, quos refert Gregor. l. 7. tit. 6 p. 1. qui falsò ducti per dict. cap. 1. tenuerūt, ius cōferendi gradus Ecclesijs, Episcopis, & cęteris iure ipso competere indistinctè in omnibus studijs generalibus, falsò inquam ex dictis: hæc autem nostra sententia confirmatur ex Petr. Greg. lib. 15. Syntagm. cap. 19. Azor 2. p. lib. 3. cap. 23. inst,

Infertur etiam ex eo, quòd hæc potestas penes supremos Prin- 71
cipes existat, posse, prout libuerit, ipsos variare, & personas, quę gradum conferant, nominare: inde est, vt hanc Cancellarij potestatem apud nos Scholæ Magister habeat, Pintiæ Abbas illius Ecclesiæ (tunc Collegiatæ) nunc Episcopus, Gregor. dict. l. 7. denique Compluti Abbas Collegiatæ Ecclesiæ, & alibi variè. Inde etiam est, post studiorum generalium erectionem prędictā potestatem, dict. cap. 1. & seq. de Magistris, anteà tributam, partim vsu generali, partim privilegijs specialibus, studijs concessis abolitam; quæ omnia ex illo principio & potestate fluunt, quòd in vtroque Principe hęc potestas maneat.

Nunc restat explicare dict. l. 7. tit. tit. 6. p. 1. quę omnia suprà 72
dicta evertere videtur: nam ait ad Scholæ Magistrum vniuscuiusque Ecclesiæ pertinere, gradus conferre *en las ciudades don-*

de ſon los eſtudios, è q̃ otros llaman a eſte Chanceller, tria inſurgunt: Primum ad Scholæ Magiſtrum vt talem, non vt Cancellarium ſpectare gradus conferre, cuius contrarium docuimus. Secundũ idem ſaltim eſſe, Cancellarium, & Scholæ Magiſtrum: vnde nil opus videtur nova conceſsione Cancellarij, contra ſcripta cap. 8. à n. 41. Tertiò non Principes, ſed Scholæ Magiſtros hanc poteſtatem habere.

73 Oppreſſus Gregor. Lopez plura tentat. Primò ait, eam leg. reſpexiſſe fortè ad Salmanticam noſtram, vbi hæc duo munera Cancellarij, & Scholæ Magiſtri vnita ſunt, conſenſu vtriuſque
74 Principis. Sed hęc ſolutio confunditur. Primò ex generalitate eorum verborum, *en las ciudades donde ſon los eſtudios*. Secundò, defecit Gregor. in hiſtoria, nam Scholę Magiſter nondum erat Cancellarius tempore quo lata eſt, dict. l. part. hoc eſt Alfonſi Sapientis tempore: imò Alfonſi XI. vt probavi dict. cap. 8. à nu. 51. Cancellarij officium creatum fuit, ergo neque reſpexit, ne-
75 que reſpicere potuit ad Salmanticæ noſtræ Scholæ Magiſtrum. Secunda Greg. ſolutio eſt, eam legem accipiendam quando ſtudiũ creatur, nec exprimitur quis conferre gradus debeat, vt tũc in dubio ad Scholæ Magiſtrum pertineat. Hæc peſsima ſolutio eſt, & primò falſa: nam ſi ſtudium generale Princeps erigat, ne-
76 que exprimat quis conferre debebit, ipſa Vniverſitas eiuſvè Concilium, hoc privilegium habebit: nam conceſſa Vniverſitate vidẽtur cõceſſa ſimul omnia ſtudij generalis privilegia, hoc autem vnum eſt, vt gradus conferat ipſa ex ſuo corpore non extraneus, vt diximus ſuprà; vnde ante Ioan. XXII. Bullam ipſam V-
77 niverſitatem poſſe iuxta formã iuris communis gradus conferre, niſi Princeps ſpecialiter deſignaſſet, infertur apertè, & probatur l. 9. tit. 31. p. 2. c. 1. & ſeq. de Magiſt. d. l. Magiſtros, C. de profeſ. Secũdò, ſi ſtudium erigeretur, vbi Cathedralis, aut Collegialis Eccleſia non eſſet, nemo diceret in dubio Scholæ Magiſtrum illius Epiſcopatus gradus collaturum: nil autem intereſt, an in civitate, an extra. Vera ſolutio eſt, in eo titulo Alfonſum Regẽ de clericis agere, vt conſtat ex rubrica, *de los clerigos*, omniaque munera Eccleſię, & miniſteria explicare, ob hoc iura ip-
78 ſa Canonica ad literam vertit vernaculo ſermone, vnde iam liquet, quod in dict. l. 7. reſpexit ad dict. cap. 1. & Concil. Lateranenſe, quo tantùm intra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & pauperes, poteſtas datur Scholæ Magiſtris, nec vllo modo de

gra-

gradibus ſtudiorum generalium loquitur Alfonſus in dict. l. 7. 79
cuius rei etiam fortiſsimum argumentum eſt, quòd ſi de ſtudijs
generalibus loqueretur, non ſub titulo illo ea lex inſerta eſſet;
ſed ſubtit. 31. p. 2. quo de ſtudijs generalibus tractatio eſt, vt 80
conſtat ex rubr. *de los eſtudios y Maeſtros*. Tertiò eleganter hæc
ſolutio confirmatur ex l. 9. dict. tit. 31. p. 2. quo loci cum Alfon-
ſus agat de gradibus ſtudiorum generalium, non ait, ab Scholæ
Magiſtris conferendos, ſed exprimit, *ante los mayorales de los eſ-*
tudios, que han poder de lès otorgar licencia para eſto, nec obſtat d. 81
l. 7. ibi: *Donde ſon los eſtudios*, nam accipienda ſunt ea verba iux-
ta ſubiectam materiam, & in ſtudijs Cathedralium: denique hæc
ſolutio benè adſtruitur ex traditis à Petr. Greg. dict. lib. 15. cap.
19. ſyntagm.

§. III.

Quæ iuriſdictio exerceatur à Cancellario in gradibus conferendis, an voluntaria, an contentioſa, & quo in loco poſsit, vel debeat eos conferre.

HIC Tempeſtivè quæri poteſt, an poteſtas conferendi 82
gradus ad iuriſdictionem pertineat, & quam, conten-
tioſam ſcilicet, aut voluntariam? Quæ iuriſdictionum
diſtinctio apud iuris autores notiſsima eſt, l. 2. de of-
fic. proconſ. l. inter 83. §. 1 de verb. oblig. latè Donel. & Oſual.
lib. 17. cap. 8. à lit. P. Cuiac. novel. 95. Covar. lib. 3. variar. cap.
20. num. 6. 7. 8. & 9. Barboſ. l. 1. art. 1. à num. 172. vſque ad 188.
& art. 3. à num. 200. de iudic. Fabr. iuriſp. tit. 5. princ. 4. per tot.
Et voluntariam iuriſdictionem habere non dubito, ad exemplum
eius, quæ in manumiſsione, emancipatione, adoptione, decreto
in alienationibus Eccleſiæ, minoriſvè manumiſsione à minore
facta, collatione beneficiorum exercetur, de quibus omnibus
nuper adducti plura.

Ex hoc principio, quòd in gradibus voluntaria iuriſdictio 83
exerceatur, quam plures differentiæ oriuntur, inter eam, & iuriſ-
dictionem contentioſam, quam Scholæ Magiſter exercet, quas
explicant prælibati iu alijs iudicibus, noſtro tamen omninò cõ-
veniunt: ego duas reponam; prima, quòd Scholæ Magiſter ex-

tra territorium eam exercere poterit, dict.l.2.de offic.proconf. doctè Covar.dicto num.8.&.9.Barbosa dict.art.11 num.185.
84 Cuiac. dict.novel.95.graduſque conferre, vt Principis index extra territorium Principis ipſius, & hæc iungere poteris ſcriptis ſup.cap.9.& cap.28.& hoc eodem cap.in princ.

85 Secunda, eaque inſignior differẽtia eſt, quòd ſcilicèt ſuprà capit.21.à num.226.& cap.28. dixerimus, in iuriſdictione contentioſa requiri tribunal, & ſolemnem locum, in quo ſalva maieſtate imperij, & more maiorum ius dicatur, l.pen.de iuſt. & iur. l.cùm ſententiam 6. C. de ſent. & interloc. ſecus in voluntaria, quæ de plano, & ſummariè exerceri poteſt, neque vlla tribunalis ſolemnitas requiritur, dict.l.2.l.non eſt 7.l. ego 8. de manumiſ. vindict.§.ſervi 2.inſtit.de libertin.Cuiac.dict.novel.95.Gotif. dict.l.2.Anton.Fab.dict.princ.4.

86 Sed valde refragatur huic differentiæ, quòd plura ex ijs, quæ diximus voluntarię iuriſdictionis eſſe, pro tribunali expediri debent, inter quæ decretum in alienatione, aut manumiſsione minoris, l.minor 56.C.de prędijs minor.l.magis 5.§.nou paſsim
87 cum ſeq.de reb.eorum, & generaliter vbicumque decretum deſideratur, cognitio per libellum ceſſat, l.nec quidquam 9.§.vbi decretum, de offic.proconſ.l.omnia 71.de regul.iur.per libellos autem idẽ eſt quod de plano cognoſcere, arg.l.ſcire 13.§.oportet, 10.iunct.l.excuſare 25.& ibi Cuiac. & Gotifred. de excuſat. Plin.lib.1.epiſt.10. De plano autẽ & pro tribunali opponuntur l.18.§.fin.de quæſt.dixi ſup. cap.11.num.232.

88 Quæ difficultas movit Fabr.dict.princip.4.illatione 4.& ſeq. vt crederet, nullo modo dici voluntarię iuriſdictionis ea, quæ cauſæ cognitionem, ſeu decretũ deſiderant, Scip.Gentil.relatus ab Oſuald.differentiam impugnat à Cuiacio traditam, de qua ſuprà num.76. Ego tamen cenſeo, dupliciter conſiderari voluntariæ iuriſdictionis cauſas, aliæ ſunt quæ de plano, & per libellos expediuntur, alię verò, quæ non niſi cauſa cognita, id eſt in quibus decretum deſideratur, quæ non ideò minùs voluntariæ iuriſdictionis dicuntur, ſiquidem in volentem exercetur iuriſdictio, explicat optimè Donel.dicto lib.17.com.cap.8.literâ P. & ſequentibus.

90 Vtrùm autem Cancellarij poteſtas ad eam ſpeciem voluntariæ iuriſdictionis pertineat, quæ de plano expeditur, queſtionis eſt? Et credo cùm examen requirat, & cauſæ ampliſsimam

cogni-

cognitionem, magis assimilari ijs causis quæ tribunal exigunt
decreto scilicet alienationis, bonorum possessionis, transactio-
ni de alimentis, item & beneficiorum collationi, cui postremò
exemplo simillima mihi videtur Cancellarij iurisdictio.

Sed vt cumque sit, sive ad primam, sive ad secundam speciem 91
referas, quod ad nostrum Cancellarium attinet, proculdubio
existimo, iure inspecto non teneri ad gradus conferendos, locũ
solemnẽ observare: nam quocumque loco ius dixerit, salva ma-
iestate imperij, ibi tribunal, ibi ius dicitur, rectè l. pen. de iust.
& iur. l. 5. tit. 22. p. 3. dixi sup. c. 21. à n. 227. Addo nunc, etiam 92
si domi, vel itinere hoc agat, ex text. elegãtiin l. 4. §. 1. de inter-
rog. in iur. fac. quod certius procedit, si animadvertamus, Scho-
lastici iurisdictionẽ summariã esse in omnibus omninò causis e-
tiam cõtentiosæ iurisdictionis, ob clausulã *summarie, &c.* de qua 93
suprà c. 16. quo posito, necessariò sequitur in effectu ad primam
sausarum speciem, quæ penitus voluntariæ iurisdictionis sunt,
pertinere Cancellarij potestatem, iunge, d. c. 21. à n. 232.

Infertur secundò, iure communi inspecto posse studiosorum 94
iudices vbilibet absq; vlla tribunalis, aut loci observatione, gra-
dus conferre; & licèt in causis, quæ plenariam cognitionem desi-
derant, soleat nullitatẽm inducere huius solemnitatis omissio,
attamen in causis voluntariæ iurisdictionis, & ijs quæ summariè
expediri possunt, contra est, l. 2. §. dies, ff. quis ord. in bon. posses.
serv. l. levia 6. de accusat. cum alijs per nos traditis suprà c. 21.
à. n. 230. & seq.

Hæc tamen quæ diximus, nempè studiosorum iudices non te- 95
neri solemni loco gradus conferre, limitanda erunt, nisi speciali
Principis placito, statutovè, certus, & solemnis locus gradi-
bus cõferendis adsignetur, nã tunc Cãcellarius id servare tene-
bitur. Planè si loco solemni spreto, gradũ conferat, dubitari po- 96
test, an nullum sit quod ab eo cõgestum erit? decidi tamen pote-
rit ex ijs quæ d. cap. 21. à nu. 226. & deinceps docuimus, & vix
est, vt credam nullitatem induci, nisi lex, vel statutum in contra-
rium gesta rescindat, quę clausula à pragmaticis decretum irri-
tans appellatur.

Sed videamus, an nostris Salmanticensis Academiæ statu- 97
tis, quid novi iuris de loco, seu tribunali ad gradus conferẽdos
caveatur? Et profectò const. 18. non semel id tractari reperio,
sed obscurè semper, nam in punctis ad examen assignandis sic

ha-

habetur. *Etſi ſuper his omnibus idoneus ſit repertus, diem, & locum ad recipiendum puncta ſibi aſsignet, ſuper quibus debet ſubire examẽ, qua adveniente, & Miſſa Sancti Spiritus in Cathedrali Eccleſia celebrata, idem Scholaſticus in medio Doctorũ ſedens, in loco per ipſum in prælibata Eccleſia deputato*, &c. Ecce quoàd examinis actus
98 prę vios prima illa verba, *diẽ & locum ad recipiendũ puncta aſsignet*, inſinuare videntur, locum arbitrio Cancellarij remitti; ſed cùm ſtatim exprimat cõſtitutio illa alia verba, *ſedens in loco per ipſum in prælibata Eccleſia deputato*, videtur illud arbitrium loci deputandi, priùs generaliter conceſſum, per ſequẽtia declarari, vt accipiatur de loco intra Eccleſiam, qui aptior ipſi Cãcellario videbitur, l. ſi ſervus 50. §. fin. deleg. 1. ibi: *Quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur ſummarum ſcripta ſunt ſpectanda*, l. hęredes 21. §. 1. verſ. *ſed etſi*, de teſtam. l. nummis 75. deleg. 3.

99 Secundò circa locum, in quo ipſum examen fieri debet, approbatioque, aut reprobatio ſuffragantium Doctorum, maior dubitandi ratio conſurgit, ob illa verba: *Veniat Baccalarius ipſe paratus ſubire examen ad vnam capellã Eccleſiæ Cathedralis, vel ad locum alium ad hoc aptum, per Scholaſticum ex cauſa deputandum.* Ego certè his verbis motus aſſeverarem, Cancellariũ poſſe ſaltem ex iuſta cauſa ipſius arbitrio definienda, extra Eccleſiam, locum examini deputare, idque ei permiſſum prædicta conſtitutione fuiſſe: quę interpretatio, cum iuri communi conſonet, quo liberam tribunalis electionem Cancellarius habet, vt probavi-
100 mus, en ixius amplectenda eſt. Neque obſtabit, verba illa, *ad aliũ locum*, accipienda intra Eccleſiam, tùm ob clauſulas præcedentes, quæ non minus interpretationem inducunt; quàm ſequentes
101 l. Titia 134. §. 1. de verbor. oblig. dict. l. ſi ſervus, cum alijs, tùm etiam, quia adiectivum, *alius*, ſolet eſſe repetitivũ ſimilium, l. in cauſæ 16. iunct. gloſ. verb. *competere*, de minorib. nam reſp nderi poſſe videtur, non eſſe perpetuum, adiectivum, *alius*, ſimilia de-
102 notare, imò diverſa ſignificat in Authent. vt defunct. ſeu funer. in princ. nov. 60. ibi: *Milites congregans, & ſervos alios*, Authent. de mandat. princ. §. oportet, verſ. *collatores*, & vtrobique gloſ. quod ſi verum eſt, ſatis erit ſi illa verba, *ad alium locum*, accipiamus extra Eccleſiam: porrò vt id mihi perſuadeam, penitus cõſtringit, quod ſi ea verba, intra Eccleſiam accipienda forent, nullam iuſtam cauſam conſtitutio requireret: nam ſine vlla cauſa liberum reliquit Scholaſtico, vt capellam aliquam Eccleſię aſ-

ſig-

signaret, vt constat ex illis verbis, *ad vnam capellam*, qui autem
fieri potest, vt in capellis adsignationem liberam habeat, extra
capellas, non sine causa assignare locum ad examen possit? Di-
camus ergo versimilius esse, vt verba illa, *ad alium locũ per Scho
lasticum ex causa deputandum*, sic accipi debeant, vt non nisi ex
iusta causa, extra Ecclesiam locus adsignetur. Ad eam denique 103
obiectionem de interpretatione ex præcedentium clausularum
coniectura, facilè satis fit, si dicamus, eam cessare, quoties ipsa
verborum proprietas & sententia, & quod magis est, verisimili-
tudo repugnat.

Tertiô tandem mentio fit in prædicta constitutione, de lo- 104
co, in quo ipsa gradus collatio fieri debet, & adsunt hæc verba:
*Quibus omnibus sic peractis, die sequenti Baccalarius examinatus de
mane ad domũ Scholastici pro responsione habenda accedat, cui Scho
lasticus licentiam vel deneget, vel concedat, prout iuxta Doctorũ cõ-
similium fuerit faciendum*. Clausula isthæc nõ apertiùs potuit Cã- 105
cellario relinquere liberã tribunalis, aut loci eligendi facultatẽ
iuri communi conformem. Quidam dicebant, constitutionem
non ideò exprimere Scholastici domum, quasi in ea cõferri pos-
sint gradus; sed quòd Licentiandus illuc ire teneatur, comitatu-
rus Scholasticum in Ecclesiam vsque, vbi gradus conferatur.
Huic tamẽ interpretationi valdè refragantur verba illa: *Ad do-
mũ Scholastici pro responsione habenda accedat*, iũctis illis, *cui Scho
lasticus licentiã deneget, vel concedat*, non ait, *ad domũ accedat, co-
mitaturus Scholasticum*, sed, *pro responsione & licentia*. Colliga 106
mus ergo, neque iure communi, neque statutis Cancellarium
nostrum adstrictum ad gradus certis locis conferendos, puncta
tamen ad examen dari, & Spiritus Sancti Missa, item examen,
in Ecclesia Cathedrali celebrari debent, nisi ex causa locum ad
examen mutaverit Cancellarius. Postremò licèt d. constit. 18. so- 107
lùm in collatione gradus, quem licentiaturam vocant, loquatur,
tamen idem in gradibus Doctoratus sentio, cum casus sit consti-
tutionibus omissus, & ideò iure communi decidendus, l. si quis
extraneus, de condit. ob caus. iure autem communi, locum ad
gradus ex arbitrio Cancellarij pendere, iam probavimus.

Quid iure communi, quidqne constitutionibus caveatur, in 108
hac quæstione, in medium proposuimus, deest tamen dilucidior
disputationis pars, nempe an consuetudine, præscriptionevè, in-
duci possit, quod in Ecclesia Cathedrali, aut alio loco, gradus

con-

conferri necessariò debeant : è cuius articuli enucleatione pendet insignissimæ litis decisio inter Academię nostræ Concilium, & Ecclesiæ Cathedralis Capitulum, an scilicet Cancellarius, & Concilium Academicum teneantur prædictos gradus, & graduum solemnia in Cathedrali Ecclesia necessariò celebrare.

109 Dixi huius litis decisionem à consuetudinis, seu præscriptionis quæstione pendere, quia inter communi, vel constitutionibus attentis, non iustam causam fovere almæ Cathedralis Ecclesiæ Capitulum compertum habeo, ex dictis à num. 94. sup.

110 Illud quoque ante quæstionis examen statuo, consuetudinem, vel præscriptionem quantumcumque immemorialem, esto quòd fateamur inducere posse, quòd gradus in Cathedrali conferri debeant, Cancellariumque, & Academię Doctores, ad id cogendos; adhuc gradus collati ea solemnitate neglecta valebunt: nam

111 si contra legem, statutumve valere nuper probavimus, consequens est etiam contra consuetudinem, cuius non maior authoritas est, l. 2. C. quę sit long. consuetud. nisi mihi proponas consuetudinem, præscriptionemve sic adquisitam, vt gradus aliter collati nulli forent, ad exemplum decreti irritantis, quod in lege vel statuto nullitatem gignere diximus, aut si in sententia, qua consuetudo servari iuberetur, idem decretum interponatur.

112 Rursus constituo, tam Capitulum, quàm Academiam, alternativè ius suum in lite hac introduxisse : nam Capitulum intendit, Academiam teneri ad conferendos gradus in Ecclesia] iure servitutis quæsitæ adversus Academiam ipsam; aut si hoc non obtineat, saltim ex innominata conventione, hinc inde obligatoria teneri. Contrà verò Academia conatur, in Ecclesia Cathedrali gradus conferre posse iure servitutis contra Ecclesiam adquisitæ, vel si hoc ei negetur, fuisse perpetuò actum voluntarium ex vtraque parte, & ita pronuntiandum.

113 Tertiò suppono, hunc actum, de quo quærimus, conferendi gradus in Cathedrali, non nisi hanc triplicem naturam habere posse: nam aut servitutis considerationem habet, aut contractus, aut liberi, & voluntarij actus, solam vrbanitatem & officium spectantis.

114 Præmitto quartò, quotiescumque de dignoscenda vniuscuiusque actus natura tractatur, duplicem actuum speciem distinguendam esse : quidã enim sunt actus præseferentes finem suum, suamque naturam, & qui citra ius, & nomen proprium quod habent,

bent, fieri non possunt, vt emptio, locatio, hæreditatis aditio, vo
ti sive suffragij in electione emissio; quæ nisi electori non con-
venit, & alia hoc genus. Quidam verò alij actus fiunt, qui sua 115
natura indifferentes sunt, idcircò ex animi destinatione, & agen-
tium voluntate pendent, an iure contractus, an servitutis, an ve-
rò vrbanitatis, aut officij gratia fiant; omnibus enim his conve-
nire possunt, ideò eos indifferentes appellamus. De illo primo
genere nulla est quæstio, nemo etenim dubitabit, quin si contra-
ctus nominatus, & expressus inter Ecclesiam, & Academiam
præcessisset, is servandus foret; aut si præscriptio eo titulo nite-
retur, probaretuŕque possessionem quasi eo præcedente sequu-
tam. Vndè ambiguitas tota in secundo actuum genere versatur,
in actu scilicet indifferẽti, prout sine dubio is est de quo agimus: 116
nam quod Academici gradus in Ecclesia conferantur, aut servi-
tutis, aut contractus iure, aut denique voluntariè, & liberè fieri
potest quod cæteris indifferentibus commune est, vt puta vt po-
mum ex horto tuo decerpam, vt apud te cenem, vt spatier in tuo
vt hospiter, l. vt pomum 8. de servitut. hæc differẽtia inter actus
indifferentes, & eos qui iure certo fiunt, eleganter traditur in l.
pro hærede 20. de adquir. hered. doctè Anchar. reg. sine posses-
sione de reg. iur. in 6. num 8. vers. *sed his incidenter quæro.* Inno-
cent. cap. bonæ *el segundo*, de postulat. prælat. num. 1.

Quinto prælibandum est, in hoc actu de quo quærimus cæ- 117
teriśque indifferentibus constitutissimum, & perpetuum esse vt
in dubio actus voluntarius, & meræ (vt aiunt) facultatis præsu-
matur, & hoc quantumvis plures actus probentur facti, vt puta
gradus in Ecclesia collatos, nisi probetur quoque iure cõtractus,
aut servitutis factos, nam ad hanc probationem tenebitur indis-
tinctè, is qui actum obligatorium esse affirmat, illum qui sua na- 118
tura indifferens est. Deniqué hic nullum possessoris privilegiũ
considerari potest, quia actus præfati possessionem numquam
præstare possunt, nisi probato animo se obligandi, hanc senten-
tiam latè probant Anchar & Innocent. ille dict. reg. sine posses-
sione, num 8. vers. *sed hic incidenter*, hic in dict. cap. bonæ *el segun-
do*, de postulat. prælat. num. 1. Miror magnam interpretum co-
hortem non vidisse, hoc perquàm evidenter probari in l. fin ff.
de itin. actuque privat. l. qui iure 41. de acquir. possess. l. fin. ff.
quemadmod. servit. amit. l. & habet 15. §. hospites, de precario,
conducit pulchre, l. siue possidetis, C. de probat.

Observo tandem, quòd si expressè actum non sit, an iure
119 obligationis, an voluntariè, hi actus indifferentes facti fuerint, adhuc probationi supererit locus, ex cõiecturisque probabitur actus natura, quæ coniecturæ arbitrio iudicis remittuntur, vt doctè animadvertit Innocent. dict. cap. bonæ el 2. num. 11. vers. *has autem*, de postulat. prælat. Anchar. dict. reg. sine possessione, num. 8. prope fin. vers. *in actibus ergo indifferentibus*, de reg. iur. in sexto.

120 His positis, nunc proprius ad quæstionis examen accedamus, in qua certum est, ad coniecturas occurrendum; cum enim actus sit indifferens, probatioque in origine perspicua deficiat, illud discuti oportet, an coniecturæ in facto contingentes, tales
121 sint, quæ iudices movere debeant, vt pro Ecclesia, vel Academia pronuntient? Constat namque etsi ivs dicentis arbitrio remittuntur, vt diximus, adhuc tamen arbitrium ipsum ad iuris regulas restringendum, Felin. cum alijs in cap. in nostra. Innocent. cap. quoniam contra, num. 5. de probat. Menoch. de arbitr. casu 90. num. 9. vers. *indici tamen*. Expendemus primo loco coniecturas, quæ ius servitutis inducere possent, si quæ sunt. Deinde si deficiant, an contractus obligatorij probentur inditia. Postremo quæ pro actu facultativo faciunt.

122 Et primò quidem videtur, Ecclesiæ Capitulum iure servitutis adversus Cancellarium, & Academiam, obtenturum, quòd in Cathedrali gradus celebrare teneantur, ob actus quosdam reverentiæ, & subiectionis, quos longissimo tempore interveniss dicitur: nempè *el pedir los estrados, y campana en el Cabildo, estando en pie el graduando quando los pide, y el juramẽto que haze de defender à la Iglesia*, quod simillimum est iuramento fidelitatis, per vassallos præstari solito dominis feudorum. Hæc sola coniectura pro servitutis iure facere videtur, cæteræ, obligatoriam tantũ
123 inducunt conventionem, vt mox apparebit. Sed neque ista coniectura, vllo modo servitutis ius inducere debet: & quidem si de propria servitute loquamur, proculdubio, est eam non inducere, cum servitutem, non nisi prædium prædio debere possit, prædiũ autem personæ minimè, excepto vsufructu, vsu & habitatione, quas solas personales servitutes invenimus. Ius autem de quo quærimus nec vsus, nec habitatio, nec vsufructus est, neque tandem à prædio debetur, sed à personis prædio, hoc est à Cancellario & cæteris, Ecclesiæ: ergo ex simili iure, servitus constitui

non

non poteſt, vt probat apertè l. vt pomum 8. l. quotiens 15. de ſervitut. l. 5. & 6. de ſervitut. ruſtic. eleganter Paul. l. Gaius 12. de ann. leg. & hinc eruenda eſt ratio decidendi ad Scævol. l. vlt. §. vlt. de contrahenda empt.

Nec quidquam facit, quòd licèt propriè ſervitus non ſit, erit tamen inpropriè, vt probat ſingularis text. in l. Mella 14. §. quidam, de alim. leg. dict. l. Gaius 12. de annu. leg. vbi Angel. num. 8. doctè Zaſsius lib. ſingul. iur. intell. cap. 23. incipit, *ſervitutum innominatarum*, Cuiac. lib. 24. obſ. cap. 22. qui docent, in vim pactionis ſubſtineri prædicta iura, quas ſervitutes innominatas Zaſius vocat. Nam reſpõdeo ſummè inter ſe diſtare, quòd Eccleſiæ Capitulum, hoc ius contra Acedemiã iure ſervitutis habeat, aut iure pactionis. Si etenim ſervitutis iure id poſsideatur ab Eccleſia, ſequitur neceſſariò, libertatem huius ſervitutis, etiam invita Academia, ipſi contingere poſſe, ſi ab Eccleſia id ius Academiæ remittatur, neque poſſet Academia Eccleſiæ Capitulũ cogere, vt ire pateretur ad gradus in Eccleſia conferendos, arg. l. vlt. §. ſin verò quidam. C. de teſtam. manum. iunct. traditis à Fabr. in iuris prudent. tit. 3. princ. 2. illat. 8. Sin verò pactionis iure, idem ius poſsideri ab Eccleſia dicamus, tunc cum alia ſit pactionis, alia ſervitutis natura, vtrinquè obligatio naſcetur quoties interſit cuiuslibet, ſive eivs qui debet, ſive cui debentur hæc iura, cuius rei exemplum proponi poteſt, in vulgari quæſtione de dominis, qui id ius habent, ne vaſſalli, niſi ad eius molendinum, vel furnum, accedant, vel in cæteris exemplis à Cuiac. & Zaſsio vbi ſuprâ propoſitis, in quibus conſtat quod etſi dominus remittat ruſticis obligationem, adhuc poterunt ipſi dominum cogere, vt ire patiatur, nec pacti vis, & obligatio extinguetur, niſi vtriuſque partis conſenſu, l. 1. cum ſimil, C. quand. lic. ab empt. diſced. Ex dictis liquet, exemplum iuramenti à vaſſallo præſtiti in feudo, nil nos movere, vt inde ſervitutem de qua loquimur coniectemur, multo ſque minus iusiurandum, quod à laureando præſtari diximus, accedit denique, ſervitutem in dubio nunquam præſumendam, idcircò dato quod obligatio præſumi debeat, non durior, vt ſervitutis ſed levior inducenda eſt, l. Arrianus 47. de obl. & act.

Parimodo repellenda videtur Academiæ intentio, dum ſervitutem in Eccleſia habere contendit, ijſdem enim rationibus infringitur, imò iuris prudentiæ terminos errabit, qui talia iura in

124 125 126 127 128 129 130

Ecclesia, quamtumvis verè debita forent, servitutes appellaverit, in sacro enim servitutem adquiri non posse quis dubitat, c. ad hæc, de relig. dom. cap. semel, de reg. iur. in 6.

131 Secundò loco succedit, vt inspiciamus, an conventio hinc inde obligatoria pronuntiari debeat in nostra quæstione, ac proinde tam Ecclesia, quàm Academia, eam servare teneantur, nec recedi ab ea possit, nisi vtriusque partis consensu? & hoc verisimum credo ita vt expressi, iuxta ea quæ in facto probari accepi: nam primo probatur, per longissimum, & immemoriale tempus, gradus in Ecclesia Cathedrali collatos. Secundò probatur, Academiam diversis temporibus renuisse, quod gradus in Ecclesia conferrentur, & transactione non semel facta, Capitulum Academiamque convenisse, vt gradus nihilominus sicut antea in Cathedrali celebrarentur, additis demptisve quibusdam, circa locũ ornamenta, & alia. Denique vtraque pars, in quadam transactione ad ann. 1560. facta obligatur, *Los vnos à los otros, è los otros à los otros de fazer è guardar, cumplir, è pagar, è mantener para agora, è para siempre jamas este asiento è concordia, &c.* Et licet hæc clausula non omninò principaliter respexisse videatur ad obligationem conferendi gradus, hoc ideò est, quia eam apertè supponit vtraq; pars, & quod hæc supposita, & enuntiata obligent, est invalde simili specie, text. in cap. Abbate 25. de verb. signif. singularis ad hanc litem decidendam, & valde expendenda illius facti series, præcipuè vers. *& cum quadam*, & vers. *ex privilegijs*, & vers. *ad hoc autem.*

132 Quibus in facto positis, id in iure vt certissimum deducitur, quod immemoriali possessione concurrente cum his interpellationibus, & trãsactionibus, præscriptionem inducit, etiam actus indifferentis, & mere voluntarij, vt in simili cum pluribus resolvit Covar. reg. possessor 2. p. §. 4. num. 6. Aymon de antiq. 4 p. §. circa præmissa à num. 39. Natta cons. 522. num. 9. Gonçalez reg. 8. glos. 5. §. 6. num. 37. Rot. decis. 33. p. 1. divers. num. 2. Casanat. cons. 39. nu. 53. & alij inferius referendi, text. singularis in
133 dict. cap. Abbate 25. de verb. signif. Imò quamplures voluere, actus voluntarios, & indifferentes præscribi rectè posse immemorialis temporis lapsu, quos congerunt, Felin. cap. cum M. num. 7. de const. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 17. à num. 27. 1. tomo.

134 Sed horum interpretum opinio, falsa omninò est, & apertè

cons

convincitur ex his quæ ſupra docuimus num. 118. ſcilicet hos actus indifferentes, qui ſua natura voluntarij eſſe poſſunt, ſemper voluntarios præſumi, niſi is qui neceſſarios eſſe contendit, id probet: vnde fit, interim dum voluntarij præſumũtur, in præſcriptibiles ſua natura eſſe, repugnat enim, vt poſſeſsio ex actu volũtario transferatur, ſine qua nulla præſcriptio eſt, id autem cuius natura repugnat, ne vllo tempore quamtumvis immemorabili poſsideri potuiſſet, nullo etiã tẽpore præſcribetur, probãt id eleganter d.l.fin. de itiner. actuque priv. l. qui iure 41. de adquirend. poſſeſ. Cum autem aliquis actus neceſſarius interceſsit, tũc prior actus natura mutatur, & præſumptio illa voluntarij, non ſolùm extinguitur, ſed ſi cum immemoriali concurrat, facit, vt ſemper actus neceſſarius fuiſſe intelligatur: hanc ſentẽtiam exemplo noviſsimè confirmo; finge aliquem, rem ſacram, aut publicis vſibus deſtinatam, ob id vt ſuam vindicare, quòd per immenſum tempo- 135
ris ſpatium re ſacra, vel publica vſus ſit; finge etiam ipſum allegare poſſeſsionem immemorialem, ſed tamen non probari aliquem actum poſſeſsionis privatæ, aut aliàs non apparere, quòd re ſacra, vel publica vſus fuerit tamquam profana, vel privata; planè nullus dubitabit, immemoriale tempus nihil operari: quia cum ſemel conſtiterit, rem ſacram, vel publicam fuiſſe, nullius temporis lapſus eam præſcriptibilem reddet, niſi actus aliqui concurrant, qui naturam rei mutaverint, quod ſi contigerit, & immemorialis intercedat, rectè præſcribitur non ſolùm à die illius actus, ſed etiam retro in infinitum, ſic ſimiliter in noſtra ſpecie dicemus, manente natura rei, nec interpellatione, aut facto aliquo mutata, nihil operari immemorialem. Hæc ſententia veriſsima eſt, quam ſequitur Covar. dict. §. 4. num. 6. qui doctiſsimè animadvertit, prædictos actus prohibitorios, ſeu interpellativos, præcedere debere litem motam ſaltim triginta, quadraginta, aut quinquaginta annos, ſed & noſtram ſententiam amplectuntur Ancharran. dict. cap. ſine poſſeſsione num. 8. ad fin. Caſanate dict. conſ. 39. num. 2. qui addit etiã per mille annos non induci præſcriptionem, Cravet. vbi ſuprâ num. 43. Menoch. de arbitr. caſu 160. num. 19. benè Theſaur. deciſ. 16. per tot. Denique aliud oc- 136
currit exemplum, quo non leviter noſtra ſententia cõfirmatur, ſumptum ex celebri doctrina Greg. Lopez l. 6 tit. 25. p. 4. verb. *doven*, verſ. *neque iſtorum onerum*, vbi defendit, dominos vaſſallorum quamtumvis probent immemoriale tempus exegiſſe impo-

ſitiones, adhuc non ſufficere, niſi probent, non vi, non metu coā ctos, ſed ſponte ſubditos ſoluiſſe, quia ſcilicet hæ impoſitiones à iure præſumuntur per vim dominorum extractæ; ſi ergo immemorialis hanc iuris præſumptionem non vincit multominus, & eam de qua agimus, quæ ex rei ipſius natura oritur.

137 Neque obſtat ſententia eorum qui dixerunt, immemoriali probata non requiri interpellationem, inter quos videtur fuiſſe Butrius in cap. Abbate 25. de verb. ſignif. num. 13. Rot. deciſ. 365. num. 6. 2. p. in noviſsim. Fontanel. dict. clauſ. 4. gloſ. 17. n. 42. Garcia de nobil. gloſ. 35. num. 57. nam reſp. vel falsò id exiſtimaſſe, vel accipiendos eſſe, prout pleriq; loquuntur, in cauſis non indifferentibus, vt noſtra, ſed tales, qui citra nomen, & ius debitum, & neceſſarium fieri non poſſunt, vt puta ſi quis per immemoriale tempus probet, ipſum maioresq; ſuos ad officia nobilibus deſtinata electos, vel contra ad officia plebeiorum;

138 vbi hæc officia diſtincta ſunt: planè licèt non probentur actus alij, ex quibus conſtet, eum vt plebeium, vel vt nobilem electum neque vllæ aliæ interpellationes, prohibitioneſuè ſint, dicemus vt nobiles electos eos, qui ad officia nobiliū electi fuerunt, & vt plebeios eos qui ad plebeiorum officia: quia hic actus electionis, natura ſua in prædictis locis, non niſi eas qualitates habentibus convenit: idem dicemus, in præſtationibus annuis, ſi ea forma ſolvantur, qua ſolvūt ij qui ex obligatione tenentur, hoc eſt, certas & æquales penſiones, certis & definitis temporibus diſtribu-

139 tas, l. cum de in rem verſo 6. de vſuris, aliud exemplum eſt, in l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua quot. & æſtiv. l. 2. de aqua plu. arcend. in quibus omnibus, nulla interpellatio requiritur, immò longa poſſeſsio ad præſcribendum ſufficit, neque immemorialis requiritur, quia actus tales continent, qui ſua natura debito neceſſario conveniunt. Explicat optimè Anchar. dict. reg. ſine poſſeſsione num. 8. ad fin. verſ. *quidam ſunt actus appropriati*, de reg. iur. in 6.

140 Hinc etiam provenit, quod quemadmodum actus indifferētes, voluntarij præſumuntur, & is qui neceſſarios aſſerit, probare debet; ita etiam in actibus qui certam cauſam habent, neque extra eam fieri ſolent, proteſtatione contraria voluntarij fiūt, eam tamen proteſtationem facere, & probare debet, is qui voluntarium actum aſſeverat, Anchar. ſup. facit eleganter, dict. l. pro hæ rede 20. de acquirend. hæred. ibi: *Et ideò ſolent teſtari liberi, qui*

neceſ-

necessarij existunt, non animo haredis se gerere, qua gerunt.

Illud verisimè addendũ censeo, quod si in lite de qua quæ- 141
rimus, Cathedralis Ecclesiæ Capitulum quadragenariam posses-
sionem cum titulo aliàs invalido, aut insufficienti allegaret, pro-
baretque, vt puta obligationem expressam ab Academia factam
de celebrandis gradibus in Ecclesia, invalidam tamen ob solem-
nium defectus, vel quid aliud; in hoc & similibus casibus huius
generis præscriptio eandem potestatem cum immemoriali habe-
bit, notavit doctè Covarrub. dict. reg. possessor 2. p. §. 4. num.
5. propè finem, vers. *primum quidem*, & probat text. in cap. 1. de
præscript. in 6. iuxta hocque accipiendus est, Garcia de nobi-
lit. dict. glos. 35. num. 56. dum voluit idem posse ordinariam
præscriptionem à tempore prohibitionis in actibus voluntarijs,
ac immemorialem: fallitur enim, nisi adsit titulus, aut in posses-
sorio loquatur, de quo noster sermo non est, sed de iure proprie-
tatis (nam circa possessionem, idem iuris erit quod alibi in causis 142
præcedentiarum diximus.) Nisi fortè eo etiam casu Ioannis Gar
ciæ sentẽtiam admittas, quo â tempore prohibitionis, & expres-
se patientiæ, & consensum eius qui actum voluntarium conten-
dit, transissent quadraginta anni, non minus; quo casu patientia,
& consensus pro titulo esset, text. mihi videtur apertus in dict. 143
cap. Abbate, de verb. signif. cuius neque Garcia, neque Covar.
meminit. Denique in hoc, facilè annuam Ioanni Garcię idem po-
sse quadragenariam, & immemorialem, in alijs tamen longè dis-
tabunt, vt puta, si aliæ sed minores coniecturæ, actus necessarij
inductivæ concurrant, quo casu non dubito, quin facilius pro eis
pronuntietur, si immemorialis, quàm si longa tantùm possessio
concurrat.

Allegabantur & alia plura, pro Ecclesiæ Cathedralis inten- 144
tione, quæ tamen non placent, nec vera sunt: nam quod dicebatur, non posse apellari hunc actum celebrandi gradus in Eccle-
sia, facultativum, ob id quod ex vtriusque partis facto pendeat, voluntarij autem actus dicuntur, qui ex vnius tantùm facto pẽ-
dent, iuxta distinctionem Cæphal. cons. 576. à num. 46. lib. 2. nescio an quid longius absit à veritate: nam hospitium, & alia vr
banitatis officia, ab vtraque parte factum habent sæpè sæpius, at nullus erit, qui audeat affirmare, hæc non voluntaria esse.

Rursus pro Ecclesia expendebatur, actus facultativos qui 145
in judicium deduci possunt, esse præscriptibiles, Covar. lib. 1. va-
rijs

riarum cap. 9 num. 2 Farin. decis. 111. num. 9. p. 2. in novis. Garc. dict. glos. 35. num. 57. vers. *sexto*. Sed doctrina hæc aplicari non potest quæstioni de qua agimus, nec procedit in præscriptione affirmativa ipsius iuris facultatui, nec loquitur de actibus voluntarijs de quibus nos agimus; sed de præscriptione negativa
146 iuris iam quæsiti, exempli gratia, servitus iam constituta, prestationes annuæ, & si quæ alia iura sunt huiusmodi, iam adquisita recto iure, & quæ in iudicium deduci possunt, hæc (inquam) si dominus non vtatur, vel non exigat præstationes, aliàsvè negligens sit, præscriptione amittet, si constituto tempore non vtatur, quod quidem ius ante præscriptionem, facultativum vocatur, quia in facultate eius qui id habet est, vti, vel non vti. Nunc cognosces quantum hæc distent à quæstione nostra.

147 Postremò allegabatur pro Ecclesia, quod cum inter alia quę in Doctoratuum solemnitate fiebant, tauri in publico huius civitatis foro agitarentur, hancque publicam lætitiam recusasset Academia in cuiusdam gradus solemnitate, iam pridem iussu maximi senatus decretum fuit, Academiam teneri ad agitationem taurorum, petente id consistorio civitatis tamquam ius populo quæsitum. Sed an hoc fuerit decretũ ex eo quod Academia obligata esset ex actu illo voluntario valdè dubito, quin potius cre-
148 do, Regium senatum qui Principem representat, Vniversitatis patronum, & gubernatorem, id decrevisse, quia ita ipsi placuit visumque fuit convenire, vt ornatè & solemniter gradus conferrentur, hæc solutio probari videtur ex §. 58. tit. 32. in statutis quo cavetur ne quid de solita pompa in gradibus omittatur, nec concilium Academicum dispenset.

149 Habemus iam hinc inde obligatorium esse actum conferendi gradus in Cathedrali, tenerique Cancellarium, & Academicũ Concilium ibi gradus celebrare, & conferre, & è converso Ecclesiæ Capitulum id recusare non posse, neque ornatum, & alia denegare, quæ hucusque contulit, esseque hunc specialem casum in quo Cãcellarius locum solẽne observat. Cui resolutioni argutè, & verè addi potest etiam si vtrique parti idest Capitulo, & Academico Concilio placeret, ne gradus vt ante præstarẽtur, adhuc
150 durare cõsuetudinis vim & obligationẽ, quia auctoritatem, & approbationem Principis habet, qui (vt accepi) pronuntiavit, secũdùm ea quæ resolvimus in suprâ relata causa, decernens consuetudinem servandam. Cum autem iam consuetudo Principis

auctoritate confirmata sit, & Academiæ sæcularis gubernationẽ respiciat, non poterit ipso inconsulto revocari, etiam de consensu partium ex latè per nos traditis suprâ cap. 23. à num. 11. & n. 34. in appendice; conducit, dict. statutum Salmant. tit. 32. §. 58.

Restat satisfacere Academiæ fundamentis, quibus nitebatur, actum merè voluntarium esse, eis tamen ex suprâ traditis abundè responderi potest, nempè id procedere, actus natura attenta, sed consensum & animum contrarium, extransactionibus, cæterisque indicijs erutum efficere, quòd necessarius sit ex contrahentium voluntate, actus sua natura indifferens, & ob id voluntarius præsumendus, si contrariæ coniecturæ cessarent. Cætera in hoc tractatu de præscriptione actus voluntarij, vide per Innocent. dict. cap. bonæ el 2. de post. prælat. Anchar. dict. reg. sine possessione num. 8. vers. *sed hic incidenter*, de reg. iur. in 6. Ias. l. quominus à num. 28. de flumin. Abb. & Butr. in dict. cap. Abbate 25. de verbor. signif. Cravet. de antiq. 4. p. §. *circa premissa*, Thesaur. decis. Pedem. 16. Covar. dict. reg. possessor 2. p. §. 4. num. 6. & lib. 1. varia. cap. 9. num. 2. Gabriel in commun. tit. de præscript. concl. 10. Corras. lib. 6. miscel. cap. 2. Emil. Ferret. in l. 3. de vsucap. num. 100. & deinceps. Fontanel. de pact. 1. tom. claus. 4. glos. 17. per tot. Gracian. Forens. cap. 88. à num. 14. & cap. 89. à num. 18. & cap. 298. à nu. 10. Mascard. concl. 1220. Cassanat. cons. 9. Menoch. cons. 1201. & alij suprâ relati Garcia de nobilit. dict. glos. 35. â num. 57. & num. 60. vers. *vltimo*. Qui plurima exempla congerit, de iure scilicet hospitij; de quæstoribus eleemosynarum, qui diutius in aliquo templo petiere; de optione Canonicorum: de Canonicis qui pluries nominarunt Canonicum ædificijs præfectum, an possint laicum nominare; de vassallo qui domino dat donaria, & alijs.

151 152 153 154 155 156 157

An autem lis hæc proprie ad supremi senatus iurisdictionẽ pertineat quæri potest? eam tamen decides, ex dictis suprâ cap. 24. à num. 17. & 172. illud tantum noto, ob id quod in Ecclesia gradus conferantur non dici causam privativè Ecclesiasticam, cum de re merè temporali quæstio sit, & ideò distinctionibus præ dicto loco traditis standum. Vtrùm Cancellarius Doctoresvè imperitum approbantes ad Doctoratum lethaliter peccent, & quando puniri possint, aliaq; his proxima, vide apud Navar. in manual. cap. 25. n. 55. Segura in director 1. p. ca 3. à. n. 14. & de professione fidei, & intellectu c. 2. §. in Gymnasijs, sess. 5 in Trid.; vide in Appendice ad num. 70. sup. hoc cap.

158 159

§. IV.

De Vice-Cancellario.

160 VACANTE Scholæ-Magistri Salmanticensis dignitate, non facile est successorem eligere; Regia namque præsentatio, & Romani Præsulis confirmatio, nõ modicum tempus consumũt, quo tanta Academia non benè sine iudice, sine moderatore vacaret, Huic rei Martinianis statutis in hæc verba providetur. *Vacante autem huiusmodi Scholastria, Doctor vel Magister, per definitores prædictos, aut maiorem partem eorum, deputetur, qui quamdiu ipsa vacabit, huiusmodi officium diligenter gerat, & fideliter exerceat, de quo & quod provisione facta* (Scholastriæ scilicèt) *aut aliâs ad mandatum definitorum prædictorum, vel dicta maioris partis, regimen huiusmodi liberè & sponte dimittet, iuramentum ad Sancta Dei Evangelia antea præstabit.* Ecce Pontificia constitutione ad Concilium, seu Claustrum definitorum expectat Vice-Cancellarij electio, sed vt millies diximus nisi constitutio ist hæc à Principe Hispano approbata fuisset nõ observaretur, sed in clericos studiosos tantùm, iurisdictionẽ cõferre posset, vide suprâ cap. 23. à num. 13. num. 111. & 131. & 144. & 260. Et in summa quod ad iurisdictionis naturã, & substantiam attinet, omnia quæcumque in Scholæ-Magistro tradita

161 sunt, hic applicari debent: quoàd electionem verò, eodem modo perspicuum est, quoties à Concilio Academico eligitur, pro ea omni parte qua iurisdictio Regia est, ex Principis sæcularis permissu, & facultate fieri. Pro spirituali verò, Põtificia auctoritate.

162 Hanc potestatem quam à Pontifice habent eligentes, ipse revocare potest, Princeps sæcularis non potest; & contra quoque, potestatem ex Regio nutu pendere, non à Pontifice, certum est, diximus cap. 24. & alibi sexcentis locis, & dum hæc excuderentur ad senatusque supremi censuram remittebantur; senatus ipse maximus secundum sententiam nostram iudicauit. Cum enim

163 Scholæ-Magistri sedes vacaret, noviterque â Principe præsentati Gymnasiarchæ confirmatio diu retardaretur, senatus nomine Principis, aut Princeps ipse, eundem præsentatum Vice-Cãcellarium pro Regia potestate constituit (pro hac vice definitorum potestatẽ resumens quam ab ipso habent) pro ea verò potestate

ſtate, quæ Pontificia eſt, definitoribus cõmendavit, vt eum quo que eligerent, aut is qui eum iure, & conſtitutionibus debebat.

Vnum noto forſitam noviter, Concilium Academicum pro 164
Pontificia poteſtate non niſi Doctorem, vel Magiſtrum eligere poſſe, conſtat ex verbis ſupra traditis. Princeps verò aut ipſi electores ſi id Princeps permitat, quemcumque aliàs idoneum eligere poſſunt cum verba illa, ſeu forma conſtitutionis, Principem ligare non poſsint: vnde paulatim fiet, vt ſi is qui à Principe electus eſt, nondum Doctor eſt, vel Magiſter, non poterunt in eiuſdem electionem confluere definitores, prout electores Pontificij ſunt, niſi accepto gradu, is autem ſufficiet, quod in qualibet Academia generali acceptus fuerit, iuxta tradita hoc capite, nec neceſſaria erit in corporatio, niſi ad hoc vt præferatur alijs nõ in corporatis, vt ſatis inſinuat tit. 29. per tot, in ſtatut. ſed & multa alia ex his inferuntur quæ in Scholæ-Magiſtro diffusè diſputata reperiũtur. An autem ſufficiat ſi qualitas Doctoratus poſſeſſionis tempore concurrat, reſolvendũ erit ex traditis per Deciũ in cap. poſt ceſsionem, de probat. Mieres 2. p. q. 6. num. 153. Caſtillo lib. 5. cap. 9. à num. 38.

Pro colophone quærendũ eſt, an hic Vice-Cancellarius cle 165
ricus eſſe debeat, qua in re diſtinguendum eſt, ſi à Principe ſæcu
lari eligatur, vel ab Academico concilio ex Principis facultate, neceſſe nõ eſt clericum eſſe, iuriſdictionẽ tamẽ in clericos ſtudioſos non habebit niſi clericus ſit, vt in Rectore dixi ſup. cap. 4. à num. 4 iunct. cap. 6. num. 66. & addition. in appendice, aut etiam 166
laicus ad ea quæ explicavimus latiùs cap. 21. à num. 135. & in appendice ibidem. Denique nec cenſuris vti poterit, vt potè electus à Principe, & Vniverſitate ſæculari, dixi cap. 6. à num. 32. & addo nunc Alter. de cenſ. diſp. 7. lib. 3. cap. 6. col. 7. verſ. *quinto*, Bonacin. 1. tomo tract. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 1. punct 2. num. 167
fin. & hoc de cenſuris licet clericus ſit. Sin autem agatur de Vice Cancellario eligendo auctoritate Pontificia, tunc licet expreſsè in Martini conſtitutione non caveatur, adhuc clericus ſaltim primæ tonſuræ eligi debet, alias nulla erit electio. Primò, quia licet 168
Pontifex poſsit clericorum cauſas laicis commitere Abb. & cæteri in cap. decernimus de iudic. & alij proximè citandi; tamen nullus alius, niſi eam poteſtatem expreſsè à Pontifice habeat, id facere poteſt, ſic Epiſcopus non poteſt Vicarium laicũ conſ- 169
tituere ad cauſas ſpirituales, nec poterit cenſuris vti Vicarius niſi ſal-

si saltim primam tonsuram habeat, cap. in nova 16. quæst. 7. Covar. in c Alma mater 1. p. §. 11. n. 1. & 3. Segura in director. 1. p. cap. 11. à n. 1. Bonacin. tom 1. de censur. disp. 1. q. 1. puncto 2. n.
170 6. latè Barbos. de potest. Episc. alleg. 54. à n. 4. Deniq; videmus, eundē Martinū Pontificē in Rectore, & Cancellario, ordinis qualitatem expressisse, cur non ergo idem dicemus in Vice-Cancellario, vt naturam sapiat Cancellarij, in cuius locum subrogatur.

171 Sed an Monachus aliusvè Religiosus possit Vice-Cancellarius eligi? & quidem si de Magistris in nostra Academia profitentibus loquamur, sine dubio est eligi posse, eo enim ipso, quod per Pontificem ipsis permittitur, quod de gremio Vniversitatis esse possint, permittitur etiam vt omnia Vniversitatis munera exercere valeant non obstante prohibitione tit. ne cler. vel monach. vt ex Abbat. quæst. 6. & alijs iam nō semel hoc libro scrip-
172 simus. Imò dicerem hoc ipso fundamento motus, posse tam Rectorem, quàm Cancellarium, aut Scholæ Magistrum eligi eum qui è gremio Vniversitatis est iure communi attento, licet Monachus, aut Religiosus sit, si cæteræ qualitates statutis peculia-
173 ribus requisitæ concurrant, facit l. fin. C. de iurisdict. Quod si quæramus an Religiosus alter, qui de gremio Academico non fuerit eligi possit Vice-Cancellarius, credo regulariter non posse, nisi forte ob eximiam alicuius scientiam, & prudentiam, vide Specul. tit. de iud. deleg. §. superest videre, vers. *num quid*, Vivius decis. 4. latè Segura in director. 1. p. cap. 12.

De Vicario Academico, vulgò Iuez del Estudio.

CAPVT XXXI.

1 STVDIOSORVM Iudices posse iure ipso, & vi suæ potestatis, Vicarium constituere, seu locumtenentem, etiam si id eis specialiter non concedatur, perspicuū est; cum enim iurisdictionem propriam exerceant, iudicesque ordinarij sint, vt probavimus in Rectore c. 6. & in Scholæ Magistro, & cæteris cap. 9. sup. non dubium est, quin iurisdictionem suam mandare possint, tam sæcularem, & regiam. l.

solet. 16. & seq de iurisd. l. cum prætor 12. §. 1. de iudic. l. 1. §. 2
fin. de offic. eius, quàm Ecclesiasticam, seu Pontificiam cap. 2. &
per tot. de offic. Vicar. in 6. cap. fin. de iud. cap. cum Episcopus,
de offic. ord. cap. vt officium 11. cap. vlt. de hæret. in 6. expli- 3
cant diffusè præter ordinar. Barbos. in dict. l. cum prætor §. 1. in
princip. & per tot. alter Barbos. de offic. Episcop. alleg. 54 num.
26. in fin. & num. 40. & per tot. Donel. & Ossuald. lib. 17. com.
cap. 8. per tot. & in Rectore Academico, quòd possit iure ipso
prorectorem nominare. Scip. Gentil. de iurisd. cap. 9. Bocer. ca.
7. num. 9. quos refert Ossuald. sup. lit. I. addo Horac. Luc. de pri
vil. Schol. privil. 65. sed & nostris Salmanticensibus statutis idẽ
permissum est, vt constat ex const. 3. & const. 22. ibi, *per se, vel
per alium*, & tit. 5. in statut. quibus locis potestas à iure concessa
restringitur ad certos casus, tam in vice Rectore, quàm in vice
Scholastico.

In hunc Vicarium si generaliter nominetur, transeunt om- 4
nia quæ iurisdictionis ratione ipsi Scholæ-Magistro competũt,
sive voluntariæ iurisdictionis, sive cõtentiosæ, l. 1. de offic. eius
Donel. dict. lib. 17. cap. 8. lit. O. & ibi Ossuald. latè Barbos. de
de iudic. vbi sup. Vnde cum Cancellarij potestas, quæ in gradi-
bus conferendis præcipuè versatur ratione Magistratus illi con 5
cessa fuerit, eo ipso quod iudex studiosorum est, & studio præ-
est, vt cap. præced. probavimus à num. 73. & constat ex l. 9. tit.
31. p. 2. sicque voluntariæ iurisdictionis, vt probavi eod. cap.
præced. à num. 82. dicendum est eam quoque potestatem tran-
sire nisi lege statutovè Academico specialis expressio requira- 6
tur, prout in nostra Salmantica requiritur dict. tit. 5. §. 8. Quini-
mo, & potestatem Conservatoris, & Executoris Academici trã-
sire facile annuam, nisi aliud specialiter caveatur: nam licet hæc
omnia iure speciali concessa sint, & ideò iure Magistratus com- 7
petere non videantur, ac per consequens nec mandari posse, dict.
l. 1. de offic. eius. adhuc cum hæc omnia accessoria sint ordinariæ
iurisdictionis, eiusque naturam sortiantur, vt probavimus suprã
cap. 18. & 19. Nihil mirum, si mandata principali iurisdictione,
omnia accessoria transisse videãtur, nisi prohibita expressè sint,
aut specialissimam delegationem requirant: facit optimè dict. l.
1. in fin. de offic. eius, & quæ in Vicario Episc. latè differit Bar-
bos de potestate Episcop. dict. allegat. 54. & alter Barbos. de
iudic. vbi suprã.

8 Imò ex ijſdem rationibus oritur, quòd in omnibus caſibus in quibus iudex ſtudioſorum procedere poteſt, *ſummarie, & de plano*, aut *appellatione remota*, poterit & ipſius Vicarius delegatus ve, ſive ordinaria, ſive Executoris, ſive Conſervatoris, ſive alia quælibet iuriſdictio mandata ſit, ſive generalis delegatio facta, & ita in ſpecie delegati Academici reſolvit Salgad. de reg. protect. 1.p.cap.2.§.5.num.49.vſque ad 54. Nec obſtat quod Conſer-
9 vatores, vices ſuas alijs delegare non poſsint, cap. fin. §. vices quoque, de offic.deleg. in 6. Item quod hæc iurisdictio Conſervatoris, & Executoris delegata ſit, delegatus autem non poſsit ſubdelegare, l.à iudice 5.iuxta pragmaticorum interpretationẽ C.de iudic.l.fin.de offic.eius.cap. quoniam 43.de offic. delegat. Bovad.lib.2.polit.cap.20.num.34.lit. H.Tuſch lit.D.concluſ. 148.Azev.in rubr.tit.9.lib.3.recop. Oſſual.& Barboſ.de iudi. ſup. Et multominus delegatus appellatione remota poterit cum
10 eadem clauſula ſubdelegare, Monet. de conſervat. cap. 7.à nu. 69.etiam ſi à Principe delegatus ſit Zevallos *de las fuerzas*, dict. gloſ.6.à n.74. Nam his omnibus reſpondetur non procedere in noſtro themate. Primò, quia in iudice ſtudioſorum Conſervatoris, & Executoris poteſtas, acceſſoria ſunt ordinarię iuriſdictionis, & eiuſdem naturæ, vt diximus. Adde in ſtudio noſtro hanc ſententiam expreſſam, dict.conſt.23. quam & alias rationes pro ſequitur Salgad.dict.1.p.cap.2.§.5.à num.51. Secundò delegatus à Principe, ſeu ad Vniverſitatem cauſarum ſubdelegare poteſt, dict.l.à iudice, Oſſuald.dict.lib.17.cap.8.lit.M.& cæteri ſuprâ adducti, latiſsimè Monet.de Conſervator.cap.7.à num.53. quem vide in ea quæſt. an Conſervator ſubdelegare, aut ſub Conſervatorem conſtituere poſsit.

11 Summè controverſum eſt, an Vicarij, ſeu locumtenentis iuriſdictio ordinaria ſit, an delegata? pro affirmativa ſententia in Vicarijs Epiſcoporum, & iudicum ſæcularium, plurima cumulavit Barboſ.de poteſt.Epiſcop.dict.allegat.54.num.26. vſque ad 45.pro negativa, doctè Molin. de primog. lib.1.cap.25.n. 11.& 12.Covar.lib.3.variar.cap.20.num.4.Corſet de poteſt. reg.quæſt.96.Parlador.lib.2.quot.cap.1.num.10.Bovad.lib. 1.cap.16.num.11.& 44.& per tot.expendiq́ue poteſt, l.1.§. initio, de offic.præfet.vrb. In Prorectore Academico eadem eſt diſſenſio inter Gentilem, & Bocer. vt notavit Oſſuald. dict.lib. 17. cap. 8. lit. I. ad fin. Vtraque ſententia probabilis eſt, illud

evidens,

evidens, sive ordinariam, sive delegatam Vicarij iurisdictionem
asseramus, plurima ordinariæ iurisdictionis, nonnulla delegatæ 12
habebit, exemplum esto: in appellatione, ordinaria iurisdictio
videtur, cum minimè à Vicario ad Scholæ-Magistrum appella-
ri possit, nisi forte Vicarium foraneum constituat, vt latè pro- 13
bare poteris ex adductis à Barbos. dict. l. cum prætor §. 1. à nu.
211. vsque ad 236. alter Barbos. dict. alleg. 54. à num. 45. De- 14
legatæ autem iurisdictioni assimilabitur Vicaria iurisdictio, in
eo quòd revocari quandocumque Vicarius potest, latè Bovad.
dict. lib. 1. cap. 16. Barbos. dict. alleg. 54. num. 145. & 170. quæ 15
cumque enim apud hos scribentes de Vicarij Ecclesiastici, & sæ
cularis iurisdictione scripta sunt, nostro adaptabis. Secundò iu- 16
risdictioni delegatæ, & in eo assimilari videtur, quòd non nisi
actus non iurisdictionales, & meræ executionis subdelegare Vi-
carius noster poterit, Monet. de conservat. dict. cap. 7. num.
56. & num. 72.

Quas qualitates habere debeat Vicarius, breviter discutere 17
oportet. Et primo quidem quod ad iurisdictionem Regiam at-
tinet, qualitates habere debet expressas in l. 2. tit. 9. lib. 3. recop.
iunctis per nos adductis sup. cap. 4. â num. 9. & à num. 4. latè de
qualitatibus iure communi requisitis. Sed cum regulariter Vi- 18
carius Academicus Ecclesiasticam quoque iurisdictionem ha-
beat, necessariò requiritur etiam ordo primæ tonsuræ, vt in Vi-
cecancellario dixi cap. præced. num. 169. latè Barbos. de potes-
tate Episcop. dict. alleg. 54. à num. 4. vbi num. 6. in clerico con- 19
iugato, quod Vicarius Episcopi esse non possit: ego neq; Scho-
læ-Magistri pro iurisdictione spirituali Vicarium esse posse cen
seo: quia eadem est iuris ratio. In summa ergo qualitates iure Re- 20
gio, & Canonico requisitæ concurrere debent, cum duplicis Vi
carij, & Pontificij, & Regij vices gerat.

Hic dubium insigne suboritur, an hic Vicarius in quantum 21
iudex Ecclesiasticus est, constitui debeat dignitatem Ecclesias-
ticam habens? Dubitandi rationem movet, motus proprius In-
nocent. VIII. Pontif. cuius seriem refert Azeved. in l. 10. n. 3.
tit. 7. lib. 1. recop. in eoque inter alia hęc adsunt verba. *Et nihilo-
lominus statuimus, & ordinamus, quod tam illarum, quàm quæ deinceps ab eadem sede emanaverint, Conservatoriarum prætextu, Con-
servatores in illis pro tempore deputati, nullum in sub Conservatorem,
ad decisionem causarum, deputare possint, nisi fuerit in Ecclesiastica
digni-*

dignitate constitutus, decernentes irritum, &c. Huius motus proprij
virtute, Ferdinandus, & Elisabeth Hispani Reges specialiter
Scholæ-Magistro Salmanticensi præcipiunt, ne eligat sub Cõ-
servatorem nisi in dignitate Ecclesiastica constitutum, l. 20. tit.
22 7. lib. 1. recopil. Quis autem dicatur in dignitate Ecclesiastica
constitutus, vt in sub Conservatorẽ eligi valeat, Monet. de Cõ-
servat. cap. 5. à n. 83.

23 His commoti Didac. Perez l. 12. tit. 3. lib. 2. ord. & Manuel
Rodr. quæst. Reg. tom. 1. quæst. 65. art. 10. crediderunt, Scholæ-
Magistri Vicarium quem ipsi Vice-Cancellariũ vocãt non pos-
se creari, nisi in dignitate Ecclesiastica constitutum. Sed errarũt
longè, sicut in álijs, non percallentes huius iurisdictionis Acade-
micæ naturam: ego primum animadverto quod sæpè sæpius re-
petitum est, Scholæ-Magistrum esse iudicem ordinarium, Exe-
cutorem, Conservatorem, & Cancellarium.

24 Secundò iam latè suo loco docuimus, Conservatoriam po-
testatem à cæteris distare. Nunc ergo concludimus, in Vicario
Scholæ-Magistri, in quantum ei iurisdictio ordinaria, aut etiam
executoris mandatur, minimè requiri qualitatem illam, quod in-
dignitate Ecclesiastica constitutus sit, ratio est evidens, quia mo
tus proprius, & Regia lex, nõ nisi de sub Cõservatore loquũtur,
hoc est de Vicario in quantum conservatoriam potestatem man
datam habet: quin potius affirmare non dubito, Vicarium gene-
ralem Academiæ nostræ, vulgò *Inez del Estudio*, etiam si sub Cõ-
servator quoque sit, minimè tamen comprehendi dicto proprio
motu, aut Regia lege, cum ea iura loquantur, in sub Conservato-
re cui tantùm Conservatoria potestas mandatur, vt ex ipso-
25 rũ serie satis apparet. Quòd si interroges, cur aliud in Vicario ge
nerali, aliud in sub Conservatore disponatur, dicam, Vicarium
generalem præcipuè iurisdictionem ordinariam mandatam ha-
bere, cuius ferè naturam cæteræ accessoriæ sortiuntur, ideò nil
mirum si sufficiant qualitates ad iurisdictionem ordinariam re-
quisitæ. In eo verò, qui solus sub Conservator constituitur, ideò
26 qualitas ea desideratur: quia & iure communi in alio quocumq;
sub Conservatore eam qualitatem exigi probat, cap. fin. de offic.
deleg. in 6. Monet. de conservat. cap. 7. à num. 65. Fr. Manuel
Rodrig. dict. quæst. 65. art. 10. Igitur prædictus motus proprius
& Regia lex, procedent in sub Conservatoribus ad causas Con-
27 servatoriæ specialiter deputatis, tunc enim in dignitate constitu-

ti

ti esse debebunt, quod accipe, si causæ decisio ipsis commissa sit: nam si exe. utio tantùm, aut summaria aliqua cognitio, sine sen- tentiæ diffinitivæ ferendæ potestate, poterit clericus quilibet eligi.

De exemptione huius Academici Vicarij, quæcumque e- 28
merserint, sive de Syndicatu eius agatur, sive de crimine privato puniendo, facile decides ex dictis suprâ cap. 24. per tot. maxim è à num. 48 & num. 60. eodem etiam cap. tractavimus, de revoca- tione aut suspensione officij per Principem: omnia ergo ibi in iudicibus studiosorum dicta, in hoc Vicario repetenda erunt. Sed an ab ipso Scholæ-Magistro Syndicari & puniri in privato 29
crimine possit? & distinguendum est, nam vt Vicarius Ecclesias- ticus, indistinctè poterit, ex notat. à Segura in director. cap. 13. per tot. Barbos. dict. allegat. 54. à num. 181. & est l. 4. in princ. tit. 7 lib. 3 recopil. vbi Azeved. vt Vicarius autem regius, syn- dicandus, & puniẽdus erit iuxta leges Regias, à iudice speciali ad Syndicatum per Principem designato, latè Bovad. lib. 1. cap. 12. à num. 59. vbi à numero. 61. in quibus casibus possit lo- 30
cum tenens, à Pretore puniri, quòd igitur Academicus Vicarius pro Regia iurisdictione, vt laicus iudex Syndicandus sit, probat dict l. 4. tit. 7. lib. 3 recop. vbi Azeved. num. 3.

Hinc notandus est error Barbos. dict. alleg. 54 qui dict. l. Re- 31
giam, scripsit hodie procedere non posse, cum Gregor. Pontifi- cis motu proprio quodam cautum sit, ne Vicarij Ecclesiastici E- piscoporum, ad vllam residentiam teneantur: nam que is motus proprius, de iurisdictione Ecclesiastica accipiendus est, licèt in ea quoque pernicio sissimum esse, ne Vicarij nisi à suo Episcopo 32
syndicẽtur, scribat rectè Segura dict. cap. 13. in iurisdictione re- re temporali à Regibus concessa, sine dubio lex Regia servanda est, licet contrarium prædicto motu proprio expresè cautum so- ret, aliàs posset Princeps suam iurisdictionem revocare, ex latè 33
per nos scriptis sup. cap. 21. §. 9. & 12.

Memini me eodem cap. 21. §. 10. num. 240. quæstionem aliã 34
in hunc locum discutiendam observasse, nempè si in Granaten- sis Chancellariæ districtu existat iudex delegatus à nostro Scho læ-Magistro, & causa per viam violentiæ deferenda sit ad Re- gium prætorium, quodnam sit adeundum, an Granatense in quo iudex, qui vim inferre dicitur degit, iuxta l. 39. tit. 5. lib. 2. recop. an vero Pintianus Senatus, in quo præcipuum, & solemne

tribunal Academicum reſidet? & videtur Pintianum Prætorium adeundum; nec attendendum locum in quo delegatus exiſtit, ſed eum in quo iudex delegans degit, & tribunal habet: ratio eſt, quia delegatus nullum tribunal habere videtur, nec iuriſdictionem ſuam, ſed alienam, & delegantis nomine exercet l. 1. §. fin. de offic. eius, cum vulgatis.

35 Sed contra quoque vehementer refragantur verba dict. leg. 39. tit. 5. li. 3. recop. ibi, *debajo de cuyos limites eſtuuiere el juez.* Secundò facit, quod delegatus tribunal habet, Menoch. de arbitr. libr. 1. quæſt. 64. Barboſ. dict. l. cum. prætor §. 1. num. 228. de iudic. ex quibus videtur, non locum in quo Scholæ-Magiſter, ſed in quo delegatus exiſtit, inſpiciendum eſſe. Res dubia eſt, credo tamen diſtinguendum, quod ſi cauſæ deciſio delegetur, delegati locus inſpiciatur, ſin verò delegatus merus executor ſit, aut aliàs principalis cauſæ cognitionem, & definitionem nõ habeat, Scholæ-Magiſtri delegantis locus inſpiciatur, vide Barboſ. ſup.

36 Rurſus hanc ſententiam limita niſi delegatus ad inhibendos ipſos Regios Senatores detur, quo caſu ipſa Regia Chancellaria cognoſcet indiſtincte ex dictis ſup. cap. 21. num. 241. & ſeqq.

37 Denique ex ſupra traditis facile reſolvi poterit quæſtio illa, ad quem ſcilicet appellandum ſit à ſententia Vicarij Academici, ſeu alterius delegati, aut ſub Conſervatoris, ſi animadvertas ſolùm, in cauſis ſpiritualibus, iure canonico rem definiendam eſſe, & id ſervandum, quod in Vicario Epiſcopi pluribus ſcripſit Barboſ. dict. allegat. 54. à num. 43. & in delegatis tractant omnes in cap. ſuper quæſtionum §. porro de offic deleg. Fachin. lib. 1. controverſ. cap. 78. Oſſuald. & Donel. lib. 18. com. cap. 7. lit. B. Sa-

38 cia de appellat. quæſt. 8. à num. 14. In cauſis verò Regiæ iuriſdictionis ſervãda erũt iure civili diſpoſita in l. 1. §. 1. quis & à quo appel. l. vn. C. qui pro ſua iuriſdict. & in Locum tenentibus Bovad. lib. 1. polit. cap. 12. à num. 36 Fachin. Oſſuald. & Scac. vbi proximè, latiſsimè Barbo. dict. l. cum prætor 12. §. 1. à nu. 211. de iudic.

Quis

Quis studiosus dicatur, vt foro & cæteris priuilegijs gaudeat. De matricula. De Scholarum frequentatione. De lectionibus audiendis. De studioso absente, aut infirmo. Quando sex mensium residentia requiratur, de qua in l. 18. § 6. tit. 7. lib. 1. recop. quæ nouè & fusè exponitur. An clericos comprehendat. Et an Academia concilium reuocare possit Pontificias constit. & ex causa per Principem cogi. De docentibus extra schol las vel in studio non approbato, & quod studium approbatum dicatur, & generale. Denique quibus scientijs vacare debeat studiosus, vt gaudeat, & de illicitis professionibus.

CAPVT XXXII.

EGIMVS hucusque principaliter de natura, & essentia iurisdictionis Academicæ, respectu originis, hoc est, Principum concedentium; succedit nunc non ignobilior, aut inutilior tractatus, de eiusdem iurisdictionis executione, seu exercitio in studiosos. Illud in primis discutiendum erit qui studiosi dicantur, vt foro studij, & Academicis privilegijs potiantur? Et quidem iure communi, illa duo potissima requiruntur, nempè quòd studiosus in matricula descriptus sit, & scholas frequentet docendi, vel discendi causa, ita Salicet. in Authent. habita, num. 30. iuncta additione ibidem, latè Horat. Luc. privil. 73. & in fin. tract. de privileg. schol. Petr. Greg. de repub. lib. 18 cap. 7. num. 16. Rebuf. privil. 141. & 142. & 165. Palac. Rub. in rubr. §. 38. num. 3. Didac. Perez l. 8. tit. 2. lib. 1. ordin. vers. *aduerte tamen*, Paz in prax. 1 p. 2. tom. cap. 6. num. 30. vltra quos omnes noto hæc duo requisita probari in specie studiosorum in l. si duas 6. §. & vtique, de excusat. ibi, *Et vtiq; non aliter*

de immunitate hac fructum habebunt, nisi decreto senatus inscripti fuerint numero concesso, & circa operationem se negligenter non habeant. Adde pro ea qualitate scholas frequentandi l. 1. C. de collegiat. lib. 11. prius inserta in l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles. & de matricula, nota l. matriculam. C. de agentib. in reb. l. 2. C de
2 Castrensianis, l. quicumque 10. C. de cohortal. l. quicumque, leg. quisquis, C. de commeatu, l. nullus, C. de divers. offic. l 2. C. de Primicerio, l. comperimus de proxim. sacr. scrin. l. petitionem, C. de advocat. divers. iudic. plura de matricula, Ioan. Garc. de nobil. 3 glos. 4 à num. 2. Sed & iure Regio, & Salmanticensis Academiæ statutis eædem hę qualitates exiguntur: nam de matricula tit. 44. per tot. cavetur.

Que se haga matricula de todos los estudiantes, y de cada facultad de por si.

4 *Que ninguno pueda ganar curso, ni gozar de otro algun privilegio del estudio, sino desde el dia que se matricularе, aunque aya começado â oyr liciones antes, ni tampoco baste matricularse antes: porque el curso se ha de contar desde el dia primero, que comenzare à oyr matriculado.* Et hoc ipsum ego responderem, etsi statutum cessaret cũ prædictæ qualitates simul, & pro forma requirantur à iure, nec prius quis studiosus dicatur, quam ambæ concurrant, quia bonũ ex integra causa, malum ex quocumque defectu, l. si is qui ducenta, §. verùm, de reb. dub.

5 *Que el Rector, ni Claustro no puedan dispensar, ni suplir la matricula, ni comutarla de vna facultad à otra.* Hæc etiam omnia iuri cõmuni conformia credo, quia eo ipso quod matricula desideratur non poterit eius defectus nisi à Principe supleri, à quo vno legis revocatio petenda est, l. leges 9. C. de legibus, vide Horac. Luc. dict. privil. 73. & alios supra adductos. In nostra autem Academia, & similibus sæcularibus, solus sæcularis Princeps dispensare
6 poterit, non Pontifex, neque etiam cum clericis, cum de re agatur, quæ gubernationem temporalem Academiæ non singulos studiosos respicit, generalis autem Academiæ gubernatio in tẽporalibus ad Principem sæcularem expectat, vide scripta suprà cap. 1. num. penul. & vlt. & cap. 21. per tot. max. num. 142. & 8 cap. 23. à num. 14. & cap. 24. à num. 176. Nota denique probato errore tabelionis Academici, aut alio simili casu, posse matriculæ defectum suplere Rectorem, & Academicum concilium, cũ hoc non tam sit dispensare, quàm declarare verè matriculatum,

&

& iuxta ſtatuta, eum qui quantum in ſe eſt fecit, vt in matricula deſcriberetur, nec debet ei imputari, quod Scriba errore, vel dolo nomen non ſcripſiſſet, amiſiſſetve matriculam, aut quid ſimile contigiſſet. 9

Circa id quod diximus, ſimul requiri & matriculam, & ſcholarum frequentationem, dubitari ſolent plura, quæ reperies apud ſcribentes proximè num. 1. congeſtos. Inter quæ falſum puto, quod à Rebuſo privil. 165, Didac. Perez, & Palac. Rub. vbi ſup. traditur, nempè ſtudentem domi, licet ſcholam non intret, ſtudioſi privilegio gaudere, ego rem hanc quotidianam, neque huc vſque rectè explicitam, ſic nove explico.

Prima concluſio. Si in Academia extent peculiaria ſtatuta, circa ea quæ vnuſquiſque agere debet, ſive præceptor, ſive auditor ſit, ea omnia explenda ſunt ad vnguem, nec ſufficiet domi ſtudere, licèt hoc ei vtilius eſſe poſſet, & ad maiorem profectum, itaque quocumque requiſito deficiente non gaudebit privilegijs ſtudij. Ratio eſt, quia in ſcholarum frequentatione, non ſolum privata, ſed publica vtilitas, & Academiæ authoritas verſatur; vt ſcilicet pleniori ſtudioſorum concurſu & conferẽtia, ſinguli proveſtiores fiãt, & litterarum fama in honorem Academiæ creſcat, denique in præceptoribus id expedit, vt faciliores in ſcholis ſint diſcipulis, His adde quæ de forma, & ſolemnitatibus obſervandis vulgò circumferuntur. 10

Secunda concluſio. Si ſpecialiter non caveatur Academicis ſtatutis quid debeat fieri, adhuc in præceptoribus, & auditoribus eiuſdem ſententiæ ſum, vt ſcholas frequentare debeant, ob eaſdem rationes in prima concluſione expreſſas; in ijs verò qui poſt tyrocinia expleta, litteris vacant, vt idonei ad docendum fiant, quos vulgò *paſſantes* appellamus, facilè concedam, non teneri ad frequentationem ſcholarum, ſingulariter Rebuf. videndus privil. 34. & ita accipio eundem Rebuf. dict. privileg. 165. verſ. *ſi vero*. 11

Tertia concluſio. Supradicta procedunt, vt etiam in conſciẽtiæ foro ante vllam ſententiam obligent, & ſub lethali culpa, niſi ratio parvitatis materiæ contrarium ſuadeat, veluti ſi modicum tempus quis à ſcholis abfuerit, vel adverſa valetudine, aut alia ſimili cauſa impediatur; nam his omnibus poterit ſtudioſus tuta conſcientia, & curſus probare, & privilegijs ſtuidj potiri. Vide 12

scripta per nos suprà cap. 4. à num. 32. & Rebuf. dict privileg. 23. & 165. in fin.

13 Rursus quod diximus, simul requiri matriculam, & scholarũ frequentationem, vt studiosus foro gaudeat, procedit in studiosis presentibus, & ad hoc vt gaudere privilegijs incipiãt, secùs post cæpta studia, & scholas frequentatas absint, sufficit enim in matricula descriptos fuisse: nam per quinquennium absentiæ, ipsis conservantur studij privilegia, transacto autem quinquennio à die absentiæ, privilegia studij amittunt, hæc iure communi, receptissima sententia est, quam ex l. 2. C. de Primicer. l. 3. C. de domestic. & protect. l. 2. & 3. C. de commeat. l. 5. in fin. ff. de capt. & postlim. tenet in specie Bartol. consil. 134. Bald. dict. Auth. habita num. 23. Salic num. 31. Rebuf priv. l. 35. & latius privil. 23. Ossuald. lib. 17 Donel. cap. 20. lit. K prope fin. Ant. Gom. l. 2. Taur. num. 8. Didac. Perez dict. l. 8. tit. 2. lib. 1. ord. verbo,
14 *estudios*, vers. *matricula*, & deinceps; qui loquitur in fori privilegio.

Hæc doctrina ita procedit, si studiosus animum revertendi
15 habeat, qui animus toto quinquenio præsumitur, vt omnes prædicti authores probant, & est dict. l. 5. in fin. de captivis, dict. l. 2. C. de Primicer. procedet etiam attentis statutis Academiæ nostræ, vno tantùm addito, quòd apud nos debebit absens, vnoquo
16 que anno se in matriculam describi facere, per nuntium, aut epistolam, & hoc sive auditor sit, sive Bacalarius, Doctor, aut Li-
17 centiatus: nisi fortè sit ex his, quos *pasantes* vocamus, in quibus non est necessaria annua matricula, hæc ita caventur tit. 24. § 4.

18 Illud etiam nota, quòd intra quinquenium à die absentiæ, cum præsumatur animus revertendi, necesse nõ est studioso, eum animum probare, poterit tamen ex adverso animus contrarius
19 probari, coniecturis arbitrio iudicis, aut ipsius studiosi confessione, qua probatione in contrarium sequuta, amittere debet privilegia, prout pariter in conscientiæ foro etiam ante sententiam ipsis privilegijs vteturiniustè, & cum peccati mortalis periculo,
20 qui cum revera studium deserverit, animo non redeundi, adhuc propter prædictam præsumptionem, & quia difficilis est probatio contraria, privilegijs studiosi vtitur, & debitores suos torquet, tenebitur enim ad restitutionem expensarum, quas debitor fecit, non facturus in suo foro, & coram proprio iudice, etiam si

verè

verè debitum sit, nisi forsitam, malitioſe & nulla causa ſolutionẽ
distulerit debitor, & actor nõ cõmodè exigere poterat alia via:
nã his casibus ignoſcendũ puto illi, qui hac fraude vt fraudem re 21
pelleret, & ſuum recuperaret, vſus eſt. Probari hæc poſſunt ex
traditis à Covar. lib. 1. variar. cap 2. anum. 15. Gutier. lib. 1. Ca- 22
nonic. cap. 11. anum. 67. Ioſeph. Ludov. deciſ. 1. Dueñas reg.
88. limit 5. Denique animadverto, per quinquenij abſentiam, ſtu
dioſum privilegia amittere, ſed præſumptivè, hoc eſt, quia præſu
mitur animus non redeundi, vt diximus. Vnde infertur, ſi de ani
mo contrario conſtiterit, & ſtudioſus iuſtè impeditus ſit, privi-
legia retenturum, neceſſe tamen habebit, animum probare, & 23
quod ab ipſo Academico iudice cauſa iuſta pronuntietur, ante
non gaudebit ſin autem nulla ſit iuſta cauſa, nõ ſufficiet animus,
vt ſupra adducta iura & ſcribentes probant, & conſinquẽter amit
tuntur privilegia, niſi reddeat ad ſtudium denuoque in matricu-
la deſcribatur, cæteraque ſuæ profeſsionis ſolemnia adimpleat.

Et iuxta hæc quæ ſcripſimus intelligenda eſt, l. 18. tit. 7. lib. 24
1. recop. § 6. verſ. *y que loſemejante ſe haga*, qua cavetur, *que los eſ-
tudiantes que ſe fueren del eſtudio, y hizieren aſſiento en ſu tierra, ò en
otra parte, y deſpues bolvieren al eſtudio, no gozen haſta aver cumplido
con todos los requiſitos como ſi entonces vinieran de nuevo*. Nota hæc
verba accipienda quoque poſt quinquenium, aut in ſtudioſo qui
aliàs amiſſerat tempore, vel abſentia privilegium ſtudij, iuxta di- 25
ſtinctiones ſuperius traditas, pro quibus & ad probationem ani-
mi, vide Rebuf. dict. privil. 23. & de ſtudioſo qui abeſt æſtate, vt
hieme revertatur, Bald. dict. Authent. habita num. 21. vbi quod
idem in Doctore, & in diſcipulo, Rebuf. dict. privil. 23. Didac.
Perez vbi ſupra.

Iure ergo communi ſtatim gaudere incipit ſtudioſus, atque 26
in matricula deſcriptus eſt, & docere, vel audire cæpit; ſed iure
regio valde refragatur, dict. l. 18 tit. 7. lib. 1. recop. qua cavetur,
non gaudere privileglo, niſi eos qui curſum peregerint, hoc eſt,
poſt ſex mẽſes, & niſi ſcholas intrent, duas lectiones audiant, &
continuè ſtudeant. Huius Regiæ legis ſimilis eſt in Gallia, & 27
vtriuſque meminit, Rebuf. privil. 141. ad fin. & 165. ad fin. Ho-
rat. Luc. privil. 73. Petr. Greg. de rep. lib. 18. cap. 7. num. 16. Paz
in prax. dict. 1. p. 2. tom. cap. 6. num. 30. & 31. Qui male perce-
pit legem Regiam indiſtinctè, credens nullam cauſam trahi poſſe
ad forum ſtudij, niſi ſtudioſus per ſex menſes ante litem motam,

in

in matricula fuisset,& cætera concurrerēt ibi requisita. Nos eam legem sic explicamus.

28 Primò servanda in esse in omnibus studijs generalibus Hispaniæ,nostro similibus, licèt cum nostro tantùm loquatur, arg. l.6.§.*est autem,& numerus* de excusat. cum vulgat.

29 Secundò procedere solùm in privilegio studiosorum circa forum,& iurisdictionem causarum civilium,& criminalium; nã cætera privilegia, sine dubio habebunt studiosi,si iuris communis requisita concurrant; constat ex verbis, & ratione proœm. dict. l. in dict. §. 6. & ita sentit Rebuf. dict. privileg. 141. ad finem.

30 Tertiò,& noviter restringi debet dicta lex Regia ad contractus,ante descriptionem in matricula gestos,vel crimina ante dictum tempus commissa:nam de admissis,sive gestis postquàm in numerum studiosorum quis receptus fuit, absque dubio iuris communis illiæsum manet,& fori privilegio gaudebit, sive reus, sive actor sit,etiam ante sex menses imò statim.Hoc probatur primo ex verbis legis,ibi:*No se le den conservatorias de las deudas, y cosas hechas, y contraydas antes que vengan al dicho estudio,hasta tanto que ayan hecho vn curso entero*, &c. Secundò probatur, ex rationibus proœmialibus eiusdem legis ibi: *Porque somos informados, que algunas personas se vienen al dicho estudio por pleytos, y deba es, y contiendas que tienen,ò esperan que les seran mouidos,ò quieren mouer,ò por delitos que han hecho, y a fin de inhibir los jueces ordinarios*, &c. Vides ergo legem hanc de admissis,sive gestis antequam ad studium veniret studiosus loquutam;ergo in posteà admissis, rectè
31 sequitur fori privilegio potiri debere studiosum. At dices quid si animo delictum commitendi,vel negotij gerendi,non studendi animo,se in matricula describat, cæteraque solemnia expleat, & post delinquat,vel contrahat. Respondeo adhuc nullo modo pertinere eam speciem ad prohibitionem huius legis, is enim casus iure communi præventus est, quo is qui fraude studiosi nomen induit, nullo studiosi privilegio gaudet, latè Barbos. in l. si quis postea à num. 219. de iudic. Rebuf. Authent. habita, verbo
32 *peregrinantur*, vbi de probatione fraudis,& coniecturis. Item inter hunc casum,& cũ qui prædicta leg. continetur,illud interest, quòd de gestis, vel admissis ante studium, nil ad studij iudicem pertinebit,absque vlla alia probatione,quàm si constet,sex mẽses nondum transactos à die admissi criminis, vel negotij gesti,

aut

sint aliud ex requisitis per legem deficere. In alio verò casu, scilicet cum post studium, crimen admissum, vel negotium gestum licet cum post studium, crimen admissum, vel negotium gestum est, tunc necesse omninò habebit probare fraudem, is qui studioesse contendit, vt inferius docebimus, sum non debere privilegio frui & probant Barbos. & Rebuf. vbi proximè.

34 Nec tandem obijcias, ineptum videri, quòd dicta lege Regia prohibeatur, ne studiosi foro gaudeãt, super admissis seu gestis ante studium, id namque iure omni & de omnibus exemptis cautum est, quòd scilicet privilegium non extendatur, ad ea quę ante privilegium gesta sunt, l. si quis posteaquàm, de iudicijs, quamotus iam pridem ita respondi in agricolâ, & milite, videndus Collantes in pragm. pan. lib. 2. cap. 16. Pradilla, *leyes penales*, in addition. cap. 13. latissimè Barbos. in dict. l. si quis postea, vbi etiam Cuiac. in studioso idem scribit, Donel. & Ossuald. lib. 17. com. cap. 18. lit. B.

35 Non inquam hoc obstat, nam respondeo, prædicta, iure cõmuni verissima esse, tamen in dicta lege Regia, quæ concordia est cum studio Salmantino habita, reformatam fuisse const. 22. Salmanticensem, qua maximum privilegium Martinus Pontifex studiosis concesserat, nempè etiam ob admissa, sive gesta ante studium, & quod magis est, ob lites pendentes, cæptasve, studiosos non nisi coram Scholæ-Magistro conveniendos: cui magno & exhorbitanti privilegio, cui studiorum favor, & ratio illa, ne studiosi à litteris avocentur, iustam causam tribuisse videatur: attamen quia multis fraudibus locus aperiebatur, iustissimè reformatum fuit, & prædicta lege Regia tempus sex mensium destinatũ, quo elapso fraudis præsumptio, & occasio cessant.

36 Quartò circa dictã legẽ Regiam, singulariter noto, quòd prædictis ex mensibus transactis, cæterisque requisitis in ea lege Regia concurrentibus, studiosus optimè poterit, causas ante studiũ cæptas, seu pendentes, item admissa, & gesta ante studium, ad Scholæ-Magistrum trahere, & coram ipso prosequi; in summaque per omnia vti & in omnibus privilegio dict. const. 23. de quo num. præcedenti. Quod apertè mihi probant verba dict. l. ibi: *hasta tanto que ayan hecho vn tarso entero, &c.* ergò his factis re cte poterunt privilegijs studij gaudere. Nec obstabit Pontificia 37 tenùs non Regiam esse prædictam constitutionem: nam prout dixi, est in fine, & principio illius legis, expressa omnium const.

tionum Pontificiarum approbatio, nisi in ijs quę specialiter revocata, aut reformata fuerunt concordia illa.

38 Quintò circa eandem legem dubitari potest, an clericos cõprehendet? & videtur quod non ex dictis in quam plurimis huius libri partibus, nẽpè iurisdictionẽ in clericos, vt singulos, Põ-
39 tificiã esse, ergo non poterit alterari nisi à Pontifice. Nec respon deri potest, hanc legem gubernationem generalem Academiæ respicere, idcircò clericos etiam comprehendere, vt alibi diximus: nam hæc doctrina huic speciei adaptari nequit, tùm quia cum causas civiles, & criminales clericorum, vt singulorum respiciat, difficile est, eam ad gubernationem generalem applicare,
40 tùm etiam singulari ratione, quia nihil principis sæcularis interesse videtur, quòd causæ clericorum in hoc, vel in illo tribunali agitentur, cum semper à sæcularibus potestatibus exempti sint, vnde rationes legis pro Regia iurisdictione cessant, & consequẽter videtur, clericos non comprehendi. Nisi mihi proponas, clericum studiosum cum laico reo litigantem, quo casu cum Principis interfit ne laicus à proprio foro extrahatur, rectissimè potuit revocare dict. const. 22. & servabitur dicta lex Regia, etiam in clericis studiosis; quãdo autem lis fuerit cum alio clerico, vel studiosus clericus, reus fit, laicusq; actor, tunc nescio quomodo possit Regia lex, aut potestas efficere, ne constitutio Pontificia prædicta locum habeat.

41 Nisi noviter in hoc etiam casu dicamus, prædictam legem fuisse promulgatam ex consensu, & concordia cum Academico Salmanticensi concilio; conciliũ autem vulgò *Claustro*, potestatẽ à Pontifice habet revocandi quascunque Pontificias constitutiones, vnde rectè consensus eius efficere potuit, vt prædicta lex
18. ad clericos, vt singulos extenderetur Hinc intelliges, cur cõ-
42 sensus Academiæ ad eam legem necessarius fuerit, & ad quid.
Inferre etiam poteris, Pontificem pro sua iurisdictione posse ex
43 causa contrarium statuere in suos tantùm clericos, vt explicavi. Academicum concilium minime poterit, cum in vim contractus transierit concordia: imò & Pontifex ipse ex concordia ipsius authoritate facta adeò tenetur, vt ex ea sola causa possit eam revocare, ex qua Principes supremi contractus vltro citro obligatorios revocare possunt. Deniq; inferes quod diximus suprà cap. 21. num. 166. circa dict. l. 18. §. fin. familiares clericorum studiosorum, si clerici sint, gaudere foro etiam si non sint studiosi,

cum

cum Princeps non potuerit id disponere, nunc emẽdandum, aut explicandum venire, ita vt procedat, si consensus Academiæ de- 44
ficeret, & prædictum privilegium, quod à Pontifice Academia habet; cum autem adsit vtrumque, rectè sequitur quod neque familiares clerici studiosorum clericorũ foro gaudebunt in nostra 45
Academia: in cæteris verò Academijs, quæ non habent â Pontifice facultatem statuta condendi, & revocandi, sive consenserint legi Regiæ, sive nõ consenserint, adhuc meo videri firma, & certa sunt prædicto loco scripta.

Imò optima ex dictis inferri potest cautela, ad hoc vt Princeps tuta conscientia possit, quod æquum visum fuerit, in Academia nostra disponere etiam in spiritualibus; si post legem generalem conditam, postulet ab Academico concilio approbari, virtute Pontificiæ potestatis; dum modo libera suffragantium iudicia relinquat Princeps, visque & dolus absit, quod de catholicissimis Principibus non dubitandum est. Planè licèt Princeps, cõcilium ipsum ad consentiẽdum cogere non possit, ipsi tamen te- 47
nebuntur in conscientiæ foro, & sub lethalis peccati pœna, quoties Regium statutum vtilitati publicæ, & studiorum bono conveniat.

Rursus inferes ex dictis, non rectè Paz in prax. dict. 1. p. 2. 48
tomo cap. 6. num. 30. cum de probandis studiosi qualitatibus, articulos componeret, indistinctè prædictam sex mensium qualitatem expressisse, falsò quidem; nam necessaria non erit ea probatio, nisi in casibus suprâ explicitis.

Postremò, circa dict. leg Regiam noto. Verba illa, *dos lecio-* 49
nes cada dia, item illa, *y estudien contino*, non amarè, & strictim accipienda. Sed iuxta illa quæ sequuntur, *demanera que hagã aque llo porque deuen gozar* ergò si iuxta disposita in statutis, ad cursus probationem, vna lectio sufficiat, necesse non erit, studiosum duas audire.

Prædictis finitimæ qualitates sunt, de silentio in lectionibus 50
observãdo, de non irridendo, aut iniuriando præceptore, de non perturbãdo Auditorio; hæc si nõ observẽtur moraliter, aut si cũ scandalo continuationevè contraveniantur, & studiosum indignũ reddent privilegijs studij, & foro; & in conscientia grave peccatũ cõmitet lethale scilicet: vide Rebuf privil. 70. & in Auth. habita, verbo *omnibus*, vers. *secunda*, & post privilegia in necessarijs scholasticis, necessar. 6. Præpos. c. dilecti, col. 4. de appellat. Rom.

singul.67 3.Rebuf.privileg.3.n.3.Horac. Luc.in fin. de privil. Pet.Gregor.de republ.lib.17.cap.7. vers. final.

51 Vt cursus rectè probari possit,non sufficit,saltim in conscié-
tiæ foro,ne essem ne esse sta homo, quæ præceptor dictaverit,ex
52 cipere. Illud dubium est, an præceptorem audire teneatur, aut saltim in auditorio existere per totum tempus, quod præceptor in cathedra est, in quo extát Salmanticenſia statuta, tit. 21. §. 28 & tit. 18.§ 27 quæ disponunt,studiosos cursum probare nõ posse, nisi maiorem temporis partem in auditorio cum præcep-
53 tore existant nec exeant,donec ipse è cathedra descenderit Hęc in foro exteriori servanda esse non dubito; sed in conscientia idem puto, nam si ante præceptorem diceremus studiosum exire posse, occasio daretur præceprorem derelinquendi in cathedra solum;idcircò non credo cursum probari posse, nec privilegia competere nisi cum præceptore exeatur. Quod attinet ad silentium, & attentionem, sufficiet audire morali attentione, hoc est, dum non data opera, vel cum scandalo ad alia divertitur studiosus, vide Rebuf.post privilegia necess. 5. & 10. & suprâ citatos num. 50. si cursum adversus hæc probet studiosus non valebit,& mortaliter peccabit,eritque reus perurij, & testes etiam, vide tamen quæ scripsimus cap 4.à num. 32. suprâ.

54 Hic adnecti, & illa quæstio potest, an si præcedenti cursus hac imperfecta probatione, seu falsa, quis gradum consequatur, peccet lethaliter,quoties gradu vel cursu vtitur? Respondeo,si vtatur ad actus, ad quos necessarius est gradus ille vere obtentus, veluti ad oppositionem Beneficij,seu Canonicatus, ad quorum obtentionem, gradus desideratur, vel ad alium gradum obtinendum, vt puta Doctoratum, lethaliter peccat, quoties falso
55 instrumento vtitur, aut nullo & invalido. Rursus quæro, quid iuris de restitutione? Respondeo si titulus, vel gradus omninò falsi sunt, indistinctè tenetur ad restitutionem eius,quod mediante gradu obtinuit,etiam si dignus,vel dignior cæteris sit. Sin autem non sit titulus falsus omninò,sed invalidus,ob imperfectam, aut iniquam cursuum probationem, vt suprâ proposuimus, tunc distingue,si dignus est,nõ tenetur ad restitutionem licèt peccet, si verò indignus,restituet,vide Fr.Man.Rodrig. in Summa verbo *gradus*,vbi alias quęstiones,& inter eas,an peccet qui Graduã do relectionem confecit, & ipse qui alieno studio gradum vsurpare intendit,aut qui puncta dat colluſorie.Cui autem fit restitu

tio

tio facienda supra dictis casibus, vide citatos suprâ cap. 7. n. 31.

An iussus describi in matricula pro scripto habeatur, quoàd 56
privilegia & forum, affirmat Rebuf. dict. privileg. 141. Palac. Rub. in rubrica §. 38. num. 3. ego addo, idem in itinere è patria ad studium, vt satis probat, dict. Authent. habita, & rationes interpretum nuper adductorum.

Monere hic latiùs non desinam, quod perspicuum est, & ali- 57
bi diximus, omnia quæ de foro studiosorum docuimus, & docebimus, eadem in præceptoribus observanda sive cathedram, quâ vocant, habeant, aut licentiaturæ gradum, Magistrivè, aut Doctores sint, sive non sint nec habeāt; dū modo iuventutis disciplinā publicè profiteātur Quę sententia, const. 22. Salmant. cōprobatur, & passim in statutis: item iure Regio dict. l. 18. tit. 7. lib. 1. recopil in procœmio vbi. verbum, *Catedraticos*, generaliter præceptores comprehendit, sive stipendiatos, sive non, hoc est, voluntariè legentes, neque enim limitabitur iustè in non stipendiatis, in quibus favorabilior potius ratio est, & in specie ita sentiūt, in dict. Authent. habita, Bald. num. 3. Rebuf. verbo, *professoribus*, Gisan. num. 3.

Quinimo etsi extra scholas, in collegio aliquo, vel domi seu 58
hospitio proprio aut alieno, studiosus doceat, si de Rectoris assensu fiat, omni privilegio gaudebit, quo gauderet si in scholis legeret, vt cavetur statut. 11. tit. 21. & statut. 15. tit. 32. & statut. 56. tit. 14 iure communi est elegans text. in l. vn. §. illos verò, & seq. C. de studijs liberal. lib. 11. est etiam const. Salmant 17. ad fin. Quæ omnia ad, Iura notari possunt. Exempli gratia, vt & 59
hi omnes professores de quibus num. præceden. Eugeniana gaudeant, quantumcumque stipendiati non sint, vel in privato loco doceant vide Didac. Perez dict. l. 8. tit. 2. lib. 1. ord. glos. *estudios*, vers. *restan*, congessimus plures sup. cap. 21. à num. 119. & in appendice ibidem. Sed & alia duo requiruntur iure communi, vt 60
quis foro & privilegijs studiosi fruatur, omissa in hoc articulo ab scribentibus, in alijs tamen notata. Primum est, quòd in studio generali, & Vniversitate approbata literis operam navet. Bald. in proœm. digest. 9. & hæc ratio num. 10. prim. lectur. Petr. Greg. de republ. lib. 18. cap. 1. num. 3. 7. & 8. vbi latè quæ dicantur approbata studia, & generalia, Barbos. de potest. Episcop. allegat. 56. à num. 21. vbi in quæstione de Eugeniana, iunge dicta cap. 21. suprâ num. 38. & seq. & à num. 90. Secundò requiritur, quòd 62

Scientię, siue professioni licitæ, & iure non reprobatæ, ōperā̄ det; etenim reprobatæ professiones indignum studiosum priuilegijs reddunt: nam studiosi aut præceptores elemẽtorum Latinæ, seu alterius linguæ, Rethores, & aliarum liberalium artium professores, & auditores priuilegijs gaudebunt. Bald. dict. Authent. habita, num. 27. Salicet. num. 2. & num. 11. vers. *item nota*, latè
63 Rebuf. privileg. vlti. Sin autem Necromantiæ, aut alijs scientijs prohibitis studeat, privilegia amittit, tenent nuper citati, & Horat. Luc. in fin. tract. de privileg. schol. Petr. Gregor dict. lib. 18. de republ. cap. 7. vers. fin. Quod ego accipio si soli illicitæ scien-
64 tiæ incumbat, nam si licitæ simul, ob licitam professionem gaudebit, licet ob illicitam puniri possit.

De qualitate clericatus in studiosis, maximè de clericis in minoribus ordinibus, & coniugatis, ad explicationem cap. 6. Session. 23. de reformat. in Trident. de iurisdictione Episcopi Salmantini in clericos studiosos. Quid in alijs iudicibus vulgò Prior de Rollan, y san Iuan de Barbalos; *& an nouum tributum papyri signati seruari debeat in Academijs.*

CAPVT XXXIII.

QVALITAS clericatus in studioso necessaria non est, vide suprâ cap. 21. §. 1. à num. 83. tamen eius qualitatis explicatio, ideò hic subiungenda erit, quod nulla ferè Academia clericis studiosis careat, in clericis autem studiosis, vt singulis, iurisdictio Ecclesiastica est, & fori priuilegium à Pontifice, etiamsi Academia sæcularis sit, vt sæpissimè hoc libro demonstrauimus. Licèt enim in Academijs sæcularibus clerici studiosi Regalibus priuilegijs potiantur, non
2 minus quam laici; tamen hoc fori privilegium Princeps sæcularis eis concedere non potuit, cum exempti sint à sua iurisdictione: idcircò necessaria est Pontificia potestas, vel expressa privilegio

legio speciali, vel saltim generalis, & præsumpta ex facultate studendi, vel ex approbatione studij, vt scriptum relinquimus cap. 6. nu. 66. & fusius cap. 21. addo Pet. Lenaud. de privil. Doctor. quæst. 82. num. 149.

Secundò sciendum est, hanc qualitatem clericatus non præ- 3
sumi, etiamsi studiosus quis probetur, cum possit laicus esse, & studiosus; imò quilibet studiosus, laicus præsumetur, nisi probetur clericus, Dec. cons. 152. num. 6. Zevallos *de las fuerzas*, in proœm. cap. 8. num. 37. vide suprà cap. 24. num. 5. ergo semper studioso incumbet eius qualitatis probatio.

His positis, quam plurima sequebantur explicanda, circa iu- 4
risdictionem in clericos studiosos, tam in prima instantia, quàm in appellatione: quia tamen ea omnia latissimè explicavimus ca. 21. per totum, hic omittenda sunt, & tantùm inspiciendum, quis dicatur studiosus clericus, vt privilegijs studiosi clerici fruatur? In qua quæstione asseverandum est, eadem nec requiri, vt studiosus à Regia iurisdictione exemptus sit, & Scholæ Magistro, vt Pontificio iudici subiectus, quæ regulariter in cæteris clericis requiruntur. In clericis, qui ordinem sacrum habent, vix dubitatio oriri potest; in ijs verò, qui minoribus tantùm ordinibus initiati sunt, quæ iure communi requirantur, & quæ post Tridentin. iam dixi suprâ cap. 21. à num. 356. & cap. 24. à num. 48. Adde nunc pro materia Covar. cap. 31. & 32. pract. quæst. Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. num. 102. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 46. & 47. Garc. de nobilit. glos. 9. num. 50. Garc. de benef. 2. p. cap. 2. Zevallos 4. tomo quæst. 897. à num. 579. idem *de las fuerzas*, in proœm. cap. 8. per totum, & 2. p. quæst. 79. Salced. in addit. ad Bernard. cap. 62. Flores pract. lib. 2. quæst. 21. num. 190. & alijs relatis Barbos. de potest. Episcop. allegat. 12. & 13. idem Barbos. in remiss. ad cap. 6. de reformat. Sess. 23. in Trident. Azeued. toto tit. 4. lib. 1. recopil. Diana de immunitat. Eccles, resol. 28. & seq.

Duas quæstiones in hoc articulo proponam, an remine (quę 6
legerim) discussas. Prima an clericus coniugatus, qui in studio degit approbato, de licentia sui prælati, gaudeat privilegio fori, etiam si Ecclesiæ ministerio deputatus non sit, dum tamen cætera concurrant de quibus in cap. 11. de cler. coniug. in 6. dict. cap. 6. Sess. 23. Trident.

Respond. studiosum de quo agimus, vt merè sæcularem iudi-

candum,

candum, in eoque Regiam iurisdictionem, vt in cæteris laicis exerceri: quia Trident. Concilium solis non coniugatis clericis permisit, vt si in studio, vel seminario essent, foro gauderent, in clericis verò coniugatis, nihil de ea qualitate actum, ergo non erit extendenda.

7 Secunda quæstio est, an studiosus clericus, qui foro Ecclesiæ gaudere intendit, ob id quòd ministerio Ecclesiæ mancipatus sit, gaudeat privilegio, si eidem Ecclesiæ non inserviat, sed absit
8 ex iusta & legitima causa? Sub distinctione respondendum est, vel causa absentiæ ex impedimento necessario oritur vt puta, ad versæ valetudinis, vel si ab aliquo vi detentus, aut carceratus est,
9 & tunc gaudebit, prout ex Gallemo sentit vno verbo Barbos. dicta allegat. 12. num. 14. aut absentia procedit ex causa voluntaria, etiam si iusta sit, vt puta si alteri Ecclesiæ, non tamen de sui prælati licentia, eaque expressa inserviat, vel si reipubl. causa ob munus voluntarium absit, & tunc foro non gaudebit: ratio est, quòd à concilij decreto, formalissimum seruitium in Ecclesia requiritur, quod nisi impedimentum necessarium non excusat.

10 Hinc inferes, quid dicendum, si clericus in minoribus, ministerio Ecclesiæ solemniter mancipetur, postea ad studium sine licentia ordinarij convolet, & ob id gaudere foro velit, quod seruitio Ecclesiæ addictus sit, iustèque causa studiorum absit, idcirco cum eo exemplum Eugenianæ constitutionis inducendum, vel decreti de quo in cap. fin. de Magistr. contendat. Respondebo gaudere non debere, ex superius traditis; quia scilicet hæc absentia voluntaria est: facit deinde, quòd si clericus non coniugatus sit, est quid ei imputetur, quòd non de licentia prælati in stu-
11 dio existat, quo facto etiamsi qualitas ministerij Ecclesiastici expiret, supervenit alia tantundem præstans, sin autem coniugatus fuerit hoc remedio vti non poterit cum iura id ei non permisserint.

12 Cum iurisdictio Academica privativa sit, vt suprà cap. 20. probavimus, rectè infertur, studiosum clericum etiamsi à proprio Episcopo capiatur, vel coram eo conveniatur, eius iurisdictionem declinare posse, & omnium quorumcumque iudicum Ecclesiasticorum, & sæcularium, excepto Pontifice, & Hispaniarum Apostolico Nuntio. Rursus infertur, quod si studiosus
13 clericus à iudice sæculari capiatur, etiam si supremus Regius Senatus sit, ad iudicem Academicum remitti debeat, non ad summ

Epis-

Episcopum. Hæc exemptio studiosi clerici nonnullas patitur limitationes.

Prima limitatio est. In his causis quæ diœcesano Episcopo competunt ratione ordinis Episcopalis, in quibus studiosus clericus subiectus erit ipsi Episcopo; quæ autem sint hæ causæ, habes sup. cap. 14. à num. 148. Altera limitatio est, in nostra Academia, & similibus, quę sæculares sunt, circa eas causas quę professionem respiciunt, in quibus etiam Princeps sæcularis cognoscere poterit eo modo quo probaui suprà cap. 21. §. 3. per tot. à num. 131. 14 15

Tertia limitatio specialiter Scholæ-Magistro nostro conuenit, ex const. 22. ad finem, qua Martinus Pontifex decernit, iurisdictionem Academicam in clericos studiosos Salmãtinæ diœcesis, non priuatiuam, sed cumulatiuam esse cum Episcopo Salmant, per hæc verba. *Per præmissa tamen iurisdictioni Episcopi Salmantini, quãtum ad sibi subditos clericos suæ ciuitatis, & diœcesis, in aliquo nolumus derogari; quin valeant coram eo, prout coram præfato Scholastico conueniri.* Circa hanc constitutionem aliqua notanda sunt vltra ea quę diximus cap. 20. à num 4. sup. 16

Primò in his causis præuentioni locum esse inter Episcopũ Salmaticensem, Scholæ-Magistrum; procedereq; regulam l. vbi acceptum, de iudic. nisi studiosus elegerit, vt statim dicemus. 17

Secundò, quod in causis professionem Scholasticam respicientibus inhibere poterit Scholæ-Magister Episcopum, cum in his non procedat constitutio Martini, nec sit præuentioni locus, l. fin. C. de iurisdict. iunct. sæpè dictis per nos ad eum textum. 18

Tertiò, eodem modo Episcopus inhibere poterit Scholæ-Magistrum in causis quę ad ipsum Episcopum priuatiuè expectant ratione ordinis, vt paulò superius diximus num. 14. 19

Quartò, quod exceptis his causis, quę priuatiuè ad Episcopum, & quæ ad Scholæ-Magistrum expectant, in cęteris, siue ciuilibus, siue criminalibus, ita demum præuentioni locus erit, si studiosos clericus optare nolit: nam si velit optare, etiam causæ præuentæ, dummodo nõ contestata sit, poterit; isque erit iudex, quem studiosus, siue actor, siue reus sit, elegerit. Quod si vterq; litigans studiosus Salmanticensis fuerit, reus optabit, ita per text. in dict. Authent. habita, vers. *verum*, probant Bald. ibidem à num. 28. & 35. & 40. vers. *sed an*, & num. 32. vers. *vltimo oppo-* 20 21

quod etiam præuenta causa competit optio, Socin. cap. licèt de foro comp. num. 90. col. 3. vers. *prædicta tamen regula*, apud quos latissimè de optione iudicis, iure communi attento, quo studio sus plures iudices habet ; circa quã rem notatu digna est lex 7. tit. 31. p. 2. Donel. dict. Authent. habita, à num. 25. vsque ad 39.
22 Rebuf. ibidem, verb *peregrinantur*, vers. *at in clericis*, idem Reb. priuileg. 153 Offuald. lib. 17. com. cap. 20. lit. K. ad fin. & cap. 18. lit. B. vbi etiam Donel. Mart. de iurisdict. 4. p. casu 39. à nu. 2. apud quos omnes quid in criminalibus, adde Gregor. Lopez dict. l. 7.

23 Quintò notandum est, multum interesse, quòd prædicta cõstitutio 22. saluam Episcopo reliquerit iurisdictionẽ in solos clericos studiosos suæ diœcesis, an verò omnem suam iurisdictionẽ spiritualem, quam haberet, si iurisdictio Scholæ Magistri priuatiua non foret, quod exemplo patebit : nam Episcopus iure ipso iurisdictionẽ habet, non tantũ in clericos suæ diœcesis, sed etiã in laicos in causis spiritualibus : itẽ non solũ in suæ diœcesis subditos, sed in omnes qui in sua diœcesi quid contra Ecclesiam admiserint, & in causis mixti fori, quas omnes causas nunc quoq; Episcopus haberet, si prædicta constitutio illi reseruasset omnẽ suam spiritualem iurisdictionem ; cum verò in clericos studiosos reseruata sit tantummodo, sequitur, non inelegãter dici posse, de causis clericorum, vel laicorum studiosorum, qui in diœcesi Salmantina quid admiserint quod mixti fori sit, & pariter in causis laicorum studiosorum diœcesis Salmantinæ, quæ spirituales fuerint, Episcopum cognoscere non posse ; sed priuatiuè
24 ad Scholæ Magistrum pertinere. Et denique prędictam constitutionem omninò restringendam ad casus, & personas, de quibus loquitur, cum speciale priuilegium exceptionemque ab Academica iurisdictione contineat, vide omninò quæ circa scripta in hoc notabili habes suprà cap. 26. per tot. & d. cap. 20.

25 Sextò, ex proximè dictis infertur, quàm iniquè intendant iudices quidam exempti huius ciuitatis, & Episcopatus, vulgò *El Prior de Rollan, y la Madalena, El Prior de san Iuã de Barbalos*, & si qui sunt alij similes, quàm iniquè (inquam) intendant, in clericos sui territorij, si studiosi sint, iurisdictionem Episcopo similem habere, virtute dict. constit. 22. Cogitabam quibus rationi
26 bus inniterentur, nec inuenire potui, nisi futiles, & lubricas. Prima, quòd iurisdictionẽ quasi Episcopalem habeant ; sed hoc quid

ad

ad rem? nam Archiepiscopus Toletanus, verbi gratia, aliquan-
rulum illustriorem iurisdictionem Episcopalem habebit, non
tamen dicet, clericos suæ diœcesis, si studiosi sint, ab illo iudicã-
dos, quia iurisdictionem Episcopalem habet, sicuti Episcopus
Salmantinus: nam hic non tam quia Episcopus, quàm quia nomi
natim exceptus à Pontifice, iurisdictionem habet; ergo extendi
non debet ad alias personas etiam similis, vel maioris iurisdic-
tionis.

Secundò dici posse videbatur, Priores prędictos quantum 27
vis exemptos, tamen intra diœcesis Salmãtinæ ambitum existe-
re; idcirco priuilegium extendendum de Salmantino Episcopo
ad ipsos, vt potè diœcesis ambitu comprehensos, argum. leg.
Æ te sacra. §. intra maceriem. cum ibi not. de contrahen. empt. 28
Sed hoc etiam lenissimum est fundamẽtum: nam si ipsi Priores
adeó exempti esse volunt, vt nullius diœcesis appellentur, qui
fieri potest, vt ipsis competat priuilegium, diœcesano concessũ?
Imò in tantùm verum est, non competere, quod etiam si proba- 29
rent, post dict. const. 22. sua loca exempta fuisse à Salmanticẽ
si Episcopatu, vel si (exempli gratia) hodie Salmanticensis Epis-
copatus in duos diuideretur, neque prædicti Prioratus, neque
Episcopatus nouiter erectus dict. const. 22. priuilegio gauderẽt,
sed tantùm Salmantina sedes. *Ratio* perspicua est, & euidens, nã
per nouam creationem, & exemptionem Prioratuum, Episcopa-
tus vè pars illa diœcesis, quę antea in diœcesi continebatur, desi-
nit diœcesis esse, naturamque & substantiam mutat, & prorsus a-
lia res est, vt pluribus probauimus cap. 8. à num. 60.

Postremò circa prędictam constitutionẽ notandum est, leg. 30
18. tit. 7. §. 5. lib. 1. Recop. cautum, in clericis, non totius diœce
sis, sed tantùm ciuitatis Salmantinæ, qui scilicet in ea beneficia
quæcumque Ecclesiastica, Præbendas, vel Canonicatus habue-
rint, aut aliàs domicilium constituerint, hos inquã, clericos, fo-
ro & priuilegijs studij minimè gaudere, quamtumuis constet, in
matricula descriptos esse, ceteraq; requisita probauerint, de qui
bus cap. præced. nisi amplius probent verè studiosos esse. Hæc 31
autem probatio arbitraria erit Scholę Magistro, qui iuxta per-
sonæ qualitatem: considerabit, an verè studendi, & profitendi
animo clericus Scholam ingrediatur, & tũc studiosum declara-
bit; sin vero fraude, & dolo, vt suos debitores molestijs afficiat,
Episcopo suo causam remittet. *Ratio* cur hoc requiratur in cle- 32

ricis Salmanticensibus, est, ob vehementem præsumptionē fra-
33 dis in eis, vt apparet ex ipso legis Regiç contextu. Denique si dubites, quomodo Princeps id statuere potuerit adversus constitutionem Pontificiam, respondeo, eam legem ab Academico Concilio auctoritate Apostolica confirmatam fuisse, virtute indulti Apostolici, de quo diximus cap. præced. à num. 38. & cap. 23. à num. 11.

34 Ex dictis decidi quoque poterit quæstio de vsu Papyri signati in studijs. Ad quam supponendum est inter alia tributa vix sine numero, quibus Respub. tempestate hac oneratur, ob prolixa in Flandriæ rebelles, & Gallos bella, Principem lege sanxisse, ne nisi certo, aut signato papyri genere acta instrumētaue cō fici possent, papyro pretio eoque magno imposito, & ærario Regio applicito. Statim Ecclesiastica tribunalia queri cœperunt, quasi tributum hoc, lex vè, Ecclesiastica iudicia, & negotia cōprehendere non posset; lis est sub iudice, nec nobis fas nostrum iudiciū promere, sed posito quòd Ecclesiç immunes à pientissimo Principe pronuntientur, quæstio nostra est, an Scholæ Magistri tribunal Academicum, vt Ecclesiasticum, inter immunia
35 numerari debeat? Et quidem si ex vera Iurisprudentia res iudicanda foret, sine dubio dicendum esse, in omni lite & negotio, in quo temporalis est iudex Scholæ Magister, & Regiam iurisdictionem exercet immunem non esse, sed legi vt cæteros sęculares iudices, & tribunalia obtemperare debere. In causis vero spiritualibus, Ecclesiastica immunitate fruiturum, iuxta plenè tradita sup. cap. 21.

36 Quia tamen hęc si obseruanda forent, summā confusionem parerent, humanissimè Princeps faceret, si studiosorum fauori, & commoditati prospiciens, immunitatē absolutè permiteret.

37 Illa instrumenta dici potest probabiliter cum Ecclesiasticis exempta esse ab hac lege, & tributo, quæ ad cursuum probationes, & graduum titulos spectant, in his enim cum gradus conferantur Pontificia, & Regia potestate, & hoc non diuersis personis, vt in iurisdictione, sed ita cōmixtis priuilegijs, vt laicis, gradus vtriusque Principis potestate cōferatur, & clericis, seu religiosis, eodē modo eodēq; instrumēto; sequitur vt sic concurrēti-
bus duabus potestatibus, Ecclesiasticæ, vt dignioris, causa po-
38 tior sit, ac percōsequens immunia prædicta instrumēta. Nisi dicas duplicē titulū vnicuiq; pręstādū, alterū vulgari, alterū signato

nato papyro. Hic mos signādi chartas publicas, papyros, seu ta 39
bulas aduersus falsarios vetus est. Vide Paul. lib. 5. sent. tit. 25.
§. amplissimus ordo, iuncta nota Cuiac. ibidem asserentis S. C.
Neronis tempore factum de signandis tabulis, de quo fit mētio
à Paulo prædicto loco, probaturque ex Sueton. in Nerone, cap.
17. vbi Beroald. & Marc. Ant. Sabellic. adde l. ad testiū zz. §. fin.
de testam Paul. lib. 4. sentent. tit. 6. in princ. vbi doctè Cuiac. ex
Marculpho monacho, de formulis publicorū priuatorumque ne
gotiorum, Cassiod. lib. 12. var. epist. 21. ad fin. vers. *exemplar.*

De iurisdictione iudicum studiosorum in exemptos studiosos, Cardinales, Episcopos, Duces, Marchiones, & similes, item in Equites Militarium Ordinum, & Religiosos.

CAPVT XXXIV.

HOC loco insignis tractanda se offert quæstio de iurisdictione Scholę Magistri in exemptos, in qua duplex 1
esse potest dubitatio. Prima quando exemptus ipse, studiosus est, & in numeris descriptus. Secunda, quando studiosus non est, sed ab studioso conuenitur, & exemptionis priuilegium opponit. Harum quæstionum vnaquæque sigillatim disputanda erit, cum ex diuersis principijs eas decidi oporteat, sicuti demonstrabimus. Igitur hoc capite de exempto studioso agemus, in quo prima conclusio sit. In omnibus causis, quæ professionem Scholasticam respiciunt, nulla est dubitatio Rectorem, aut Scholę Magistrum iudices priuatiuos esse omniū quorumcumque studiosorum, siue Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, aut Regni oprimates sint, Duces, Marchiones, Comites, Ordinum Militarium Equites, eorūdem ordinum Religiosi, vulgò *Freyles*, Monachi, & cæteri *Regulares* cuiuscumque dignitatis sint. Hęc conclusio iure quoque commnni procedit, vt fusè probaui suprà cap. 6. à num. 110. vsque ad fin. & est l. fin. vers. *quapropter*, iuncto Salycet. num. 3. C. de iurisdict. apud nos extat constitutio Martiniana 23. ibi. *Cuiuscumque gradus, ordinis,* 2

3 *vel qualitatis existant*, & constitut. 33. vers. *item quia*. Hoc adeò verum est, quòd in causis temporalem Academię sęcularis gubernationem respicientibus, non solùm iudex priuatiuus erit Gymnasiarcha, sed quod plus est, Princeps sęcularis, cui Academia
4 subest, vnde ad eum appellare etiam Religiosi debebunt, in prędictis causis, ipseque in prima instantia cognoscere poterit, etiã si ipsos religiosos, cæteroquè exemptos quoscumque, studij priuilegio, aut Cathedris priuare velit, dummodo ad alia criminaliter contra personas Ecclesiasticorum non procedat, vt sæpè
5 hoc libro probauimus, & in specie sentit Bouad. lib. 2. polit. cap. 18. num. 214.

6 Secunda conclusio. Exemptus quocumque priuilegio, quantumcumque amplissimo, Ecclesiastico, vel sæculari, prout sunt ij omnes quos suprà num. 2. numerauimus, & religiosi quicumque siue Ordinum Militarium, siue cæterorum ordinum, omnes hi, si in numero studiosorum describantur, siue extra claustra, siue intra degant, siue vt singulares agant, conueniantur vè, sive Collegium, aut Monasterium ipsum matricula descriptum, & incorporatum, siue causa ciuilis, siue criminalis sit (exceptis tantummodo quę regulam suam, seu obseruantiam respiciunt) in his omnibus prædicti exempti subijciuntur Academico iudici, ab eoque condemnari, & puniri sicut cæteri studiosi possunt. Hæc conclu-
7 sio procedit in nostra, & Academijs nostræ similibus, in quibus generalem iurisdictionem habet Gymnasiarcha; in ijs verò Academijs, in quibus minorem causarum cognitionem studiosorum iudex habuerit, procedet nostra conclusio respectu potestatis, & cognitionis quam habuerit.

8 Probatur in primis hæc secunda conclusio, ex indefinito, & generali sermone text. in dict. Authent. habita, qua indistinctè in quocumque studioso iurisdictio priuatiua conceditur Academicis iudicibus, eam autem constitutionem iure canonico seruandam esse constat, ob approbationem studiorum, siue specialem, seu generalem, aut præsumptam Pontificis, vt ex Abbate quæst. 6. Socin & alijs latè probauimus cap. 6. n. 56.

9 Secundo probatur prędicta conclusio ex l. fin. de ter. diuis. iunct. l. 16. tit. 28. p. 3. l. est receptum 14. de iurisdict. l. 1. ff. de iudic. l. ille à quo 13. §. tempestiuum, ad Trebel. cum alijs per nos congestis sup. cap. 4. à num. 115. ex quibus apparet, omnino exemptos, imò & superiores, si se sponte inferioris iurisdictioni

sub-

submittãt, subditos manere, ergo similiter studiosi spõtanea sub missione, & iuramento Academicis iudicibus prestito, eorũ iu- 10
risdictioni subiecti erunt. Nec tunc obstabit, clericos Mona-
chosuè, & similes, non posse suæ exemptioni renuntiare, vtpotè
in honorem status concessæ, cap. significasti, cap. si diligenti, de
foro comp. cap. cum tempore, §. fin. de arbitr. & nos alibi scripsi
mus. Denique in regularibus, quod non possint suæ exemptioni 11
renuntiare, latè probat Eman. Rodrig. tomo 2. regul. quæst. 63.
art. 10. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 74. & 123.

Respondetur namque, esto quòd verum sit irrenuntiabile 12
esse priuilegium exemptorum, de quibus agimus, indeque non
posse alterius iurisdictioni se submittere; attamen id notanter li
mitari debet, nisi Princeps ipse, aut Põtifex, vel lex tali submis-
sioni assistat, eamque permittat, tunc enim quantumcumque exẽ
ptus sit qui submittitur, submissio sustinetur; at sic est, quod sub-
missio in Academici Magistratus fauorem permissa est iure ip-
so. ergo etiam à quicumque exempto facta valebit.

Hæc limitatio euidens est, & probatur iure communi, ex ea 13
receptissima sententia, quę habet, quòd licèt clerici nõ possint
iurisdictioni sui Episcopi renuntiare, nec alij se submittere, atta
men si ad studium generale confluant, & approbatum, de iuris-
dictione Academici iudicis fiunt, quia eo ipso quòd illis permit
titur à iure vel à Prælato in studio esse. videtur permissum, vt age
re, & conueniri coram studij iudice possint, latè Abbas dict. q.
6. Socin. cap. 1. nu. 17. de foro comp. Bald. & cæteri in dict. Au-
thent. habita, & nos hoc ipsum pluribus probauimus cap. 6. nu.
66 & apertius, & latiùs cap. 21. §. 2. à num. 112. Hæc sententia 14
inconcussa, & indubitabilis est in nostra Academia & similibus,
quę non solùm generalem iuris approbationem habent, sed spe-
ciales Põtificias constitutiones, quibus clerici, cęterique exẽp-
ti in studio esse permittũtur, & quod Academicis iudicibus sub-
sint, dum studiosi sunt, vide latè in hoc scripta dict. cap. 21. §. 7. 15
à num. 261. & in Monachis quod agere, & conueniri possint in
studio in specie tenent Bald. dict. Authent. habita, num 34. Sa-
lycet. num. 24. Eman. Rodrig. tomo. 3. regul. quęst. 67. art. 6. Re-
buf. priuil. 156. Felin. in cap. cum dilecta, num. 18. de rescriptis,
Abb. ibidem num. 13. Quorum aliqui, licèt limitare videantur
ad causas sine quibus in studio esse non potest monachus, lo-
quuntur ad hoc vt etiam sine Abbatis licentia possint agere ab

seu-

sente Abbate. Et denique id in nostra Academia nequaquam procederet strictè, sed in omnibus causis ob specialem Pontificis constit. qua iurisdictio in omnes cuiuscumque ordinis gradus, vel qualitatis existant, conceditur, dict. const. 23. & 33. & de licentia ad studium regularibus non deneganda, & quod prælati censuris compellantur ad eam præstandam, latè in const. 32.

16 Secundò hæc sententia suadetur ex eo quod ipsis regularibus, & exemptis fauorabilis est, ne alias dum in studio degunt, nec inueniant, qui eos alere, aut cum eis cõtraliere velit, nec iridem si iniurientur facilè habeant iudicem, qui iniurias vindicet, Scholę Magistro potestate, & auctoritate similem; ergo ex his etiam causis iusta redditur submissio, & submissionis permissio, cum in honorem status redunder, ob quem alijs casibus submissio prohibetur, & sic cessante prohibitionis causa cessare debeat prohibitio.

17 Secundo principaliter probatur prædicta limitatio, quòd scilicet permissus Principis efficiat submissionem validam, ex singulari doctrina Lancelot. Decij, Curt. & aliorum, quos refert Barbos. in l. 2. §. legatis, de iudic. à num. 125. nempè quod licèt legatus suo priuilegio renuntiare non possit, vt idem Barbosa probat num. 123. & à num. 51. tamen si ex Principis permissu contrahat, priuilegio renuntietum videtur, & conueniri durante legatione poterit; quia Principem dispensasse cum iuris prohibitione præsumitur; ergo similiter dicemus, ex permissu Pontificali, quod in studio esse possint regulares, permissum quoque, vt possint suæ exemptioni renuntiare.

18 Tertiò facit eleganter text. in l. quidam consulebant 57. de re iudicat. vbi quamuis minor, iudex esse non possit, si tamen scienter à Principe, vel partibus minor eligatur iudex, Magistratusvè, scientia valet; rationem exprimit Consultus, ibi: *Princeps enim qui ei Magistratum dedit, omnia gerere decreuit.*

19 Ex his cognosces in hac quęstione minimè locum esse posse illi vulgari regulæ, de duobus priuilegijs, aut priuilegiatis concurrentibus, quod scilicèt, speciale generali præferatur, aut posterius priori, hic enim non concurrunt, imò spontanea, & à iure approbata submissio religiosi, aut exempti pri-

privilegium cessare facit, nec vllo vnquam casu submissio valere desinet prætextu exemptionis, nisi expressè prohibeatur, ne studij causa se submittere possit exemptus regularis vè, est enim hæc studiorum iurisdictio favorabilissima, & ex privilegio oritur, clauso in corpore iuris, quod nullam nisi specialem, & expressam derogationem patitur, vt alibi dicimus, & est glos. in l. 3. C. de silentiar. lib. 12. Galiaul. l. Centurio num. 168. in fin. de vulgar. Barbos. dict. 9. legatis num. 117. 20 21

Sed huic nostræ resolutioni obstare videtur, quod refert F. Eman. Rodrig. tom. 2. regul. quæst. 2. art. 9. vbi respõdet, Prælatos Regularium, & non alios, posse corrigere fratres matriculatos in studijs generalibus ex Innocent. VIII. cõcessione, in qua expressè derogatur Scholastici Salmantini iurisdictioni. Tamẽ hæc Pontificia concessio, & cætera ab hoc autore prædicto loco adducta, accipienda, & restringenda sunt, ad correctionem fraternam, & in excessibus, & causis religionem spectãtibus prout ipse Emanuel, & ipsa Pontificum decreta exprimunt; in his enim causis certum est privativos iudices esse Prælatos Regularium, vt statim dicemus. 22

Hanc nostram sententiam, & conclusionem supra traditam limitare oportet, vt iam insinuavimus, in correctione fraterna & causis regularium quæ eorum regulam, & observantiam respiciunt, ratio est: quia hæc, Religionis prælato specialissimè cõpetunt, ratione professionis, & religionis, & obedientiæ voto promissæ; nec quidquam commune cum studij professione habent, nec eadem idoneè exerceri possunt, nisi ab ipso Prælato, cui si hæc negaremus vix religiosus, dum studet, religiosus dici posset. Ex quibus, has causas Regularium Prælato competere probant ex multis Emanuel dict. 2. tomo Regularium quæst. 63. art. . & seq. Barbos. dict. allegat. 74. & 123. & iuxta hæc accipiendus Emanuel Rodrig. dict. 2. tomo quæst. 2. art. 9. & per totos quæstionis articulos in hanc rem videndus. 23

Sed si hæc sententia (quam verissimam puto, quamque in civilibus causis inconcusse observari vsu, & stylo Salmanticensi & in criminalibus numquam contrarium observatum accepi, nec facile prudens quilibet discriminis rationem inveniet, inter criminales, & civiles causas) si hæc, inquam, sententia rigida forsam alicui videatur, aliam amplecti poterit quam nunc in medium proponam, qua constabit iuxta sacros canones, & præcipuè 24 25

Trident. Concil. attento ferè eamdem causarum cognitionem in regulares Scholæ-Magistrum habere.

26 Præcedenti capite, & cap. 21. & alibi sæpè demonstravimus, Scholæ-Magistrum eam omnem iurisdictionem Ecclesiasticam in studiosos habere, quam haberet Episcopus diœcesanus cuiuslibet studiosi, si studiosus non esset, nam ea omnis Episcopis sublata, & Scholæ-Magistro cõcessa est, imò & amplior multo iuquàm pluribus, veluti in reis ad suum forum trahẽdis, Episcopo enim diœcesano sola ea remanserunt, quæ ratione Ordinis competunt, vt diximus.

27 Hoc posito, necessariò sequitur, Scholæ-Magistrum, de regularibus studiosis cognoscere posse, in omnibus causis in quibus diœcesanus Episcopus cognoscere posset, non obstante eorũ exẽptione, iuxta canonica decreta, & Concilium Tridentinum. Accipe nunc casus in quibus Scholæ-Magister ex his principijs cognitionem habet.

28 Et primò regulares omnes extra claustra degentes, etiam de Prælati licentia, si deliquerint, posse ab Scholæ-Magistro puniri non dubito ex cap. 6. Sess. 3. de reformat. vbi plura Barbos. & cæteri additionatores, & quod idem in regularibus Militariũ
29 Ordinum, latè etiam Emanuel Rodrig. dict. 2. tomo q. 63. art. 11. & q. 2. art. 3. Barbos. de potest. Episcop. d. alleg. 74. & 123.

Secundò ratione delicti, vel cõtractus, & in causis civilibus
30 mercedum, & miserabilium personarum indistinctè posse regulares extra claustra degentes conveniri coram ordinario Ecclesiastico, & consequẽter coram Scholæ-Magistro, si studiosi sint constat ex cap. 1. de privileg. in 6. cap. 14. Sess. 7. de reformat. in Trident. vbi latè additionatores, Emanuel, & Barbos. sup. idem Emanuel tomo 1. quæst. 65. art. 5. & tomo 2. quæst. 2. art. 8. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 10. num. 2. Kopin. decis. 361. p. 2. Covar. cap. 11. pract. num. 5. Navar. de regul. num. 63.

Tertiò etiam in regularibus intra claustra degentibus si ex-
31 tra ea delinquant, cognoscere poterit Scholæ-Magister de regularibus studiosis iuxta formam cap. 14. Sess. 25. de regul. eodem Trident. vide Navar. com. 2. de regular, Manuel Rodrig. & Barbos. sup. alioſque adductos per additionatores.

32 Nec obstat, prædicta decreta ordinario Ecclesiastico eam iurisdictionem commitere, vt Sed. Apost. legato: nam vt alibi diximus, ea clausula, sæpe sæpius incitativa esse solet, & quæ iurisdictio-

dictionem ordinariam conservat; denique etsi delegata esset, ad-
huc verissimè diceremus, omne quod ordinarijs à Concilio dele-
gatur, Scholæ-Magistrum comprehendere, respectu studiosorũ
sibi subditorum, solis ijs exceptis, quæ ordinem Episcopalem res-
piciunt, nam hæc Scholæ-Magistrio nõ conveniunt de quo ar-
ticulo latiùs infra agemus.

Equites Ordinum Militarium in nostra prima sententia (de 31
qua in secunda conclusione suprà num. 6.) comprehendimus, sci-
licet quod in omnibus omninò causis civilibus, vel criminalibus
si studiosi sint, iudicari ab studij iudicibus debeant, nisi in ordinẽ
Religionem vè respicientibus, in secunda verò sententia de qua 34
suprà num. 11. an comprehendantur in decreto Trident. cap. 3.
Sess. 6. vide Navar. cons. 21. de regular. Azor inst. moral. 1. p.
lib. 13. cap. 4. quæst. 3. Emanuel Rodrig. tomo 2. quæst. 2. art. 7.
& quæst. 63. art. 7.

Obiter quoque monere volui in hoc exemptorum tractatu 37
maximè notandum Greg. XV. Pont. Max. decretũ, quo cave-
tur, ne exempti quicunque, Regulares tam Militariũ, quàm alia-
rum Ordinum: si actores sint, coram suo conservatore convenire
re valeant, sed rei forum sequi teneantur, & solùm quando ipsi
rei sint coram suo Conservatore conveniantur, vide Barbos. de
potest. Episcop. allegat. 106. vbi series motus proprij refertur, 56
Quod decretũ, Academicum Conservatorem non comprehen-
dere palam est ex cap. 5. Sess. 14. de reformat. vers. *Vniversitates*,
iunct. ibi notatis per additionatores.

Porrò hæc omnia quæ de iurisdictione Scholæ-Magistri in 37
exemptos diximus, extendi placet, vt non solùm procedant dum
studiosi actu sint prædicti exempti, sed etiam post studium, de
gestis in studio, sive admissis, & in cæteris omnibus causis in qui
bus contra quemlibet alium studiosum non exemptum Gymna-
siarcha cognosceret.

Denique illud noto, prædictos exemptos studiosos etiam si 38
absint à loco studij revocari, & trahi posse ab Scholæ-Magis-
tro, si id causa & res exigat, non solùm vt per procuratorem cõ-
pareant, sed etiam personaliter, & hoc cuiuscumque qualitatis, &
dignitatis, & quocumque regno, sive loco existant; dummodo
si Regia iurisdictio exerceatur, intra Hispanici imperij fines vo-
canda existat, aut si Ecclesiastica sit iurisdictio quæ exercetur,
ex quocumque christiani orbis loco extrahi, aut citari inde ex itu

39 dij iubeat hæc omnia amplè, & aperè probabis ex traditis per nos suprà cap. 28. & 29. nec credas hæc inusitata, aut peregrina accepi enim Scholæ-Magistrum nostrum literas adversus reos Romæ, & in Indiarum partibus, & Aragoniæ existentes expedivisse, & exequtas fuisse omninò.

De iurisdictione Scholæ-Magistri in Collegia non regularia studiorum causa erecta, & in Collegiatos, item de iurisdictione Rectorum, qui ab eisdem Collegijs eliguntur.

CAPVT XXXV.

1 SVNT in Academia nostra, Collegia plurima non regularia, de quorum natura, visitatione, reformatione, statutis, & alijs rebus quam plura scripsimus cap. 21. §. vlt. per tot. à num. 283. & cap. 22. à num. 98. & cap. 23. num. 63. & 68. Sed & innumera alia de Vniversitatibus hoc nostro libro scripta, Collegijs adaptare poteris, cum quodlibet Collegium Vniversitas dicatur, l. 1. in princ. & per tot. ff. quod cuiusque Vniuers. Hic illa tantùm quæstio examinanda est, an hęc Collegia studiorum causa erecta subsint Academico iudici, gaudeantque privilegijs studij?

3 Prima conclusio. Si Collegia prædicta fuerint incorporata (vt aiũt) studio generali, & Collegiati in numero studiosorũ descripti, omninò privilegijs studij generalis gaudent, Rebuf. privil. 166. in fin. tam ipsum Collegium, quàm singuli, subiectique erunt in omnibus causis civilibus, & criminalibus, provt cæteri studiosi, Academicis iudicibus; iurisdictio autem quæ in Collegia hæc, & Collegiatos exercetur, Ecclesiastica erit, si Collegiũ ipsum fuerit Ecclesiasticum, aut causa spiritualis; sin verò Collegium sit sæculare, vel si causa professionem respiciat, Regia iurisdictio exercebitur, quæ autem dicantur Collegia Ecclesiastica, & quæ sæcularia latè dict. cap. 21. §. vlt. diximus. In causis autem Collegiatorum, vt singulorum, eodem modo per omnia distinguendum est, quo in alio quolibet studioso ad cognoscendam

dam iurisdictionis naturam, quæ in eũ exercetur, nempè an clerici, an laici sint, aut causa spiritualis, vel professionis, hæc omnia latissimè probata remanent dict. cap. 21. & alibi.

Illud noto, incorporationem requiri, vt ipsum corpus mysticum Collegij, privilegijs potiatur & foro; descriptionem verò singulorum Collegiatorum, vt ipsi in causis suis privatis studiosi habeantur, & privilegijs gaudeant: vnde incorporationis omissio soli Collegio, matriculæ verò, solis Collegiatis, vt singulis nocebit: quin potius credo, ex solo eo quòd singuli de Collegio verè studiosi sint Academici, requisitaque vt singuli expleverint, ad hoc vt in numero studiosorum Academiæ habeantur, consequenter Collegium quod ex eis componitur foro gaudere, non è contra; rationem differentiæ colliges ex dict. cap. 21. §. vlt. 5

Secunda conclusio. Si prædicta Collegia incorporata non fuerint, aut Collegiati in numeros redacti, vt diximus, tunc inspiciendum erit, an in erectione, & approbatione, iudicem specialẽ constitutum habeant, isque iudex erit; sin minus, ordinarijs iudicibus loci competet iurisdictio, vel Ecclesiastica, vel sæcularis iuxta Collegij naturam, vel causarum vt toties distinximus, vide dict. cap. 21. §. vlt. à num. 368. Dixi, nisi specialem iudicem Collegium designatum habeat, neque hoc intelligo de Rectoribus, sed de iudice cum iurisdictione ordinaria, & mero mixtoque imperio constituto, vel etiamsi ipsis Rectoribus hæc iurisdictio, & imperium expressè concedatur, non aliàs. 7 8

Sed tunc oppones quemlibet Collegij, sive alterius Vniversitatis Rectorem, eo ipso quòd ab Vniversitate approbata electus est, iurisdictionem ordinariam habere in omnes de Collegio, vel Vniversitate, l. fin. C. de iurisdict. om iud. l. 1. & 2. tit. 4. p. 3. diximus diffusè cap. 6. in princ. sup. addimus nunc cap. cum ab Ecclesiarum de offic. ord. cap. nullus 18. quæst. 1. Emanuel Rodriguez tomo 2. regul. quæst. 2. art. 8. in princ. 9

Secundò, & fortius vrget, pleraque ex prædictis Collegijs in Bullis, & Privilegijs erectionis, amplissimas concessiones habere, & communicationem omnium privilegiorum facultatum, præeminentiarum, Vniversitatibus, & studijs generalibus concessorum; inter quæ cum potissimum sit fori privilegium, & iudicis specialis constitutio cum amplissima iurisdictione, rectè se- 10

qui videtur, eamdem potestatem Collegiorum Rectoribus competituram, faciunt scripta per nos dict. cap. 21. à n. 368.

XX Denique in nostro amplissimo Conchensi Collegio, hęc resolutio sine dubio videtur; nam verba Bullæ Adriani VI. hæc sunt. *Vt omnibus & singulis privilegijs, indultis, libertatibus, iuribus exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, & honoribus, quibus alij in quibusvis alijs Collegijs, & Vniversitatibus pro tempore degentes, & studentes, Magistri, Rectores, Doctores, & Scholares, & in illis ad quoscunque gradus quarumcunq; facultatum promotos, etiam Apostolica, aut imperiali auctoritate suffulti, vtuntur, potiuntur & gaudent, in genere, vel in specie quomodolibet in futurum pariformiter & absq; vlla penitus differentia, in omnibus, & per omnia, vti, potiri, & gaudere, libere, & licitè valeant, eisdem auctoritate, & tenore perpetuo indulgemus.* Huius Apostolici indulti virtute Dominus meus Illustrissimus, Magnificentissimus, ita statuit tomo 4. const. 1.

CAPVT I.

De Rectoris iurisdictione.

1 SATVIMVS, & ordinamus, quòd si contingat inter collegas, capellanos, & familiares contentionem esse: non alibi quàm coram Rectore causa tractetur, sive civilis sit, sive criminalis, aut mixta. Qui verò coram alio iudice collegam, capellanum, aut familiarem convenerit, ipso facto Collegio sit privatus. Si verò extraneus à Collegio contra aliquem collegam, capellanū, vel servitorem Collegij causam moverit: coram dicti Collegij Rectore causa tractetur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & nullus alius adiri possit, seu quomodolibet se intromittere: sed per Rectorē iustitia mediante terminetur, exceptis causa hæresis, crimine læsæ Majestatis, & fallæ monetæ: quæ per iudices competentes à iure datos audiantur, & decidātur. Si autem litigantium aliquis se à Rectore gravari senserit, ad consiliarios appellet, qui etiam simpliciter, & de plano causam audiāt, & auditam diffiniant. A consiliarijs verò ad nullum alium iudicem appellari valeat. Quicquid autem contra huiusmodi ordinē fieri contingat, irritum sit, inane, nulliusque roboris, vel momenti statuentes, quòd nullus iudicum quacumque etiam Apostolica auctо-

auctoritate munitus (nisi in sua commissione de hoc statuto de verbo ad verbum mentionem fecerit) possit de prædictorum se causis, negotijs, vel rebus, vel de alijs quibuscumque prædictos tangentibus quomodolibet impedire. Decernimus irritum ipso facto, & inane quicquid in contrarium à quoquam intentatum, vel factum fuerit. Quod auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte statuimus.

His tamen non refragantibus, tutius & verius puto, Rectores Collegiorum Salmanticensium, & similium, iurisdictionem ordinariam minimè habere, sed tantùm correctionem, seu œconomicam potestatem, in subditos, ad ea omnia quę constitutionum Collegij implementum expectant, & vitæ normam, vivendique genus diutius observatum, idcircò solùm poterunt Collegiatos cæterosque sibi subditos, ad observantiam cogere pœnis, & multis ab ipsis constitutionibus impositis, vel alijs vsu Collegij introductis, quòd si subditus renuat, nec pœnis velit obedire nullam in ipsum iurisdictionem pœnalem exercere potest Rector, nisi tantùm Collegio eum privare, & expellere. 13

Non obstat primum argumentum ex l. fin. C. de iurisdict. & simil. nam respondetur, duo esse genera Collegiorum; alia quæ Rectorem cum iurisdictione habent; alia verò que tantùm præeminentiã fraternalẽ, huius generis coercitio vltra Collegij privationem non extenditur, eleganter Bartol. l. fin. nu. 13. de Colleg. illicit. Abb. quæst. 6. num. 9. & alij relati dict. cap. 6 in princ. sup. vide Suarez de relig. p. 2. tom. 3. lib. 2. cap. 18. per tot. Collegia autẽ Salmanticensia ex his posterioribus esse constat, vt satis consuetudo ipsa, vsusque demonstravit. 14

Ad secundum argumentum respondetur, omnes præcitatas clausulas quantumcumque amplissimas, adhuc iurisdictionis ordinariæ concessionem non comprehendisse: tùm quia expressè concessa non est, nec sufficit generalis, & vaga concessio, cum relatione ad alias Vniversitates & Collegia, maximè in re tam gravi, & tam insignis iurisdictionis concessione, vt alibi probavimus. Tùm etiam quia sola Pontificis concessio, quantumcumque expressa, non sufficeret, cum Principis sæcularis approbatio & concessio requiratur, iuxta latè tradita dict. cap. 21. §. vlt. Rursus quia longissimo temporis non vsu, & contrario vsu constat, prælictas concessiones ad iurisdictionem ordinariam non extendi, & quidem nunquam vidimus Rectores Collegiorum ea vsos 15 16 17 18

vsos fuisse; vbi enim fasces, lictores, & tribunal, iurisdictionis, & imperij insignia? imò sæpe r vel coram Academicis iudicibus, vel coram supremo senatu, aut Hispaniæ Nuntio lites eorum agitantur.

19 Præterea Pontificijs decretis, & Regio iure certum est, ad sola studia generalia hoc iudicis specialis privilegium restrictum, revocatis quoad hæc, omnibus concessionibus, sive Pontificijs, sive Regijs: imò & nullo privilegio studiosorum gaudere Collegiatos, nisi in Academiæ generalis numero descripti sint, facilè persuadent Regiæ leges, & Pontificia decreta de quibus late cap. 30. sup. à num. 25. vsque ad §. 1. vbi notavimus iure quoque communi privilegium de quo in Authentica, habita, non procedere nisi in generalibus studijs, hæc autem Collegia hodie generalia studia non esse, nullus dubitabit.

20 Vnde est, quod licet suo initio, & fundatione inspecta, quatuor insignissima Collegia maiora, studiorum generalium privilegia habere videantur, vt dixi cap. 21. num. 369. tamen id vsu ipso, & Regijs decretis Pontificalibusque restrictum est, nec fere causa, summam enim confusionem, & litium numerum produceret, quòd Collegium quodlibet cum privilegijs ad instar Vniversitatis erectum, & tribunal, & merum mixtumque imperium haberet.

21 Ex dictis etiam oritur, potestatem conferendi gradus quam à Pontifice nostrum Collegium habet, licet per longissimum tempus vsu, & Principum permissu approbatam, adhuc Academico Cõcilio petẽte restrictam, ne hac facultate vteremur nisi in Collegiatis, seu familiaribus nostris, licet adhuc sub iudice lis sit, de quo in simili est notandus locus Emanuel. Rodriguez tomo 2. regul. quæst. 64. art. 1.

22 Quod si prædicta omnia vera sunt, prout sunt certè, & vniversæ Hispaniæ adsensu comprobata, vide nunc, quàm suaves sint, qui dixerint, scripserint, responderint, Rectores Collegiorum non solùm ordinarios iudices, sed merè Ecclesiasticos esse, possèque censuris vti, super irregularitatibus subditorum dispensare, & alia pulchra his similia.

23 Illud omittendum non est, quamvis verissima (vt opinamur) sint supradicta, scilicet in Collegia, & Collegiatos, Scholæ Magistrum eandem iurisdictionem habere, ac in cæteros studiosos; in causis tamen criminalibus Collegiatorũ, qui in quatuor maioribus Collegijs existunt, rarissimè admitti, non quia ius deficiat,

eiat, sed quia sæpè sæpius senatui maximo placet, causas graves
istorum advocare, ob personarum, & Collegij dignitatem: tùm 24
quoque ob immediatam protectionem istorum Collegiorum,
quam Principem habere nõ temerè diximus, dict. cap. 21. num.
371. nam & hæc frequentissima causarum avocatio per supre-
mum senatum fieri solita, non leve inditium est immediatæ pro-
tectionis, sed vt quid inditia? si Princeps ipse, & verbo, & factis 25
id quotidie decernit, tùm visitatores speciales dando, tùm deni 26
que distinctum tribunal constituendo, vulgò *junta de Colegios*, ex
illustrioribus, & de Principis latere ministris compositũ, ijsque
non nisi qui quondam Collegiati fuerint ex sex Hispaniæ Col-
legijs maioribus, videlicet præter quatuor Salmanticensia, ex Il-
lustrissimo Pintiano Collegio Sanctæ Crucis, à Cardinale de
Mendoza erecto, & Complutensi ab insigni admodum, & ce-
lebri Cardinale Toletano Ximenez de Cisneros, quod tribunal
solis Collegiorum causis destinatus est, & eorum protectioni, &
reformationi, rarum & insigne hoc, sed Collegiorum magnitu-
dine dignum, & è re publica.

Ex qua immediata protectione Regia, inferre poteris, præ- 27
dicta Collegia quantumvis incorporata non forent, nec Colle-
giati in matricula Salmanticensis Academiæ descripti, adhuc eis
ipsa Regia protectio duraret, cum eam habeant non solùm com-
municatam, vt Academiæ nobilissimæ partes, dum incorporata
sunt; sed etiam per se, & proprio iure; inde eorum reformatio, vi- 28
sitatio, cæteræque causæ Collegium respicientes, si temporales
sint, ad Principem sæcularem privativè expectabunt, sed inqui-
res, quis iudex causarum spiritualium, si hæ scilicet Collegia nõ 29
essent incorporata? & constat Episcopum futurum, vt ordinariũ.
In causis vero Collegiatorum vt singulorum, idem dicemus, si in 30
matricula nõ sint, & de eorum iudice quæratur, quod diceremus,
si nec studiosi, nec Collegiati essent, ergo suis ordinarijs iudici-
bus subeunt.

Denique in cæteris Collegijs præter maiora, si incorpora- 31
tio, & matricula deficiant, & quis eorum sit iudex interroges, di-
cendum puto. Si Collegia peculiarem, ad visitatorem nominan-
dum, legem habeant, ea servabitur, poterunt tamen ab ordinarijs
quoque visitari iuxta distinctionem traditam, dict. cap. 21. §. vl.
inter Collegia Ecclesiastica, aut sæcularia, aut pia, qua eadem 32
distinctione vtemur, quoad iudicem cæterarum causarum quæ

Collegij fuerint; ad causas verò singulorum, is erit iudex, qui alias esset, si nec Collegiati, nec studiosi forent. Hæc omnia fusè probauimus dict. cap. 21. §. vlt.

33 Prædicta omnia in Collegijs maioribus, & minoribus, limita, nisi speciali constitutione iudex alius destinatus sit, eáque destinatio à Principe approbata, aliàs iurisdictionem ordinarijs auferri non posse per priuatos certum est.

34 De alijs quæstionibus Collegiorum, & Collegiatorum, quæ
35 nostro tractatui non conueniunt, veluti de eis qui contra statuta
36 electi sunt, de diuite electo si pauper esse debeat, de renunciatio-
37 nibus simulatis, quæ ob hoc fieri solent. An restitutio ijs casibus obliget ante sententiam, & quid in alijs statutis pœnalibus quibus priuantur Collegiati præbenda, consule Emanuel. Rodrig. in summa cap. 99. Navar. in sum. cap. 17. num. 100. & in manual. cap. 23. nu. 63. Lopez instructor. consci. 2. p. cap. 9. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 19. num. 26. Sotum de iust. lib. 1. quæst. 6. num. 6. ad fin. Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 3. vers. *lex pœnalis*. Molin. de iust. tract. 2. disp. 99. vers. *de collegio*. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 10. & de arbitr. cas. 26. num. 33. Gutier. de iur. 1. p. cap. 36. num. 10.

38 Illud, ijs quæ à præcitatis interpretibus tractata sunt addendum censui, quòd si quæratur an Collegiatus alimenta Collegio restituere debeat, distinguendum est, an licitè & iuxta constitutiones fuerit electus, & post electionem ipsi hæreditas, vel quid aliud obueniat, quo casu non priuatur regulariter præbenda, sed certa quantitas alimentorum nomine designatur per constitutiones; tunc enim sufficiet eam quantitatem solvere, licet quę recepit à Collegio longè plus valoris habeant. Sin autem electio fuit nulla quia contra constitutiones fuit ipso electionis tempore; tunc non eam certam quantitatem, sed iustum alimentorum omnium valorem arbitrio prudentis viri restituere Collegio debet, etiam si causa nullitatis cessaverit, veluti si non legitimæ ætatis electus fuerit, quia electio semel irrita non conualescit, & ita consultus respondi.

39 Rursus in primo casu quãdo electio initio valet, poterit Collegiatus si ipsi Collegium minora alimenta præstat, id de taxata quantitate detrahere, & compensare, etiam casu quo alimentorum partem quam accepit excedat taxam prædictam. In secundo verò casu quando electio fuit nulla, non hic modus seruabitur,

sed

sed quidquid accipit restituere tenetur iuxta iustum pretium, si tamen Collegium aliunde ipsi Collegiato debeat, hoc casu absque vlla distinctione compensatio admittetur.

De vxoribus, & filijs Doctorum cæterorumq; studiosorum, Officialium Vniuersitatis, familiarum, & nuntiorum, an foro, & priuilegijs studij gaudeant, & quid inuidus.

CAPVT XXXVI.

VXORES studiosorũ, omnibus immunitatibus gaudent, quibus ipsi studiosi, l. Medicos, C. de profess. lib. 10. vbi doctè Platea Ant. Gom. l. fin. taur. nu. 17. vers. *vndecimo*, Petr. Lenauder. de privil. Doctor. 1. p. §. 13. num. 15. Aviles in proœm. num. 21. & 24. scribentes in Clement. 1. de Magistr. sed privilegio quoque foro gaudere, & coram Academico iudice conveniendas, coram quo vir conveniendus est, meritò probat Didac. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. glos. 12 col. 7. vers. *vxor*, de cuius sententia inadvertenter dubitavit, Bovad. lib. 2 polit. cap. 18. num. 146. cum regulare sit, non solùm in studioso, sed in quocũque marito, vxorem, eius forum sequi, l. fin. C. de in ol. lib. 10. repetita in l. mulieres, 13. C. de dignitat. lib. 12. diximus suprà cap. 21. num. 155. & cap. 1. à num. 64. addo nunc Tiraq. l. 15. connubial. glos. 2. num. 53. & 54. Quo loci notanter docet, hanc regulam procedere, non solùm in domicilio, quod viro iure communi competit, sed etiam si iure singulari ratione artis, vel privilegij personalis, Vinc. de Franch. decis. 363 Don. & Ossual. lib. 17. cap. 12. lit. L. Barbos. l. quia tale 14 à n. 23. fol. matr. Cagnol. in l. cũ quædã puella, n. 10. Mieres l. lib. 1. decis. 9. n. 1. Molin. de rit. nupt. lib. 1. cap. 25 n. 44. Montealegre lib. 1. prax. c. 9. n. 291. Mieres 1. p. q. 51. n. 323. & 324. & cum pluribus Azev. l. 9. tit. 11. n. 4. lib. 2. recop. idem probat Didac. Per. vbi proximè, extantque aperta iura in l. cos 6. C. de fabricens. lib. 11. l. ne ad diversa 4. C. de silentiar. lib. 12. l. 2. in fin. C. de Episcop. & clericis, l. quoties 3 C. de privil. schol.

& hanc sententiam in vxore Doctoris dum maritus vivit amplectitur Barbos. dict. l. quia tale 14. num. 32. & 33. vers. *sed non placet*, solut. matrim.

5 Extende supra positam conclusionem, vt procedat, non solùm in vxore studiosi Doctoris sed alterius cuiuslibet, auditoris scilicet, item sive vxor sit in loco studij, sive non; denique necesse non erit in matricula vxorem describi: vt omnibus his casibus, coram Academico iudice conveniri debeat, in omnibus causis in quibus maritus fori privilegio gauderet. Horum omnium ratio est, quòd vxor hoc privilegium ex mariti persona consequitur, non ex sua, idcirco sufficit, si probaverit se vxorem, & virum suum studiosum esse, facit optimè dict. l. fin. C. de incol. ibi: *Mulieres honore maritorũ erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorũ persona statuimus.*

6 Extende secundo, & valdè singulariter, quòd licet regulare sit vxorem prædicto viri foro non gaudere, si lis cæpta fuerit ante matrimonium in alio tribunali, l. cum quædam puella 19. de iurisdict. l. si quis postea quam, ff. de iudic. attamen in nostra Academia, & cæteris, quæ similia privilegia habent, secus erit, & litem quoque cæptam vxor trahere poterit ad studij tribunal, in casibus in quibus vir eius traheret, si causa ipsius, vel in eum esset, iuxta ea quæ dixi supra cap. 32. num. 34. vsque ad 36. & infra repetemus. Cuius extensionis ratio ex dictis pendet, quod
7 scilicet vxori privilegium mariti cõmunicatur: ergò competere debet prout ipsi marito competit. Verum est in cæteris Academijs iure communi attento, omninò locum esse debere decisioni dict. l. cum quædam puella, vt ibi not. omnes, & Barbos. in l. exigere, ff. de judic.

8 Extende tertiò, quòd si vxor virum habeat, & studiosum & clericum, dici probabiliter possit, in ijs casibus in quibus clericus coniugatus studiosus foro Ecclesiastico gaudet, & consequenter eius respectu Academicus iudex Ecclesiasticã iurisdictionẽ exercet, in eisdem etiam vxorem eius studij foro, vt Ecclesiastico gaudere; indeque distinguendum, si quæratur, quæ iurisdictio in vxores studiosorum ab Scholæ-Magistro exerceatur, quemadmodum in studiosis ipsis distinximus cap. 21. huius tractatus, dixi hanc sententiam probabilem esse: quia scio controversum, an
9 vxores clericorum in minoribus, foro gaudeant nec ne? vtriusq; sententiæ fundamenta, & fautores congesserunt, Ioan. Andræas

Ioan.

Ioan. de Sancto Georg. in cap. 1. & 2. de clericis coniug. in 6. Butr. ibi num. 6. Alexand. de Nevo num. 21. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 47. Koquier de iuriſdict. in exempt. 1. p. quæſt. 29. num. 6. Navar. conſ. 22. num. 6. de privil. Alciat. rubr. de V. S. col. 2. Gregor. Lopez l. 32. tit. 2. p. 3. gloſ. 7. vbi de praxi, Didac. Perez dict. l. 1. tit. 3. lib. 1. col. 7. verſ. *vxor*, qui latè tuetur affirmativam ſententiam, Barboſ. l. quia tale 14 à num. 22. & n. 26. ſolut. matrim. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 1. n. 155. Bovad. dict. lib. 2. cap. 17. à num. 145. Cuius ſententiæ diſquiſitio in Academico iudice non omninò neceſſaria eſt in hoc articulo, cum omni eventu, ſive vt Eccleſiaſticus, ſive vt Regius iudex cognoſcat, ſemper tamen cauſæ vxoris ſtudioſi clerici coniugati ad ipſum pertinebunt; ad appellationes autem, & alia ſimilia prædictæ quæſtionis diſquiſitione opus erit. 10

Reſtat examinare, an ad viduam ſtudioſi vxorem hæc omnia porrigi debeant? in cæteris immunitatibus generaliter. meminime hanc quæſtionem tetigiſſe ſupra cap. 30. n. 62. ſed quoàd fori quoque privilegium in vxoribus Doctorum reſolvit, Didac. Perez dict. l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. gloſ. 1. col. 7. verſ. *vxor*, in fin. & verſ. *ex quibus*, eas foro mariti gaudere donec viduitatem ſervaverint, aitque ſic Salmanticæ in praxi obſervatum audiviſſe, quæ ſententia probatur ex dict. l. final. C. de incolis, verſ. *ſin autem*, iunct. ibi, *& domicilium mutamus*. Secundò probatur ex Authent. de nupt. §. non tamen, coll. 4. Tertiò ex l. filij 22. §. vidua, ad municipal. ibi: *Vidua mulier amiſſi mariti domicilium retinet exemplo clariſſimæ perſonæ per maritum factæ, ſed vtrumque aliis intervenientibus nuptijs pervacuatur*. Quartò ex l. quotiens 3. C. de privileg. ſcholar. lib. 12. ibi: *vel eorum coniuges, ſive adhuc viverent earum mariti, ſive poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſunt*. Quæ lex in eo fortius ſtringit quòd in domicilio iure ſpeciali competenti loquitur. Quintò ex gloſ. fin. in cap. ex parte de foro comp. l. 7. tit. 2. p. 4. ibi: *E aun deſpues de muerto ſu marido la llamaran Reyna ſino caſare con otro de menor guiſa, câ las honras è dignidades de los maridos, han las mugeres por razon dellos*. Sextò, ex l. 13. tit. 4. lib. 4. ord. l. 6. verſ. *è otroſi*, tit. 2. l. 13. tit. 4. lib. 4. ord. quæ loquuntur quoque in foro iure ſpeciali competenti, & ratione miniſterij perſonalis, latiſsimè videndus Didac. Perez ibidem, qui rectè notat, cum viduitate ſimul honeſtam vitam requiri, Authent. de reſt. & ea quæ parit in vndecim. menſ. §. vlt. 13

11

12

vbi Bart. latè Tiraq. de nobil. cap. 18. num. 13. & est text. in d. l. 6. tit. 2. & dict l. 13. tit. 4. lib. 4. ord. Decian. lib. 4. tract. crim. ca. 8. num. 4. Osswald. lib. 17. com. cap. 12. lit. L. & cum pluribus Azeued. l. 9. num. 5. tit. 11. lib. 2. & l. 4. tit. 1. lib. 5. recop. Pichard. de nobil. commun. num. 62. & 63.

14 Postremò hæc sententia fulciri potest ex pluribus alijs quæ circa nobilitatis communicationem inter virum, & vxorem cõgessit Ioan. Garc. de nobil. glos. 1. §. 1. à num. 44. Barbos. dict. l. quia tale, à num. 13. Azeved. dict. l. 9. Pichard. dict. tract. de nobil. commun. à nu. 55. & generaliter quòd vxor vidua gaudeat
15 privilegijs marito concessis, durante viduitate, etiam si iure speciali, & ratione ministerij personalis marito competant, velut in
16 vidua militis, vulgò *caualleros armados*, & in Senatorum viduis, probat plura cumulans, Mieres de maior. 1. p. quæst. 51. n. 322. & seq. & 4. p. q. 27. à num. 3.

17 Secunda sententia in hac quæstione fuit Alciati in l. 1. n. 16. & seqq. C. de in ius vocando, distinguentis, inter privilegia, quæ Doctoribus competunt ratione dignitatis, velut ne torqueantur, ne pro debito carcerentur; & ea quæ non dignitatis, sed officij & docendi ratione conceduntur, ne avocentur à studio, l. archiatros, C. de metat. & epidemet. velut ne hospites recipere cogantur, ne munera publica subeant, & privilegia de quibus in *Auth.* habita (inter quæ fori privilegium est, cum perspicuum sit, non competere Doctoribus nisi docentibus publicè, atque ita non ratione dignitatis, vt satis probat dict. Auth. habita, & diximus suprâ c. 32. vnde licet Alciatus de eius Auth. privilegijs nihil locutus fuerit, de eis quoque sensisse non male asserit, Barbos. sup. num. 33.) pergit igitur Alciat. & ait illa privilegia ratione dig-
18 nitatis concessa, in vidua durare, hæc verò ratione ministerij extingui morte mariti, addit denique nonnulla privilegia, adeò personalia esse, vt ad vxorem nec ipso vivente marito transeant, vt in clerico privilegium canonis, si quis suadente; ego addo in Doctoribus immunitatem dum in Scholis docent, quæ personalissima videtur, ex l. 2. de in ius vocan. & privilegiũ insignia Doctoralia ferendi, & similia.

19 Hanc Alciati sententiam impugnat Barbos. sup. nu. 33. eam solam impugnandi causam reddens, quod indistinctè dum vivit Doctor, vxor, & filij eius vtantur privilegijs, ipseque tertiam sententiam proponit absolutè negans viduæ Doctoris privile-

gium

legium vllum competere, vivente tamen Doctore omnia.

Se Inifallor tam in Alciato impugnando, quàm in propria 20
ſententia exprimenda deſerit vir doctus, & diligens, & quod ad improbandum Alciacum attinet, videtur ſic eum impugnare quaſi ſenſerit Alciatus omnia privilegia ratione miniſterij conceſſa, nec vivente marito eſſe vxori communia vtpotè perſonalia, ſed hoc nequaquam Alciat. ſcripſit, imò apertè triplex privilegiorũ genus diſtinguit; alia, quæ ratione dignitatis, & hæc vxori etiam viduæ competere ait; alia, ratione officij, & hæc viduis tantùm vxoribus negat. Denique alia perſonaliſsima, & hæc nunquam communicari rectiſsimè ait. Nunc ergo vides Barboſam, aut nõ percepiſſe Alciatum, aut non rectè impugnaſſe, ſi quidem perſonaliſsima privilegia, nemo ſánus dicet vxori competere, nec vivente Doctore, ea autem quæ ratione officij competunt, non negat Alciat. vivẽte Doctore, vxori cõmunicari ergo minus rectè ob id impugnatur, quòd vivente Doctore hæc communicentur. 21

Videamus nunc, qualiter Barboſa in ſua noviſsima ſententia ſe habuerit, & vereor ne non ſolùm falſum ſit quod opinatur, nempe nullum privilegium Doctoris viduæ competere, verum etiam minus conſequenter ſcriptum, ex ijs quæ ante à num. 23. ipſe autor docuerat, ſcilicet privilegia ob dignitatem meram conceſſa, ad vxorem & filios tranſire, quod ſi verum eſt, dicere quoque debebat, in noſtro tractatu privilegia Doctoribus ſola ratione dignitatis conceſſa, viduæ competere, aut ſaltim negare debebat, Doctoratum dignitatem eſſe, vel eſto quod eſſet dignitas, nullum tamen privilegium tribuere ipſi Doctori, niſi profitenti, quod verum eſſe probavi ſup. cap. 30. à num. 47. id circo omnia Doctorum privilegia non dignitatis, ſed officij ratione conceſſa cenſeri. Sed etſi hæc omnia adieciſſet Barboſa, adhuc defeciſſet ſaltim in Doctore veterano, vulgò *Iubilado*, cui etiam non profitenti privilegia competere palam eſt, dignitatis ratione, & in ante actæ vitæ præmium, diximus dict. cap. 30. & conſequenter hæc ſaltim privilegia ad vxorem tranſire, ſcribere debuerat. 22 23 24 25

His notatis, reſtat vt noſtrum iudicium proferamus, & quidem primam ſententiam veriſsimam, & æquiſsimam puto, ſcilicet forum, & cætera omnia Doctorum privilegia, vxoribus viduis ſervanda, quæ ſemel conſtante matrimonio communicata fuerunt; communicari autem omnia, etiam ratione officij conceſſa, exceptis perſonaliſsimis, de quibus doctè Alciatus ſup. quem

in

in hoc libenter sequimur, huius sententiæ veritatem latius demonstrabimus si cæterarum opinionum fundamentis respon-
26 deamus.

Primum adversariorum est, quòd forus cæteraque privilegia Doctoribus iure speciali competunt, dict. Auth. habita, ea autem quæ iure speciali conceduntur, personam minimè transgrediuntur, ad hoc inducunt, primò l. semper, 5. §. immunitati, de iure immunitatis, & l. sordidorum 13. C. de excusat. muner. quibus probatur immunitates personales ratione ministerij concessas, ad filios, hæredes, aliosvè successores non transire. Respõ
detur facillimè, non loqui ea iura in vxore vidua, sed in filijs, &
27 successoribus; est autem inter vxorem viduam, & liberos per elegans differentiæ ratio; nempè quòd viduæ in honorem anteacti matrimonij maritus superviuere intelligitur toto viduitatis tempore, pulchrè id expressit l. fin. C. de bonis matern vbi de coniuge viduo agens ait imperator, *sive in priore matrimonio perseveraverit, sive novercam filijs superinduxerit*, notarunt ex eo text. Cyn. Bartol. Alber. & alij congesti à Pinel. ibidem num. 4. Pichard. sup. num. 55. & 56. Filijs autem paterno similiter su-
28 perviuere intelligitur, prin. inst. quib. mod. ius patr. potest. solv. Inde est quòd regula l. 3. §. 1. de censibus, privilegia scili. et personis concessa cum persona extingui, non habebit locum in nostra specie, cum persona ipsa vivere intelligatur.

29 Quod si vrgeas dict. l. 5. §. immunitati, loqui de filijs patre vivente, quibus privilegium patris viventis negatur, vt potè personale. Respondeo, dupliciter eum text. accipi posse: vel ibi specialiter cautum ne filij gauderent, opusque fuisse imperatoria de-
30 claratione, vt ipse Consultus ait, ibi: *Idq; principalibus constitutionibus declaratum*, & ibi, *certa forma data est*, quæ solutio satis probabilis mihi videtur, cum in iure verisimum censeam, in dubio immunitatē patris, filijs communicari in potestate existentibus, vt probant dict. l. eos, C. de fabricens. & alia iura supra adducta noſque inferius explicabimus.

31 Vel secundo responderi potest, eam legē de filijs post mortē patris accipiēdā, iuxta l. 13 §. personis, de iur. immunit. quo etiam modo accipienda est, l. 13. tit. 4. lib. 4. ordin. qua cavetur, exēptionem tributorum officialibus Regijs concessam, vxoribus etiam viduis communicari, castitatem servantibus, non tamen filijs, mortuo scilicet patre, & ita eam legem interpretatus videtur,

Didac.

Didac. Perez ibidem. Vel deniq; intelligi possunt prædicta iura in filijs emancipatis, quibus hæc privilegia minimè competunt; & quidquid sit in filijs, id saltim pro vidua vehemēter insta- 32
tat, quòd dict. l. Regia, licèt filijs denegetur priuilegium, tamen vidu- 33
æ non denegatur, quantumcumque personale sit, & ratione ministerij concessum.

Expendit etiam Barbosa contra nostram sentētiam, l. quod Principi 56. cum l. seq deleg. 2. in quibus proponitur si principi legatum sit, eo mortuo ante diem legati cedentem, successori deberi; in Augusta verò non item; at sic est quod Augusta Principis privilegijs potitur, leg Princeps 31. de legibus, cur ergo hic non communicatur privilegium, nisi quia iure speciali ma- 34
rito competit? Sed fallitur Barbos. & si qui alij quid tale præsumunt ex dictis legibus: nam ideò privilegium ibi non communicatur (esto quod fateamur privilegium esse, quod non placet Donelo) quia ratio privilegij ea est, sustineri scilicet legatum, tamquã dignitati imperatoriæ relictu, quæ nũquã moritur, sed in suc- 35
cessore eadem est, cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6, cum simil. at verò in Augusta, hæc dignitatis consideratio locum non habet, mutuata enim est à viro, & Augustæ morte dignitas cõmunicata expirat, respectu Augustæ ipsius, nec vlla supereſt imago dignitatis suæ, cuius respectu legatum sustineri possit, ita ea iura interpretantur Donel. & Ossual. lib. 8, com, cap. 28. lit. H.

Postremò adversus nostram sententiam opponitur Axio- 36
ma illud, quòd privilegium ratione ministerij, vel alterius certæ causæ concessum, cessat omninò, causa siue ministerio cessante, ex cap. cum cessante cum similibus de appellat. expendũt etiã in hoc dict. l. §. §. immunitati, de iure immunitatis, & dict. l. sordidorum, C. de excusat. muner. Respondetur tamen, in nostra 37
quæstione huic axiomati locum non esse, duplici ratione. Prima, quia cum in favorem viduitatis vir superviuere intelligatur, intelligitur quoque in eodem ministerio viuere ob quod priuilegium fuit concessum, arg. l. 2. de iurisdict. Secunda, quòd si verũ amamus, non solùm ob nudum studij ministerium Doctoribus 38
priuilegia conceduntur, licet ob id potissimum, sed etiam in præmium, & remunerationem studiorum, vt elegantèr probant verba dict. Authent. habita, vers. *dignum namque*, & vers. *quis enim eorum non miseratur*, ea autem priuilegia, quæ in remunerationem, & propter seruitia seu in premium dantur, vel competunt, mor-

tuo marito durant, vt elegãter Guilel de Cugneo. quem sequitur Alex. in l. 3. in princ. ff. quod quisque iuris, Dec. Bal. Tiraq. & alij quos refert Mier. dict. 1 p. quæst. 51. num. 323.

39 Hæc solutio fulcitur acutè quia decurio eam immunitatem habet, ne torqueri possit, ratione offi- ij, & adhuc deposito officio torqueri non potest, vt bellè Paul. l. fin. de Decurionibus,

40 *in memoriam*, scilicet, *pristinæ dignitatis*. Secundo in specie, quòd vxori duret privilegium personale Clarissimatus, etiam soluto matrimonio donec alij nubat, probat l. fœminæ 8. de senator. idẽ probat l. cum te 10. C. de nupt.

41 Secundo respondetur, quod licet dáremus, ob nudum ministerium privilegia concessa fuisse, adhuc vxori viduæ servanda essent: quia iam ei competere cæperant vivente marito; quando enim ius ex persona alterius semel fuit quæsitum, perpetuo durat etsi persona, & causa ex qua ius provenit deficiant, l. illud 4. §. si quis eum, eleganter l. si post mortem 10. §. hi qui propter alios, ff. de bonor. possess. contr. tab. ibi: *Cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curant petant illi nec ne bonorum possessionem*, notavit Ioan. Garc. de nobil. dict. glos. 1. §. 1.

42 num. 4. Pichar. dict. tract. de nobilit. commun. num. 58. nos addimus expendi non ineleganter posse, l. & servorum 5. §. ingenui, l. Imperator, de stat. hom. §. sed etsi, inst. de ingen. ad idem fa-

43 cit cap. maiores §. fin. de baptism. Nec tunc opponas l. 1. C. de captivis, ex qua deduci videtur, quòd licet filius apud hostes conceptus & editus, ex patris persona habeat, postliminij ius, tamẽ si pater apud hostes decedat, ex persona patris id nõ cõsequitur, vel si mater etiam decederet, peregrinus foret: nam facile respondeo, ibi nunquam filio apud hostes communicatum fuisse ius postliminij parentibus competens, nec potuisse incipere, id impediente parentum servitute, idcircò nil mirum, si deficientibus parentibus, non conservetur, quod numquã filio competere cæpit, in quam rem facit difficilis, & elegans Vlpian. locus in leg. 6. in princ. & §. 1. de statu lib.

44 Ex quibus omnibus hanc sententiam veriorem, & æquiorẽ iudico in Doctorũ vxore, & vidua; quòd foro viri, & cęterispri-

45 vilegis (personalissimis exceptis) gaudeat, nisi expressè vxoris, vel viduæ persona exclusa fuerit. Quam resolutionem in vxoribus Senatorum, & aliorum officialium, qui speciale forum habuerint studiosis similem (prout de Senatoribus Lusitanis, Sa-

bau-

baudis, & Neapolitanis, referunt Cabedo 2.p.deciſ.86. Fab.lib. 20.coniect.cap.8. Franch.deciſ.416. Oſſuald.lib.17.com.cap. 20.lit.E. ad fin.) ſine dubio extendendam iudico: quid autem ſit 46
in vxoribus clericorum, & alijs tam vivente marito, quàm eo mortuo, latè tractant ſupra toto hoc capite laudati præcipuè num.14.& 9.13.& 14. adde Pinel.l.4.num.4. C. de bonis mater. Azeved.l.8. in fin.tit 7.lib.1.& l.2.tit.10. lib.8. vbi in pœ- 47
na Pallinodiæ recantandæ, vt aiunt, num.114.& num.118. Didac. Perez dict.l.6.gloſ.2.& 3.tit.2.& l.13.tit.4.lib.4. ordin. Barboſ. in l. exigere dotem 65. à num.12. de iudic. (quam interpretatus eſt poſt l. hæres 19.) Thelaur. deciſ.123. ex n.9. Surd. deciſ.330. num.16. Carleval. de iudic. & for.comp.lib.1.diſp.2. quæſt.1.num.65. Ioan. Franc. Capyc. pract. quæſt. ſuper prag. 8. de Baron. cap.57. num.7. latè Giurba in conſuetud. ſenat. Meſſanenſ. cap.1. gloſ.1. num.52. Fontanel. de pact. nuptial. clauſul. 48
3.gl.3.p.15.n.42.2.to. vbi, quòd ſi plebeia nupſit nobili in loco in quo nobiles ſuum iudicem ſpecialem habent, non eſt convenienda coram plebeiorum, ſed coram nobilium iudice, & in vxoribus militum, Bellug. in ſpecul. rubr.20.§. quia poſt. num.20. 49
Georg. Acacc. de privil. lib.2.cap.4 nu.15. Cipion Robito ſuper pragm.5. de milit. num.20. & pragmat.16.n.46. Reynoſo obſ.3.num.16. Capiblanc, de Baron. cap.57. num.8. & in vxoribus familiarum S. Inquiſitionis, quòd gaudeant foro maritorũ, 50
Param. in defenſione cap.3. per tot. Graſſis dict. effect.1.num. 56. ſed contrariam Narbon. l.20. gloſ.1. num.75. tit.1.lib.4. recopil. Mar. Cutell. in patrocin. pro Reg. iuriſd. controverſ.9. num.107. & 108. & 115. & in privilegio immunitatis tributorũ Commendatarij, ſeu Equitis ordinum, Reynoſo obſ.3.num.15. Denique an Conſervatoris iuriſdictio ad vxorem, & liberos 51
porrigatur, latè tractat Monet. de Conſervat. cap.7. à nu. 535. & 547. pro materia quoque vid. Suar. de legib. lib.8. cap.11.

Vidimus de ſtudioſorum vxoribus, & viduis videamus nũc 52
de filijs breviter, & iam diximus ſupra cap.30. à num.61. & hoc eodem cap. à n.27. privilegia, & forum filijs non competere niſi vivente, & gaudente patre, addo nunc l. archiatros ibi, *quoàd vivent*, C. de metat. & epidemet. materiam tractarunt, vltra adductos dict.num.61. Barboſ. Pichard. & Didac. Perez ſup. num.4. adducti, latiſsimè idem Didac. Per. l.1.tit.1.lib.4. ordin. gloſſa, verb. *en los Doctores*, col.5. & ſeq quo loci refert, ſe hanc quæſtio-

53 nendisphtasse in promotione ad gradum sui Doctoratus. Vltrà quos omnes noto, requiri præterea in filijs, quòd in patria potestate existant, vndè emancipati filij, & eorum liberi nullo modo his privilegijs gaudebunt, cum extranei reputentur, neque in eis militet ratio ob quam privilegia ad filios extenduntur, maximè fori privilegium, ne scilicet pater ab studijs avocetur, si in alijs
54 tribunalibus pro filio agere, vel conveniri debeat. Vlterius noto nepotes, & pronepotes vivente, & gaudente avo Doctore, privilegijs eius potiri, si tamen in ipsius potestate sint; quod apud nos vix est vt contingere possit, cum matrimonio filij à patria po-
55 testate eximantur. An verò vsque ad trinepotes extendatur, vid. Barbos. dict. l. quia tale à num. 23. sol. matrim.

56 Restat nunc vt aliqua discutiamus omninò abscribentibus in hac tractatione omissa. Primum, an quæ de vidua Doctoris resolvimus, fori scilicet privilegio, & cæteris gaudere, similiter extendatur ad viduam Licentiati, Bacalarij, sive alterius cuiuslibet studiosi, etiam discipuli, sive auditoris; denique an ea sententia protrahenda sit ad omnes illos, quos studiosi nomine, & foro gaudere scripsimus cap. 32. per tot. Et quidem si consequenter his quæ antea scripsimus respondere debemus, puto necessariò asserẽdum, viduam cuiuscumque studiosi, foro gaudere, & cæteris privilegijs, marito competentibus, exceptis personalissimis
57 suprâ explicitis. Hoc probatur primò, quia Doctores privilegijs gaudent, non tam quia Doctores, quàm quia professores actu legentes, docentesvè; vnde nisi doceant, vel profiteantur privilegijs non potiuntur, vt latè probavimus cap. 30. à num. 47. imò ad privilegium fori, matriculæ descriptio, & cætera requiruntur, de quibus dict. cap. 32. ergo quemadmodum in Doctoribus, ita in cæteris studiosis, privilegia ad viduas extendi debent; solaque differentia in eo versabitur, quòd ad Doctoris viduam, plura forsitan privilegia transibunt, quàm ad viduam simplicis studiosi; sed hoc nihil ad rem, nos enim solùm dicimus, viduæ competere privilegia, quæ maritus studiosus, iuxta professionis, vel gradus qualitatẽ haberet. Denique in fori privilegio omnes æquales esse constat, tam docentes, quàm discentes, ergo idem iuris esse debet in omnibus.

58 Secundò prædicta sententia probatur, ex eo quòd suprâ dixerimus, privilegium fori, & cætera cuiuscumque studiosi, ad eius vxorẽ, dum ipsa viuit, pertinere. Rursus in vidua Doctoris

dixi-

diximus, omnia quæ viuente marito illi competebant mortuo quoque eo competere, quia matrimonium supereſſe creditur, niſi quoque eo competere, quia matrimonium ſupereſſe creditur, niſi alij viro nupſerit: ergo neceſſariò idem in quocumque ſtudioſo fateri oportet, nec enim vlla eſt ratio, ob quam hic quoque matrimonium perſeverare non dicamus.

Vlterius ob eaſdem rationes infertur, idem iuris eſſe, ſive 59
vidua in Salmãtica ſit, ſeu in loco alio ſtudij, in quo maritus profitebatur, ſiue alibi, nec opus eſſe quòd in matricula deſcribatur ipſa vidua, nec quid amplius probare, niſi quòd vidua eſt Doctoris, ſiue alterius cuiuslibet ſtudioſi, & maritũ tẽpore mortis profeſſorem, ſiue auditorem fuiſſe, talemque, qui foro & cæteris privilegijs, quibus ipſa gaudere intendit, gaudebat, & fruebatur, cum enim ex mariti perſona conſeruentur hæc omnia in eodem ſtatu quo maritus deceſſit, ſola illius temporis probatio neceſſaria erit.

Tandem audacter ſed conſequenter dicam, in ſtudioſo au- 60
ditore hoc privilegium non tantùm per quinquenium duraturũ aut aliud tempus limitatum, ſed per totũ viduitatis ſpatium, adeò quod ſolæ iteratæ nuptiæ amiſsionem privilegiorum inducant, quòd clariſsimè probat dict. l. filij 22. §. 1. ad municipal. cæteraque ſuperius adducta; ſed ſi quiſquam obijciat, abſurdum videri privilegia per totum viduitatis tempus mulieri competere, cum temporale per quinquenium marito competeret, dicam, minimè definiri poſſe, an perpetuum, an temporale ſit ſtudioſi privilegium, cum ſi ipſe velit profeſsioni incumbere, perpetuò ſit duraturum. Secundò, & fortius reſpondeo, hoc abſurdum (ſi abſurdũ 61
eſſet) eodem modo omninò militare in Doctoris viduã. Finge Doctorem annis plenum, octogenarium, aut nonagenariũ, vxorem vero iuuenem, quę in viduitate quadraginta, aut quinquaginta annos peregit, quòd tempus naturaliter maritus viuere non potuit, an ob id dicemus, tempus, vt vidua gaudeat ad mortem naturalem viri limitandum eſſe? minimè: & vero ſi rectè perpendas hoc exemplum, certius hoc in caſu tempus limitatum reperitur, quàm in ſtudioſo auditore; quantò certius eſt, vitam centum annos non egredi, quàm ſtudioſum profeſsionẽ derelicturũ.

Finge quoque Doctorem, qui ſi viueret, vel ſtudia de reli- 62
cturus, vel ad Regium Senatum eligendus erat, nec enim hæc magis incerta ſunt, quàm auditorem non proſecuturum ſtudia; ergo ſi in Doctore illa non conſiderantur, neque hæc in auditore.

63 Nec dicas, quinquenium auditoribus aſsignatum, facere, vt expreſsè tempus limitatum videatur; nam ea temporis limitatio non privilegium, ſed profeſsionis ordinem, & gradus reſpicit, nec enim privilegium quinquenio finito extinguitur, ſed abſque vlla interruptione continuatur, niſi expreſse ſtudia derelinquat auditor, vel aliud quinquenium labatur, vt alibi ſcripſimus. Rur-
64 ſus ſi proponas viduam profeſſoris, qui Cathedram regit temporariam, vulgò, *las de quadrienio*, dices ne, viduam huius profeſſoris, ſolo quadriennij reſiduo, privilegijs fruituram? non hercule ſi bene ſentis. Porro hæc omnia fortè in praxi nova, & peregrina apparebunt, iuris tamen rationem intuenti, non à iure extranea.

65 Certum eſt fori privilegium, aliàſque immunitates habere (vltra ſtudioſos) officiales, notarios, & familiares Academiæ: imò & iure communi ſtudioſorum familiares; denique & Nuntios, mulioneſque, vulgò, *harrieros*, ò *ordinarios*, de quibus omnibus in cap. ſeq. agemus. hic addere placuit, an ad iſtorum vxores, & viduas extendantur omnia, quæ de vxoribus ſtudioſorum docuimus hoc in capite? & breviter reſpondeo, eis viventibus privilegium fori vxori, & filijs in poteſtate conſtitutis communicari ne alàs à miniſterio Academiæ, & ſtudioſorum avocentur, dum litibus vxoris, & filiorum incumbunt, ob eam enim cauſam ipſis privilegium datum eſt, quæ æquè in vxore, & liberis militat.
66 Item ſi quod aliud privilegium tale ſit, quod ſi vxori & liberis non communicetur, non poſsit officialis libere miniſterio aſsiſtere, hoc tantùm tranſibit, & communicabitur, non aliud. Mortuis vero prædictis officialibus, ſeu miniſtris nullum privilegiũ viduæ, aut filijs competet. Ratio deduci poteſt ex diffusè ſupra diſputatis, quia ſcilicet his familiaribus ob nudum tantummodo
67 miniſterium privilegia tribuuntur, nec vllo modo eorum contemplatione dantur, ſed ipſius Academiæ, & ſtudioſorum, vnde non mirum ſi miniſterio extincto, extinguatur quoque privilegium, ſecus eſt in ſtudioſis, vt diximus, quibus ad profeſsionis honorem, & ſtudiorum gloriam, profeſſorumque, & ſtudioſorum ipſorum præmium, privilegia tribuuntur.

De personis, vltra studiosos, ad quas studiosorum priuilegia extenduntur, & quibus non competant.

CAPVT XXXVII.

IVRE communi non invenio lege cautum, quòd nuntijs & familiaribus studiosorum, vllum aliud privilegium competat, quàm id quod Fridericus Imper. expresit in d. Authent. habita, ibi, *Vt ad loca in quibus litterarum exercentur studia, tam ipsi, quàm eorum nuntij veniant, & in eis securè habitent*: nam cum postea Imperator ipse iudices dederit studiosis, non repetit, quòd nuntij seu famuli foro studij gaudeant: imò Fridericum solis studiosis iudices dedisse, non familiaribus, aut nuntijs, argumento est text. in dict. Authent. vers. *verum*, ibi, *optione data Scholaribus*. Similiter in digestis Alfonsinis reperio, nuntijs studiosorum tribui privilegium tantummodo securitatis, vulgò, *salvoconducto, ò carta de amparo*, in l. 2. tit. 31. p. 2. postea autem in l. 6. & 7. eiusdem tituli, in qua de iudicibus studiosorum agitur, nulla de nuntijs, aut familiaribus fit mentio. Sin autem scire velis, quid sit hoc securitatis privilegium, eius effectus & naturam, vide vltra ordin. in dict. Auth. habita, Donel. G. fan. & Cuiac. ibidem, est text. in l. 1. in princ. ad leg. Iul. maiest. l. 1. vers. *Ianona* tit. 2. p. 7. vbi plura Gregor. verb. *assegura*, Alciat. lib. 8. parerg. cap. 2. Orosc. l. illicitas, §. ne potentiores, num. 5. de offic. præf. Farinac. latissimè in prax. quæst. 29. per tot. Illud certum esse credo, privilegium hoc, idem prope esse ac Regiam protectionē, vt omnes supra adducti notant, ex eaque non induci exemptionem quoàd forum, probant, cap. recepimus 8. cap. ex parte 18. de privileg. vbi Cardin. in princ. Socin. à num. 7. Dec. à num. 13. Mascard. concl. 713. num. 2. Gail. lib. 2 obser. 54. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 123. à num. 26. Nisi quando lite pendente, aut aliqua speciali causa, ratione gravaminis conceditur, quo casu vicem appellationis habet, quomodo accipiendum esse, text. in cap. ad audientiam 34 de appellat. benè scribit Barbos. dict. allegat. 123. num. 28. Denique huius protectionis, seu privilegijs

1

2

3

4

5

6

legij virtute, circa iudicialem cognitionem non amplius concedi quàm quòd omisso medio, appellari ad Principem possit, dixi-
7 mus suprà cap. 21. à num. 206. Item quod visitatio, & reformatio studij sub immediata Regis protectione existẽtis, ad Principem expectet, non ad Episcopum, iuxta tradita dict. cap. 21. à num. 59. ex quibus omnibus videbatur colligi, fori privilegiũ famulis studiosorum, & nuntijs non competere.

8 Nihilominus tamen, adeò invaluit percrebuitque sententia contraria, vt iure communi attento amplius de ea dubitare non liceat, scilicet famulos, seu nuntios quoslibet, studiosorum, item officiales omnes ipsius Academiæ, bidellos, tipographos, notarios, & similes eisdem privilegijs gaudere, quibus ipsi studiosi, vt pluribus probant Rebuf. privil. 166. Horac. Luc. in fin. tract. de privileg. schol. num. 2. Dueñas reg. 305. Bologninus dict. Auth.
9 num. 15. Marta de iurisdict. 4 p. casu 111. à num. 13. Qui loquitur in fori privilegio, in quo etiam & in conservatoria iurisdictione, Monet. de conservat. cap. 7. num. 541. iunct. num. 548. quo loci rectè advertit, Concil. Trident. cap. 5. de reformat. Sess. 14. vers. *familiaribus*, minimè comprehendisse studia generalia, aut studiosorum famulos. Pacius, Sichar. & Math. Steph. relati ab Offuald. dict. lib. 17. cap. 20. lit. K. vers. *caterum*, vbi refert, dissentire quodammodo Zoanet. de Roman. Imper. num. 261. & sequentibus.

10 Hæc receptissima sententia, licet non probetur ex dict. Authent. habita, pluribus tamen alijs fundamentis probari potest, quibus illa vulgaris regula comprobari solet, quæ habet, privilegium domino concessum, eius famulis communicari, de qua latissimè supra citati scribentes, præcipuè Rebuf. Marta, & Monet. apud quos de famulis Cardinalium, Episcoporum, Clericorum Conventuum, militum, & aliorum. Videndi sunt quoquè quos adduxi sup. cap. 24. à num. 51. Suarez de legib lib. 8. cap. 11. latè ex veteribus Felin. cap. 2, num. 2. de for. comp. Iaff in l. scriniarios, C. de milit. test notanter Bald. l. 1. & 2. C. de Episcop. &
11 cler. quid autem familiæ nomine in hoc tractatu contineatur cõsule Monet. dict. cap. 7. num. 546. ad fin. & num. seq.

12 Quod si dubites cur privilegia extendamus ad familiares, non singulorum, sed ipsius Academiæ, cum ex dict. Auth habita, solis studiosis concessa videantur, responderi potest. Primò, privilegia omnia studiosis concessa, ipsi Vniversitati competere, vt

vt fusius probavi sup. cap. 22. à num. 111. Secundò, familiares, & officiales Academiæ, non tam illi fièto corpori ministeria exhibere, quàm ipsis studiosis circa necessaria ad professionem, & studium, & studij conservationem: vndè non solùm Academici clientes, sed communes studiosorum sunt, ergo eis competere debet privilegium, studiosis ipsis concessum; quin potius potiori ratione, cum vt mox dicemus, privilegia ijs solis familiaribus cõmunicentur, qui ad studium sunt necessarij. 13

Supra dicta iure communi procedunt: cæterum vt rectè notavit Ossuald. vbi proximè, alio atque alio iure in hoc Academiæ vtuntur: & apud nos Martinianæ constitutiones 22. & 23. circa privilegium fori decernunt, quod illo fruantur. *Officiales omnes Vniversitatis dati vel dandi, familiares & continui commensales, Doctorum, Magistrorum, Licentiatorum, & studentium quorumcumque, eodem modo & forma, quo ipsi studentes Magistri, &c.* 14

Rursus in statutis titulo 68. pag. 337. ad fin. cavetur. *Que los Notarios de la audiencia Escolastica, y sus sustitutos Alguacil, Fiscal, y Cursor, gozen del priuilegio de los Estudiantes, y sean essentos de la jurisdicion de las justicias seglares, para que con mas libertad puedan vsar sus oficios, auiendose antes matriculado.* 15

Postremò l. 18. §. 7. tit. 7. lib. 1. recop. iubetur generaliter, ne famuli studiosorum gaudeant, nisi ipsi quoque famuli studiosi sint, quod idem est, ac si diceret, nisi aliàs vt studiosi, privilegio frui deberẽt. Ergo statutum voluit, famuli qualitatem, ipsi famulo, nec nocere, nec prodesse, vt foro gaudeat: huius legis meminit Rebuf. dict. privil. 166. vbi quod idem ius in Gallia. 16

His positis, noto primum, dict. l. recop. abrogatã Martini constitutionem 22. & 23. de quibus suprâ, in famulis studiosorum singulorum, qualiter autem id fieri potuerit, vid. sup. cap. 21. à num. 166. & cap. 32. à num. 43. 17

Secundò noto, dict. l. recop. ad cætera Hispaniæ studia generalia, & à Principe approbata extendi, & in Complutensi Academia id cavetur, l. 26. dict. tit. 7. lib. 1. recop. Hæc extensio liquidò procedit, in eis quæ Princeps sæcularis potest, in spiritualibus tamen, aut circa clericos, cum in ea lege concurrerit cõsensus Academiæ, & facultas Apostolica, distinguendum erit, vt suprâ cap. 32. à num. 41. 18

Tertiò, prædictam Regiam legem, quæ privilegium fori abstulit familiaribus studiosorum, non extendendam ad familiares 19

20 ipsius Academiæ. Nec obstabit si dixeris, quemadmodum privi
legia studiosis concessa, ad corpus Academiæ extendi scripsi-
mus, sic similiter revocationem privilegiorum: nam resp. Primò
restrictionem, & revocationem odiosam esse, idcircò non extẽdi
tam facilè, quàm privilegium ipsum, ex vulgari regula. Secũdò,
quòd ratio obquam, in familiaribus studiosorum revocatũ fuit
21 fori privilegium, cessat in familiaribus Academiæ, & sic cessare
quoque debet revocatio. Quod autẽ cesset, suadetur ex eo quod
legem movit ad revocationem in familiaribus studiosorum sin-
gularium: qui si studiosi non sint, præsumitur, quòd in fraudem
ordinariæ iurisdictionis studioso serviant, abundant etenim Aca
demiæ studiosis pauperibus, qui cæteris divitibus famulentur,
nec facilè sine fraude aliqua clientes extranei admittuntur, aut
saltim locus fraudi facilè aperiebatur, si ex voluntate studiosi
vnius penderet, quemcunque laicum iurisdictioni Academicæ
subijcere sub familiaris nomine, in familiaribus autem, & officia-
libus Academicis hæc omnia cessant: nam negotia plerumque
gerunt, quæ non aptè nisi à laicis, aut non studiosis geri possunt,
præterea nõ ab vno studioso, sed ab Academico Concilio eligun
tur, vnde non tam facilè præsumi potest fraus dolusvè. Tandem
cum in Academia nostra, officiales non communicatam, sed spe-
22 cialem privilegij concessionem habeãt, revocatioque in studio-
sorum famulis dumtaxat loquatur, extendi ad eos non potest,
qui Academici sunt; licèt communes studiosorum famuli appel-
lari possent, nec enim meus servus propriè dicetur, qui com-mu-
nis est, l. Stichum, qui meus erit 6. deleg. 1.

23 Quartò noto distinguendum esse in hoc tractatu, an domi-
nus agere, vel conveniri ex persona famuli intendat; an verò ipse
famulus agat, vel conveniatur. In prima specie, veluti in servis
proprijs studiosorum, aut etiam si in famulis non servis loqua-
mur, si contemplatione domini iniuria famulo fiat, aut aliàs si-
mus in casibus, in quibus domino, vel in dominum datur actio,
tunc sine dubio est, privilegium studioso in causa servi, vel fa-
muli competere, non minus ac in cæteris ipsius studiosi causis,
nec vllum aliud requisitum desiderari in persona servi, aut famu-
li, nisi quòd studioso serviat, vel ipsius servus sit, & hoc, sive in
studio, sive extra studij locum in quocumque ministerio loqua-
mur Hunc articulum latè & benè prosequuntur Monet. dict. c.
7. à num. 549. vbi affert l. 1. §. item apud Labeonem, de iniur. &

in

in libertis, & ſervis, Marta dict. caſu 111. num. 1. & ſeq. & eſt in foro liberti text. ſing. in l. aſſumptio. ad municip. de cuius interpretatione, vide ſup. cap. 1. Hæc ſpecies ſine dubio eſt, nec de ea ſupra tradita legis Regiæ revocatio loquitur. 24

Procedit namque in ſecunda ſpecie, hoc eſt, cum famulus ex perſona ſua agit, vel convenitur, tunc enim ſupradictæ regulæ, & limitationes locum habent, & attentius inſpiciendum erit, ſpeciale ius vniuſcuiuſque Academiæ: nam licèt Donel. dict. Autenth. habita, num. 7. ſcripſerit, nullam nuntijs actionem dari, ſed ſcholaribus ſi ex iniuria nuntio facta læſi fuerint; hoc ita generaliter dictum falſum eſt, quantum opinamur, imò etiam famulis, officialibuſque cæteris, forum & alia privilegia competere affirmamus, dummodo in matricula deſcribantur, quod requiſitum omni iure neceſſarium eſt, ad fraudem excludendam, vt probavimus ſup. cap. 32, & not. Rebuf. dict. privileg. 166. Item requiritur, quod ſint famuli neceſſarij iuxta qualitatem perſonæ, ſeu iuxta negotia Vniverſitatis, vt ex Abbat. & alijs not. idem Rebuf. dict. priuileg. 166. in princ. Marta dict. caſu 111. nu. 13. & 14. Rurſus requiritur, commenſales eſſe ſtudioſorum, ipſiſque miniſtrare in ipſo loco ſtudij, vt rectè Salycet. dict. Auth. habita, num. 5. Denique quòd non ſint diarij, vt Marta notat vbi ſuprâ. Niſi hæc omnia concurrant, non poterunt ipſi famuli per ſe foro potiri. 25 26 27. 28 29 30

Planè cętera ſtudioſorũ privilegia, vt ſunt immunitates à tributis, & ſimilia, minimè tranſibunt ad familiares, nec vlla alia ſtudioſorũ, niſi ea quæ ſicut fori privilegium neceſſaria ſint, ne à miniſterio ſtudioſi diſtrahantur. Ratio eſt, quia famulis, & officialibus, non in eorum gratiam privilegia hæc conceſſa ſunt, ſed potius ſtudioſorũ, vndè tunc tantùm privilegijs gaudebunt, quoties id exegerit neceſsitas ſtudioſis aſsiſtendi, quod ſatis indicarunt, Donel. & Marta ſup. etſi non ita explicent. 31

Poſtremò noto, in his caſibus in quibus iuxta nuper traditas regulas, officiales foro, aut alio privilegio potiuntur, eadem omnia illis applicari poſſe, quæ de ſtudioſis diſputavimus circa iuriſdictionem Academicam: nam & habebunt iudicum optionem in caſibus in quibus ſtudioſus eam habet; ſimiliter quantũvis finito ſervitij tempore, convenirí poterũt, ex geſtis tempore ſervitij, in caſibus in quibus ſtudioſus, quos infra dicemus, & ſic limitanda eſt doctrina Rebuf. & Martæ, ſuprâ, qui tenent, finito 32 33 34

35 nito officio expirare privilegium. Deniquè reos intra vel etiam extra dietas trahere poterunt, si possent studiosi, & vt vno verbo dicam, studiosorum regulis res iudicanda est, quòd notabis
36 ad muliones, seu clitellarios, vulgò, *barrieros*, qui cum foro studiosorum plenè in omnibus gaudeant, ob iniurias sibi illatas, sive si spolientur, trahere & accusare reos poterunt coram Scholæ-Magistro, quemadmodum studiosi possent si spoliarentur, quinimo si mulioni bona studiosi sublata sint, vtrique competet actio. Quæ non tantùm in causis quæ ministerium Academicum respiciunt, procedunt, sed in omnibus, tam in mulione, quàm in cæteris familiaribus, sive causæ civiles, sive criminales sint, ne scilicet ad diversa tribunalia tracti, à ministerio avocentur. Quid autem iuris sit in vxore, & filijs iam cap. præcedenti scripsimus.

37 Vnum hic ad notare deest, pharmacopolas, librorum mercatores, typographos, cæteroscque omnes, qui officium aliquod principaliter exercent, ex quo aluntur, & vivunt, foro studiosorum, aut privilegijs non frui quantumcumque in matricula describantur, & scholas frequentent; dict. leg. 18. §. 4 tit 7. lib. 1.
38 recopilat. quod à pictore consultus, qui studiosus esse volebat respondi; & ita pronuntiatum in Senatu Parisiensi tradit Petr.
39 Greg. lib. 18. de repub. cap. 7. num. 16. vbi de procuratore, solicitatore litium, & alijs agit, vide quoque Horac. Luc. post privil. schol.

40 Limita tamē prædicta, si sine fraude officium quis dimiserit, & studio litterarū se addixerit; fraudis autem præsumptio excludetur, si post sex menses à die matriculæ, officium non exercue-
41 rit, arg. dict. l. 18. §. 6. aut aliàs ex inditijs arbitrio iudicis. Limita secundo, si non officium mercenarie, & per operarum locationem exerceat, sed ingenij causa, l. 4 in princ. de his qui not. infam. hoc enim, privilegio studiosi nihil nocet.

An ad Academicos iudices eorum tribunal, studij privilegia extendantur.

CAPVT XXXVIII.

OPERE PRETIVM est, vt videamus, an studiosorum privilegia ipsorum iudicibus competant? & putem distinguendum esse inter ius commune, & singulare vniuscuiusque Academiæ. Rursus iure communi subdistinguendum, inter Episcopum, Doctorem, & Rectorem, quos tres iudices habere studiosos non semel diximus. Episcopus non gaudebit privilegijs studiosi, Doctores autem, & Rectores Academici, privilegijs gaudere non dubito, cum sint ex ipsius Academiæ gremio electi, l. fin. C. de iurisd. om. iud. iunct. Auth. habita, C. ne filius pro patr. 1 2

Videamus nunc in Gymnasiarcha, & Rectore, nostræ Salmanticensis Academiæ, & hos quoque privilegijs studiosorum gaudere, imò & vicarium quoque, vulgò, *Iuez del Estudio*, perspicuum videtur. Primò, quia in Scholæ-Magistro conservatur iurisdictio Doctoribus antea concessa, in dict. Auth. habita, vt probavi sup. cap. 8. num. 49. in Rectore id dubium non est: ergo idem ius conservari debet. Secundò, quia passim constitutionibus, & statutis Academicis, dum privilegia conceduntur, personæ Rectoris, Scholæ-Magistri, cæterorumque omnium de Vniversitatis gremio exprimuntur, vt apparet ex adductis sup. cap. 24. n. 72. vsque ad 75. Tertiò, quia ob rationes ob quas dixi sup. cap. 22. à n. 111. privilegia singulis studiosis concessa, Academico Collegio communicari, ob easdē quoque, iudices Academicos comprehendere debent, qui caput sunt ipsius Academiæ. 3 4

Sed videamus an privilegium fori, quod studiosi habēt, tam ordinariæ, quàm conservatoriæ iurisdictionis respectu, ad Academicos Magistratus pertineat? Videtur pertinere non posse, quia sibi ipsis ius dicere non possunt, l. qui iurisdictioni 10. de iurisdict. Ego contrarium affirmo: dum tamen animadvertam, in causis criminalibus distinguendum esse, prout in cæteris iudicibus ordinarijs distinguunt omnes in dict. l. qui iurisdictioni, congessimus plures suprà c. 6. n. 47. & in delegatis iudicibus in casi- 5

bus in quibus delegatum agere Scholæ-Magistrum, docuimus,
quando autem delegatus punire, vel puniri possit, vide relatos
6 dict.cap.6 numero 59. In civilibus vero causis licèt controver-
sum sit an possit iudex suas causas delegare, tamen iure regio
constitutum esse quòd possit scribit Greg. Lopez l. 9. in fine
glos. verb. *alguno me*, tit. 4. p. 3. facit l. Prætor 17. de iurisdict. ele-
ganter l. ille à quo 13. §. tempestivum, ad Trebell. Ergo credo
7 quod Scholæ-Magister coram suo Vicario, Vicarius coram
Scholæ-Magistro possint in civilibus, & agere, & conveniri,
nisi malint Principem, vel illustrissimum Nuntium adire iux-
ta causæ qualitatem, vel rei conveniendi forum, sicuti in causis
8 criminalibus disponit, dict. l. partit. & latè tradunt scribentes, d.
l. qui iurisdictioni. Denique in Rectore, quid agendum sit, iam
9 scripsimus num. 209 vsque ad 213. suprâ.

Hæc in causis ipsorum Magistratuum. Quid igitur in causis tribunal ipsum, & dignitatem respicientibus? & sine dubio foro studiosorum locus erit, adeò quod reus quilibet non subditus trahi poterit, ob promissionem iudicialem aliamve obligationē, seu pœnam tribunali, aut fisco Academico (vt ita dicam) debitā: dummodo non vltra diætas extrahatur, sicuti in studioso quolibet dicemus, pro qua novissima sententia facit statutum Salmāt. dict. tit. 68. ibi: *Alguacil, Fiscal, y Cursor de la dicha audiencia gozen, &c.* quæ verba non tantùm de causis istorum privatis, sed de causis fisci ipsius Academici, seu tribunalis intelligo.

10

De fideiussoribus studiosis, & studiosorum, & ijs qui pro debitore studiosi fideiusserunt.

CAPVT XXXIX.

1 IN prosecutione illius tractatus ad quas scilicet personas, vltra studiosos, privilegia studiosorum extendantur, non abs re erit disputare, an fideiussor studiosi, fruatur privilegijs, & foro eiusdem studiosi, loquimur de privilegijs ratione studij concessis. Et quidem in cæteris privilegijs præter forū,
2 distinguendum erit, inter privilegia personis studiosorum concessa, aut rebus; illa fideiussori non competunt, hæc verò competunt, l. si stipulatus 15. l. ex persona 32. de fideiussor. l. exceptiones

nēs 7 §. 1. l. omnes 19. de except. l. defenſiones, C. eod. Hypolit. de Marſil. in rubr. de fideiuſſor. num. 267. vſque ad 290. Bova. lib. 2. polit. cap. 18. à num. 246. Hering. de fideiuſſor. cap. 27. 4. p. per tot. Apud quos latiſsimè quæ exceptiones reales, & quæ 3
perſonales dicantur, & eſt text. in dict. l. exceptiones 7. de ex- 4
ception. Fori autem præſcriptionem, vtpotè perſonalem, ad fide-
iuſſorem ſtudioſi non tranſire, idcircò nec ipſum fideiuſſorem poſſe eam opponere creditori, neque creditorem poſſe fideiuſ-
ſorem convenire, niſi coram proprio ipſius fideiuſſoris iudice probarunt in ſpecie Bald. dict. Auth. habita, num. 25. Iul. Pac. ibidem cap. 4. num. 17. Rebuf. privileg. 152. limit. 2. Hering. de fideiuſſ. cap. 23. num. 14. Confirmari poteſt, hæc concluſio ex his quæ in laico fideiuſſore clerici ſcripſerunt Bovad. dict. lib. 2. cap. 18. num. 246. Marta de iuriſdict. 4. p. caſu 106. Hering. vbi
proximè num. 15. & per tot. cap. 23. in quo eam proponit regu- 5
lam, videlicet fideiuſſorem coram ſuo, non coram rei principalis iudice conveniendum, quam ego probari noto ex l. 1. ſi quis in
ius vocat. l. ſi fideiuſſor. 7. in princ. qui ſatiſdar. cog. eamque plu- 6
ribus modis limitat idem Hering. eodem loco, noſtro tractatui fa
cilè adaptandis, ſi caſus occurrerit, veluti ſi fideiuſſor ſe ſubmiſ- 7
ſerit Scholæ-Magiſtro, & proprio foro renuntiaverit, dict. l. 1. & dict. l. 7. vel ſi ſolutio in loco ſtudij deſtinata, aut contractus geſtus, ibique inveniatur, de quo, nos alibi. Vel denique (quæ 8
ſatis notatu digna limitatio eſt) quòd prædicta regula procedat,
quoties lis adverſus reum principalem cæpta non eſt, ego addo 9
vel etiam cæpta, & extincta, puta excuſſione facta, vel excep-
tione perſonali reo liberato, ac demum quando adverſus fideiuſ-
ſores ſolos creditor agit; tunc eos in ſuo cuiuſque foro convenire debet; ſin autem lis pendeat adverſus reum principalem, tunc co-
ram eodem iudice conveniri poſſunt fideiuſſores: vnde inferes, creditorem, lite pendente in foro ſtudij adverſus ſtudioſum, poſ-
ſe coram eodem iudice fideiuſſores quoque convenire, ne conti-
nentia cauſæ dividatur, quo caſu nulla diætarum inſpectio fiet:
nam cum ad iuriſdictionem hoc in caſu, rei principalis, non fide- 10
iuſſoris perſona conſideretur, reuſque vtpotè ſtudioſus, coram Scholæ-Magiſtro conveniendus ſit, neque ad eum diætarum inſpectio pertinere poſsit, ita ſimiliter nec ad fideiuſſorem perti-
nebit. Rurſus ipſi fideiuſſores in ſuo foro conventi poterunt pe-
tere, ad iudicem rei principalis cauſam remitti, coram quo cæpta

ſuit.

fuit. Videndus Hering. dict. cap. 23. à num. 38. qui ad hanc limitationem probandam adducit text. in l. pupillus 6. de fideiussor, & nom. tutor. quæ id nõ probari mihi videtur, aptius adduci posset l. fin. in fin. ff. rem pupill. salv. for.

11 Hæc quæ diximus, in fideiussoribus contractuũ planè procedunt, sed an si studiosus fideiussorẽ dederit iudicio sisti, vel iudicatũ solvi, isq; fideiussor subditus non sit iudici, qui fideiussorẽ extorquet, possit, vel debeat corã proprio suo iudice conveniri? quæstio hæc per Bald. mota fuit d. Auth. habita, n. 25. obscurè, & perfunctoriè explicata, nos eam distinctione definiẽdam esse credimus. Vel studiosus corã iudice non suo fideiussorẽ dedit, & nulla est fideiusio, vnde nec fideiussor vllo loco conveniri potest, prout in fideiussore dato à clerico coram iudice sæculari contra vẽto, resolvit cum alijs Hering, de fideiussor. cap. 14. n. 18. arg. text. in l. si servus 9. in princ. ff. si quis caution. Vel studiosus coram suo Academico iudice fideiussorem dedit, & tunc fideiusio, licet valeat, vt fideiussor in suo foro conveniri debeat, tamẽ pro non dato habetur, quoàd in obedientiæ pœnas, & hoc vt ex in-
12 tegro satisdari debeat, perinde atque si satisdatum non fuisset, nisi fideiussor suo foro, aut privilegio renuntiaverit: nam ex fideiusione, quamvis valeat, minimè inducitur prorogatio Academicæ iurisdictionis, nec proprij fori renuntiatio; hæc omnia probant eleganter duo iura sic accipienda, nempè l. 1. si quis in ius vocat. & l. si fideiussor 7. ff. qui satis dare cogantur, vbi latè
13 Accur. Bart. Alex. Socin. Iasso. Orosc. & Ant. Fab. Hering. dict. cap. 14. à num. 16. apud quos etiam latè an saltim fideiusio iudicio facta, forum ratione quasi contractus in iudicio celebrati, in-
14 ducat. Item an generalis, an specialis renunciatio proprij fori desideretur.

15 Supradicta omnia limitanda sunt, seu explicanda, vt procedant, nisi fideiussor intra diætas domicilij habeat, quo casu absque vlla renuntiatione, sive in contractu, sive in iudicio fideiubeat, forum Academicum sortitur, & hic est magnus, & singularis valdè effectus, ab eo privilegio studiosorum ortus, quod intra diætas reos trahere possint ad suum iudicem: hæc assertio cla-
16 rior fiet si exempla proponamus, finge, fideiussorem non subditum, intra diætas tamen degentem, pro studioso fideiussisse in contractu, in favorem alterius studiosi, vel officialis, vel ex ijs omnibus, qui studiosorum foro gaudent: in hoc casu studiosus

ille

ille, fideiussorem intra diætas trahere poterit, & coram Academico iudice conuenietur, quia eo ipso quòd fideiusit, debitor factus est studioso, & consequenter eius forum sortitus. Finge 17
rursus, in iudicio fideiussisse non subditum intra diætas tamen domicilium habentem: hæc fideiussio iudicialis, pro ea parte qua pœnalis est, & tribunalis iudicisque Academici interesse respicit, indistinctè facit vt trahi fideiussor possit intra diætas ab ipso tribunali & iudice: quia studiosi privilegium habent, & hoc absque vlla renuntiatione, quia eorum debitor factus est, vt diximus cap. præced. ad fin. Pro ea verò parte quæ actorem respicit in cuius favorem etiam facta fuit fideiussio, si studiosus sit actor, res clara est, sin verò non sit studiosus, neque talis qui privilegio gaudeat, debebit fideiussorem in suo domicilio convenire. Sed si 18
fideiussio in iudicio præstita fuerit in causa fiscali, vel ex iudicis officio mota, sine dubio ex dictis fideiussor absque renuntiatione coram Scholæ-Magistro convenire poterit: ergo supra traditæ regulæ de fideiussore in suo foro conveniendo, loquuntur in eo, qui vltra diætas domicilium habet, vel etiam si intra diætas degat si in contractu pro studioso fideiubet ad favorem alterius non studiosi, aut etiam in iudicio, quoàd ipsius privatum interesse. 19

Illud hic tempestivè subiungendum est, studiosum, neque 20
in iudicio, neque in contractu, cogendum esse fideiussores omninò idoneos præstare, sed quos invenerit, aut potuerit, vt puta commilitonem, vel si nullum inveniat, iuratoriam cautionem illi pro fideiussore sufficere, latè Rebuf. privileg. 171. vbi quid 21
in criminalibus, Hering. de fideiussor. cap. 18. num. 102. & quãdo studioso competat iniuriarum actio, si à carcere non relaxetur sub fideiussoribus, Rebuf. privileg. 173. Hering. cap. 6 num. 46. Quæ adnotanda erunt, si fortè pro mercede domus, vel alterius rei locatæ dominus, fideiussores ab studioso expostuler, nam & cogendus erit domos locare, vel equos, vt fusè Rebuf. privileg. 7. & sequentib. & fideiussores accipere, alios studiosos, 23
vel sine fideiussore si eum studiosus non inveniat, dummodo non ignotus, aut notorie pauper sit, vt benè Rebuf. dict. privil. 7. num. 3. vbi in equo conducto, & tunc fideiussores studiosos offerenti, arbitrio Scholæ-Magistri idoneos, equus domus vè locanda esset. Et hoc sensu accipio constitut. Salmant. 26. quæ iubet sufficientem cautionem dari, si postuletur, vide dict. consti. 24

26 & 27. & Regium diploma Carol. V. Imperat. fol. 359. vbi latè de domibus conducendis, & earum taxatione.

25 Sed & illud omittendum non est, quod suprà diximus, fideiussorem studiosi coram Academico iudice conveniendum, si proprio foro renuntiaverit, sive in iudicio, sive in contractu fideiusserit, ita accipiendum, si is sit fideiussor, qui proprio foro renuntiare possit, iuxta leg. si quis in conscribendo, C. de pact. & leg. si convenerit, de iurisdict. nam si studiosus sit alterius Academiæ, nostræ similis (imò cuiuscumque studij generalis, nam iure communi irrenuntiabilem studiosi forum infra probabimus) aut denique agricolæ apud nos; nemo dixerit renuntiationem quantumcumque expressam, alicuius momenti fore, sed pro non scripta habendam fideiussoremque apud suum iudicem conveniendum. Vide dicta sup. cap. 27. n. 15. & 16.

26 Rursus circa eamdem fideiussorum submissionem, seu renũtiationem, observandum est, quòd si prædicta submissio, aut renuntiatio validè fiat, nullo modo possit fideiussor diætarum exceptionem opponere, quin potius etiam vltra duas quatuorvè diætas, & vndecumque sit, trahi poterit, vt in prorogatione probavimus suprà cap. 27. num. 15. & per totum, subiungenda quoque huic observationi erunt, quæ nos alibi de hisce submissionibus dicemus.

27 Ex dictis infertur decisio quæstionis paucis retro diebus ex facto incidentis, Agasso sive Citellarius, vulgò, *ordinario de los estudiãtes*, ad necessaria è patria transvehẽda destinatus, fideiussores dederat in suo domicilio, & à iudice domicilij approbatos; postea Agasso aufugit, & studiosis diversas pecuniarum quantitates, aliasque res abripuit. Dubitatum fuit, an fideiussores, quorum aliqui extra diætas domicilium habebant, trahi possent? Responderi potest ex dictis, quod si prædicti fideiussores specialiter se submisserint, & suo foro renuntiarunt, conveniri coram Scholæ-Magistro possint, vel etiam si non renuntiaverint,
28 si lis contestetur prius cum reo principali, vel per ipsius citationem, vel si latiter, citatione ad domum, vel per edictum facta, de quo Hering. dict. cap. 23. tunc enim ob causæ continentiam, trahi quoque poterunt fideiussores, ex dictis sup. num. 8. & seq.

29 Hæc tamen omnia infringebantur per fideiussores, opposita exceptione quòd tempore fideiussionis agricolæ essent; qui iuxta Regiam pragmaticam fideiubere non possunt, nisi pro

alio

alio agricola, Clitellarius autem, agricola non erat; quæ exceptio, si per fideiussores probaretur, procul dubio nullam esse fideiussionem constat, idcircò nec conveniri ex ea posse, ex dictis suprà num. 25.

Sed videamus an iudex, Magistratus vè fideiussiones approbans, eadem exceptione vti possit qui dscilicet agricola sit. Ad cuius quæstionis resolutionem suppono, Magistratum hunc conveniri non posse, nisi dolo, aut culpa, negligentiave, & facta prius excussione, l. 1. & per tot. de Magist. conven. l. antep. & pen. & per tot. C. eod. l. 1. & 2. C. de pericul. nomin. l. 8. vers. *esse failare*, tit. 23. p. 3. Platea in dict. l. 1. C. de pericul. nom. late Azeved l. 13. à num. 6. tit. 9. lib. 3. recopil. Curia Phil. 1. p. §. 2. num. 40. Hoc posito facilè admittam, hunc Magistratum, culpam commisisse, si quidem scivit, aut scire debuit, reum agricolam non esse, fideiussores verò agricolas nulliter fideiubere, quæ scientia maximè inter sibi subditos præsumitur, arg. dict. l. 1. §. divus de Magistr. conven. Igitur ex culpa saltim tenetur, ac per consequens conveniri posse affirmamus coram Scholæ Magistro, & quod magis est, Regiæ pragmaticæ privilegio non iuvari: quia cum ex culpa teneatur, ex quasi delicto tenetur, l. sed etsi 5. §. 1. l. idem juris 8 ad leg. Aquil. Pichard. princ. inst. de oblig. quæ ex quasi delict. num. 4. & 19. & capi personaliter poterit ex adductis per Collantes in pragmat. lib. 2. cap. 16. num. 5. Nec itidem iuvari poterit, si probaverit fideiussionis tempore, fideiussores idoneos facultatibus fuisse: nam nullus minus idoneus est, quã qui ob privilegiũ conveniri non potest, l. 2. in princ. qui satisdare cog. an autem possint agricolæ hi opponere aliam exceptionẽ scilicet quod foro renuntiare non possunt si extra diætas sint, alibi agemus. 30 31 32 33 34 35

Infertur quoque ex dictis, quid iuris sit, si non de studiosi fideiussore, sed de ipso studioso fideiubente quæratur, qua in re distinguendum est, quòd aut studiosus pro alio studioso fideiussit, & hæc res parum dubitationis habet, quoàd forum, cum omnia hæc ad Academicos iudices spectent. Aut studiosus pro alio non studioso in contractu, vel in iudicio fideiussit, & tunc licèt communiter placuerit, studiosum minus idoneum fideiussorem esse, si tamen suo foro renuntiet, idoneum dici, & conveniri coram eo iudice cui se submisserit posse, vt Accurs. & plerique notant in specie scholaris, in dict. l. 1. si quis in ius vocatus, & in 36

dict. l. 7. qui satisdar. cog Rebuf. privileg. 171. & alij quos re-
37 fert Hering. de fideiuss. cap. 7. num. 34 & seq. Attamen nos credimus, multo verius dici, studiosum in suo privilegio renuntiare non posse: vt retulimus supra cap. 21. à num. 161. & latius infra probabimus, & consequenter studiosum fideiussorem, non nisi coram suo iudice ex fideiussione conveniendum: quantumvis proprio foro renuntiaverit, neque etiam ratione continentiæ cau-
38 sæ, ex dictis sup. num. 25. nisi proponas, decreto speciali Principis, aut ex alia causa, quæ privilegium studiosi infringat, fideiussionem interpositam, tunc enim, non renuntiatio, sed specialis ius, aut vt actius dicam, privilegij Academici revocatio efficiet, studiosum alibi, quam in suo foro conveniri posse.

39 Quid autem iuris sit, si studiosus pro alio studioso, alterius similis Academiæ fideiubeat, decidere poteris ex his quæ de duobus privilegiatis pariter concurrentibus infra dicemus. Item si dubites de foro fideiubentis studiosi finito studio vide quæ in cæteris contractibus tempore studij gestis suo loco docebi-
40 mus. Tandem ex dictis infertur alterius quæstionis decisio, ad praxim forsitã non inutilis. Ponamus studiosum, debitorem intra dietas habere, aut alioqui talem quem trahere ad Academicũ tribunal potest, fideiussorem verò huius debitoris, extra diætas domicilium habentem, idcircò principaliter trahi ab studioso non posse coram Scholæ Magistro. Quæritur an possit studiosus fideiussorem huiusmodi fideiussionis convenire, & ex dictis facilè respondebis, si fideiussorem dumtaxat convenire velit, non posse, quamtumvis excussioni renuntiaverit fideiussor, poterit tamen coram iudice ipsius fideiussoris, iuxta dicta num. 4. & seq. sup. sin autem lite cum reo principali contestata, fideiussorem trahere velit, rectè poterit, ob continentiam causæ, & accessionem obligationis, vt diximus sup. num. 8. & seq.

41 Postremò notabis, quod Hering. cum alijs dict. tract. de fideiussor. cap. 20. §. 27. num. 10. scribit, quòd si scholastis obligatus alicui in centũ, duos fideiussores dederit, tradideritque vni pecuniam, creditor alium fideiussorem convenire nequit, antequam excutiat illum qui pecuniam recepit.

Ande-

Academicos Magistratus cognitionem habere, in omnibus causis studiosorum, & quid in criminalibus sive rei, sive actores existant. Et in actore quid de diversi obseruandum? quisve possit dictarum numerum restringere, aut extendere, Pontifex, an Princeps?

& de explicatione leg. 19. & 20. tit. 7. libro 1. recopilat.

CAPVT XL.

VIDIMVS de personis Academicæ iurisdictioni subiectis, nunc de causis videre tempestivum est: in quo duplex erit statuenda conclusio, alia in studioso reo, alia verò in actore.

Prima conclusio. Studiosus ex quacunque causa ciuili, vel criminali conueniendus, vel accusandus est coram Academiæ iudice absque vlla dictarum obseruatione, nec potest coram vllo alio Ecclesiastico, aut sæculari conueniri. Hæc conclusio probatur in Authent. habita, C. ne filius pro patr. & eam latè tuetur in criminalibus quoque Donel ibidem num. 14. & seq. licèt sibi parum constans contrarium scripsisset lib. 17. com. cap. 20. lit. m. notavit cum pluribus Oss. ald. ibidem. Non me latet l. Regia 2. tit. 31. p. 2. contrariam sententiam comprobari, nempè studiosorum iudices, in causis dumtaxat ciuilibus, non in criminalibus cognitionem habere, quam sententiam vulgus interpretum adprobavit; nos adhuc supra propositam affirmativam opinionem veriorem putamus, & dict. l. Regiam abrogatam credimus vniuersali studiorum vsu, Pontificijs, & Regijs constitutionibus, nempè const. Martin. 22. in princ. & ab Innocent. 8. fol. 85. & à Iul. 2. fol. 93. & à Leone 10. fol. 94. & à Clement. 8. fol. 103. in statut. denique l. 18. §. 11. tit. 7. lib. 1. recopil. qua seruari iubentur prædictæ constitutiones. 1

Secunda conclusio. Studiosus actor iure communi inspecto, forum rei sequi debebit, vt alibi diximus, sed si Academicus Ma- 2 3

gistratus Conservatoriam quoque cognitionem habeat, tũc iux
ta conservatoriæ facultatem poterit reos ad suum forum trahere
dummodo non trahantur vltra diætas in conservatoria designa-
tas, aut si nulla de dictis mentio fiat, non vltra vnam diætam, iux
4 ta ea quæ scripsimus sup. cap. 28. per tot. Addo nunc Rebuf pri-
vileg. 161. vbi quid iuris in conservatore Regio Galliarum, quæ
conclusio in omnibus omninò causis procedit, tam civilibus, quã
pro iniurijs, & dãnis, nisi aliter in cõservatoria fuerit expressum,
cap. 5. Sess. 14. de reform. in Trid. addenda hic erunt, quæ scripsi-
mus de conservatoria, & ordinaria iurisdictione Scholæ-Magis-
tri sup. cap. 10. vsque ad cap. 20. Et notandum, ferè omnibus stu
5 dijs generalibus hos Conservatores concessos esse vt latè prose-
quitur Rebuf. privileg. 161. & 162. de nostro, & cæteris Hispa-
niæ Gymnasijs, & privileg. 149. vers. *Item quod*, vbi quòd in
Gymnasio Montis-Pessulano, ad quinque diætas protenditur
Conservatoria, Ossuald. lib. 17. com. cap. 20. lit. E.

6 Hoc loco operepretium erit subiungere, quid specialiter in
Gymnasio nostro cautum sit circa Conservatoriam potestatem,
& intra quas diætas, quod non omninò expeditum est. Nam pri-
mus Eugenius Pontifex anno 1431. Conservatoriam concessit
in amplissima forma, qua studiosis cæterisque de Vniversitatis
gremio permisit, quòd etiam si actores sint, in omnibus suis cau-
sis possint coram Scholæ-Magistro, vel Archiepiscopo Tole-
tano, aut Episcopo Legionensi, reos trahere, dummodo non vl-
7 tra quatuor diætas à fine diœcesis computandas trahantur. Dein
de anno 1484. Innocent. VIII. eandem Conservatoriam con-
firmavit.

8 Hæc iure Regio approbata fuerunt in dict. l. 18. tit. 7. lib. 1.
recopil. §. 2. Sed postea idem Innocentius VIII. ad Catholico-
rum Regum instantiam abrogavit hæc omnia, statuens neminem
vltra duas diætas trahi posse, ipsique Catholici Reges idem sta-
tuerunt, l. 19. & 20. tit. 7. lib. 1. recopil. quæ Regiæ leges neces-
riò ferri debuerunt, ad hoc vt dictum Innocentij decretũ in stu-
diosis laicis locum haberet, aliàs enim solos clericos comprehen-
dere potuisset nostræ Academiæ respectu, & similium (notabis
obiter quantum hæc omnia comprobent iurisdictionem Regiã,
& sententiam nostram de qua sup. cap. 21.) prædicti decreti Ori-
tificij seriem refert Azeved dict. l. 20.

9 Igitur ex prædictis videbatur, in studijs generalibus His-

paniæ

pæniæ non vltra duas diætas Conservatoriam extendi posse, nec reum trahi. Sed refragatur valde quòd quam plurimis aliorum Pontificum Bullis, qui Innocentio successerunt, apertè confirmatum est Eugenij privilegium de quatuor diætis, & in specie Iul. II. anno 1505. derogat prædicto Innocentij VIII. diplomati, de duobus diætis ad Regum Catholicorum instantiam cõcessi, vt ex eius verbis appareat in statutorum Salmanticensium novissima editione fol. 86. & sequentibus.

Ante huius difficultatis solutionem, investigare oportet, in 10
nostra Academia, & similibus quas sæculares esse probavimus, quis potestatem habeat ad id privilegium cõcedendum, vt actor possit reum ad suum forum, id est actoris, trahere? & ex traditis dict. cap. 21. facilè respondemus, inspiciendum esse, cui superiori subiectus sit reus, qui extrahendus est, & is poterit privilegium concedere actori, vt eum trahere possit, licèt ipse actor non sit subditus concedentis, hoc enim nil interest, cum etiam non subdito concedi privilegium possit, non autem adversus non subditum, vt alibi diximus, quæ sententia eleganter probatur ex Bart. in l. 2. de iurisdict. omn. iud. patetque evidenter: nam quomodo poterit Princeps sæcularis actori, licèt sibi subiectus sit, concedere, vt reum clericum à foro suo extrahat, cum reus omninò à Principis iurisdictione exemptus sit, contra verò poterit actori sive sibi subdito, sive etiam clerico concedere, vt reos laicos extrahere à proprio foro possit, quia scilicet rei in cuius præiudicium concedit privilegium, suæ potestatis existunt. Similiter in Pontifice dicemus, quod poterit actori sive clerico, sive laico cõcedere, vt rei clerici qui suæ iurisdictionis existunt, à proprio foro extrahantur: non tamen iustè poterit concedere clerico, aut 11
laico actori, vt reum laicum à proprio foro avocet; quòd quidem planissimè procedit, si Pontifex laico id privilegium daret, sed in clerico obstare videtur illa sententia interpretum aliquorum, quæ habet, potuisse Pontifices, quemadmodum clericos reos exemit à sæculari potestate, eos exemptos pronuntiavit, sic quoque eximere etiam si actores essent, & ita efficere vt reos laicos à proprio foro extraherent, ad not. in cap. si clericus laicum, de foro comp.

Respondetur tamen eam sententiã accipiendam, quoties reli 12
gionis causa id exposceret, sic necessariò vt aliter Dei Ecclesia decenter conservari non posset, quod in Christiana Republ. vix

con-

contingere poteſt, imò ſanctiſsime, & æquiſsime Eccleſiæ Antiſtites id recuſarunt, ne tota ferè temporalis dominatio ſubverteretur, & hoc modo temperandam crederem prędictam ſententiam, quòd ſcilicet in cauſis profanis Pontifex, ſaltim iuſtè, non poſsit reos laicos ad forum Eccleſiæ trahere, niſi ex magna religionis cauſa, quam ſententiam non obſcurè probant dict. cap. ſi clericus laicum de foro compet. cap. novit de iudic. cum ſimil. & iuxta hæc accipienda ſunt, quæ tradit ex Abbat. & alijs Balboa cap. 2. de iud. à num. 49.

13 Nunc reſtat, ea quæ diximus noſtræ dubitationi adaptare; credimus ergo, in reis laicis omninò ſervandas dictas Regias leges. 19. & 20. tit. 7. lib. 1. recop. Idcircò neque laicum, neque clericum ſtudioſum poſſe reos laicos vltra duas diætas trahere idque vſus forenſis admiſsit, in reis verò clericis affirmare non dubito, quòd trahi poſsint ab ſtudioſo quocumque, ſive clerico, ſive laico intra quatuor diætas, iuxta prædictum Iul. II. privilegium. Ratio ex dictis pendet quod ſcilicet rei laici, Principi laico ſubiecti ſunt, idcircò ipſo invito non extrahendi à proprio foro, & conſequenter eorum reſpectu non potuit operari Pontificium privilegium; in clericis autem reis Pontifici ſubiectis, optimè effectum ſortiri poteſt, non ſolùm reſpectu ſtudioſi clerici, ſed etiam laici, cum omibus conceſſum ſit expreſsè, & concedi etiam favore eorum poſsit, qui ſubditi non ſunt. Non obſtat quod prædictũ Iul. II. diploma generale ſit, & adverſus reos

14 cuiuſcumque, qualitatis ſint conceſſum: nam ſupra reſpondimus id in laicis invito Principe ſæculari, non poſſe licitè fieri, per Pontificem, niſi ex magna cauſa, quæ hic deeſt, nam ſtudiorum favor non adeò extendi debet, vt in perniciem ſubditorum Principis vergat, quod eveniret ſi à longiſsimo quatuor diætarũ ſpatio rei trahi poſſent, quæ ratio forſitam effecit, vt rariſsimè aut nunquam (quod credam) prædictum Iul. II. decretum in praxi

15 admiſſum fuerit, neque adverſus clericos. Illud notabis quod ex dictis liquido infertur, poſſe Principem, ſi prædicto Pontificis decreto rei laici extraherentur, id impedire, & Pontifici ſupplicationem interponere, vulgari forma in retentione Bullarum admiſſa.

16 Infertur quoque ex dictis, hanc rei extrahendi facultatem in ſtudio noſtro & ſimilibus, reſpectu rei laici Regiam eſſe reſpectu verò clerici Eccleſiaſticam, quod duplici modo limitandum

eſt

est. Primò, in causis spiritualibus, in quibus laicus reus de foro Ecclesiæ sunt, in his etenim studiosus reum extrahet potestate Pontificia, non Regia. Secundò in causis professionis, aut alijs in quibus clerici coram sæculari conveniuntur: nam tunc Regia non Pontificia potestate reos etiam clericos extrahi dicemus, vid. scripta sup. cap. 26.

Hæc novissima, & singularia de diætis scripsisse sufficiat, cætera sparsim hoc tractatu scripta reperies, quæ scopum nostrum attingunt, maximè cap. 28. & alia plura de diætarum definitione, natura, computatione, & similibus, penes scribentes in cap. nonnulli de rescrip. cap. statutum eodem tit. in 6. Marchesan. de comis. p. 1. cap. 6. à num. 93. Escobar de ratiocin. tom. 2. cõput. 12. Menoch. de arbitr. casu 162. Tusch. verbo *diæta*, Rebuf. l. 3. de verb. signif. & privileg. 149. 161. & 162. Ossuald. 17. com. cap. 20. lit. E Salgad. de reg. protect. p. 1. cap. 2. §. 5. à num 41. & per tot. Azeved. dict. l. 20. tit. 7. lib. 1. recopil. Parlad. quæst. 14. qui auctores rem in studiosis tractarunt. Bovad. lib. 2. cap. 19. num. 37. latissimè videndus Moneta de conservator. cap. 7. à num. 353. vsque ad 381. & num. 380. in scholaribus. 17

Nonnullos esse casus in quibus actor studiosus reum trahit vltra diætas, agitur specialiter de legato vel promissione ad studium.

CAPVT XLI.

NONNVLLI sunt casus, in quibus etiam vltra diætas vndecumque reus fuerit, conveniri poterit ab studioso actore coram Academico Magistratu, quos omnes, duplici tantùm regula adhibita, discernere seu cognoscere poteris; scilicet quoties cũque reus ab studioso in foro studij convenitur, non tam ratione privilegij Academici, quã quia ipse reus aliqua speciali ratione forum studij sortitus est, vel loti fuit ratione contractus, submissionis, destinatæ solutionis in loco studij, & studij quoque causa conveniatur, veleriam quocunque licèt studiosus agat, tamẽ reverà rei partes sustineat, 1 2 3 4 5 6 7 8

veluti si ab alieno iudice adversus studiosum procedatur, ab eoque studiosus spoliatus, aliave iniuria affectus sit, quæ exempla sigillatim explicabimus, in his enim omnibus absque vlla diætarum observatione, studiosus reos ad suum iudicem trahet elegãti ratione: quia videlicet in eis Academicus Magistratus, non vt Cõservator delegatusve cognoscit, sed vt ordinarius, cum reus suo facto eius fõrum sortitus sit; adeò quòdetsi daremus, Scholæ Magistrũ, Conservatorẽ nõ esse, adhuc cognoscere in prædictis casibus posset, sicut alius quilibet ordinarius, at sic est, quod diætarũ observatio minimè in ordinaria iurisdictione procedit, sed tantùm in Conservatoria, vt abundè probavimus, d. cap. 28. & alibi: ergo rectè dicemus, in prædictis casibus, etiam vltra diætas posse reos ab studiosis trahi. Rationem hanc & resolutionem eleganter probari puto in cap. dilecti 17. de foro comp. & cum Felino, & Innocent. ibidem eam præsensit in specie Academici Cõservatoris, Parlador. dict. quæst. 14 num. 3. vers. *hæc autem.*

4 Nunc restat, vt propositis exemplis rem hanc dilucidius explicemus, & in primis agere libet de celebri illa quæstione, legati scilicet studioso ad studium relicti; quam in specie disputavit Parlador. dict. quæst. 14. resolvens, posse studiosum, hæredes sive executores testamentarios vltra diætas ad forum studij trahere; quod probat hic auctor contortis, & malis rationibus, licet aliquantum veritatem subodereatur. Ego eius resolutioni adsentior, eamque probo ex supra traditis, nempè quod in hac specie Scholæ Magister, vt ordinarius iudex cognoscit, quo casu diætarum constitutiones cæsare probavimus, quòd autem cognitio ordinaria sit, probatur quia legatum ad studium in loco studij solvi debet, expensis hæredis, vel debitoris, text. elegans in l. sed si 52 §. si libertis de iudic. vbi Bartol. & cæteri, Angel. num. 5. Rebuf. privileg. 131. & seq. Vbi latè quòd licet non exprimatur, debet solvi in loco studij expensis debitoris, & quod non detrahitur falcidia, & deberur in principio anni, & ex minus solemni testamẽto, Iacobin. & alij relati à Surd. de alim. tit. 4. quæst. 16. num. fin. Simon de Pretis de vlt. vol. lib. 4. dub. 11. num. 108. At sic est quod legatum ibi peti potest, vbi eius solutio collata est, & forum sortitur hæres, sive debitor ratione solutionis legati, vel fideicommissi à testatore certo loco destinatæ, non solùm si expresse destinetur, sed etiam si tacitè legaverit ad studium, nec expresserit quòd in loco studij solvatur, vt nõ obs-

core probat dict. §. si libertis, & ex eo not. Bald. ibidem, Bartol. dict. l. si fideicommissum, Donel. lib. 17. com. cap. 15. lit. A. probatur etiam in dict. l. si fideicommissum, in princ. vers. *nisi*: ergò rectè poterit, vt iudex ordinarius Scholæ-Magister cognoscere, cum reus non virtute Conservatoriæ trahatur, sed ex foro ratione legati ad studium contracto dict. cap. dilecti de foro comp.

Obstat tamen quod si ratione tantùm destinatæ solutionis, 8
hæc sententia procederet, non semper reus cõveniri ab studioso posset coram Scholæ-Magistro, sed ita demũ si in loco studij inveniretur cap. 1. §. contrahentes de foro comp. in 6. iunct. communi opinione de qua Barbos. in l. hæres 19. §. 1. à num. 51. & per tot. de iudic. Responderi potest primo, eam sententiam procedere in contractibus, secus in vltimis voluntatibus de quibus loquimur, in quibus non est novum, vt favorabilius, & potentius verba testantis operentur, quàm contrahentis, de hoc tamẽ articulo vid. Donel. lib. 17. com. cap. 15. Balboa cap. fin. de foro comp. à num. 130.

Secundò, & verius forsan responderi posse credo, etiam in 9
contractibus falsam esse prædictam sententiam, vt inferius demonstrabimus; atque ita sive ex testamento, sive ex contractu debeatur aliquid ad studium, seu studij alimenta, conveniri poterit reus etiam vltra diætas in loco studij, etsi ibi non inveniatur, inducitur etenim prorogatio præsumpta ex eo quod studij causa relictum sit, vt eleganter insinuat dict. §. si libertis in fin.

Postremo noto, studiosum pro alimentis non cõtemplatione 10
studij relictis, non posse vltra diætas reum trahere, in dubio autem si studioso testator alimenta relinqueret, sciens studiosum esse, præsumerem studij causa relicta: ignorante verò testatore, 11
aut si aliàs non constet, studiosus probare debebit quod ad studium legatum fuit relictum. Notabis quoque legatum, seu promissionẽ ad certã vniversitatẽ, vel scientiã, non extẽdi ad aliã; sed si indefinitè legetur, vel promitatur ad quemlibet ex generalibus studijs, in quocũq; procedet resolutio supra tradita, quorum omnium ratio est, quia cũ forus ex destinata solutione causa studij 12
oriatur, cessante destinatione expressa, vel præsumpta, cessabit forus. Cætera quæ in hac quæstione dubitari possunt, vt puta quis dicatur studiosus, vt legatum petere possit? videnda suprà cap. 32. Parlad. dict. quæst. 14. num. 8. qui num. 11. disputat,

quid in ſtudioſo maiore 25. annis, de quo Gregor. Lop. l. 4. verbo *começaſſen*, tit. 7. p. 2. iniquè ſcripſit, eum qui poſt 25. annum ſtudia comminiſcitur, privilegia ſtudioſi non habere; neque ad
13 hoc legatum admitti, quod falſum puto. Quinimo ſi duo cæteris paribus concurrant maiorem natu præferendum, omnis & naturalis, & civilis ratio ſuadet, vndè minus benè contrarium Parlador. ſup. innuit; pro noſtra ſententia plura adducit Sylva nupt. lib. 5. num. 55. ad fin. Lara de anniverſ. lib. 1. cap. 7. num. 1. & ſeq.
14 Macrob 2. Saturnal. cap. 5. & lib. 7. cap. 10. Carol. Scriban. polit. chriſt. lib. 2. cap. 7. pag. mihi 142. & ſeq.

Ratione ſummiſſionis, contractus, ſolutionis, adminiſtrationis, continentiæ cauſæ non diuidendæ, quādo reus vltra diætas ab ſtudioſo trahi poſſit.

CAPVT XLII.

1 SECVNDVS caſus in quo vltra diætas ſtudioſus reum coram Academico iudice convenire poterit, ille erit, ſi forte reus, ratione ſubmiſsionis, contractus vè, deſtinatæ ſolutionis, aut exercitæ adminiſtrationis, forum Academicum fuerit ſortitus, de quibus ſingulis diligentius inſpiciamus.

Et primo quidem de ſubmiſsione ſit concluſio. Quoties quis
2 Academici iudicis iuriſdictionem prorogavit, ſive generali ſubmiſsione, ſive ſpeciali facta; ſive proprio foro renuntiaverit, ſive non, ſive abſque vlla ſubmiſsione, ſed facto ipſo conſenſerit in ſtudioſi iudicem, & litem conteſtatus fuerit, in his omnibus caſibus conveniri poterit etiam vltra diætas, ſive in loco ſtudij inveniatur, ſive non, l. 1. & 2. de iudic. vbi ſcribentes, prolixè licet doctè, Barboſ. ibidem, l. eſt receptum, de iuriſd. l. 32. verſ. *la oßava*, tit. 2. p. 3. Donel. & Oſſuald. lib. 17. com. cap. 10. diximus latè cap. 27. per tot. præcipuè num. 15. & ſeq. Vbi notavimus, quæ
3 requirantur vt ſubmiſsio, ſeu prorogatio valeat, tam in laico, quā

in

in clerico. adde in clerico, quod requiratur proprij Episcopi licentia, Covar. cap. 10. pract num. 5. vers. *octavo*, Azeved. l. 10. tit. 21. lib. 4. recopil num. 17.

Sed obstat quòd hodie apud nos iure Regio, ex l. 20. tit. 21. 4
lib. 4. recopil. cavetur, solam submissionē quantumcumque specialem non sufficere, vt reus conveniri possit extra proprium forum, nisi inveniatur in territorio iudicis, cui se submisit, vel ibidem bona habeat, vel etiam submissio sola supremis iudicibus fiat, vulgò, *Alcaldes de Corte, y Chancillerias*, aut denique nisi cū submissione concurrat, quòd ratione contractus, vel solutionis, vel alia de causa forum quoque fuerit sortitus in eodem tribunali; & quoàd submissiones generales in fine eiusdem legis cavetur, nihil proficere, nisi bona aut persona rei, in territorio inveniantur. Ex quo videtur quod in reis laicis, aut quoties Scholæ-Magister iurisdictionem regiam exerceat, hoc est quoties ei submissio facta fuerit, vt iudici Regio, iuxta quæ scripsimus dict. cap. 27. inutilis sit submissio, nisi reus in loco studij inveniatur, vel bona ibidem possideat, vel forum alia ex prædictis causis sortitus sit, quorum aliquid si concurrat cum submissione speciali (vel etiam generali, vt non obscurè colligo ex dict. leg. Regia) poterit studiosus reum in causis profanis coram Academico iudice convenire.

Dixi autem in causis profanis, & Regiæ iurisdictionis, quia 5
cum sæpè docuerimus, Scholæ-Magistrum nostrum, & Ecclesiasticum, & Regium iudicem esse, quoàd causas spirituales, poterit omissa Regiæ legis dispositione ius canonicum, & commune servare, quo attento rei trahi poterunt indistinctè virtute solius submissionis, vt diximus sup. num. 2. & iuxta hæc accipienda quoque sunt, quæ de submissione fideiussoris tradidimus suprà cap. 19 à num. 25.

Respondetur tamen prædictam Regiam legem non restrin- 6
gere conclusionem nostram nova, & subtili ratione, quia scilicet simul atque reus se Scholæ Magistri iurisdictioni submisit statim verum est Scholæ-Magistrum, vt ordinarium procedere, dict. cap. dilecti iunctis supra traditis, cap præced. & verò vt ordinarius territorium amplissimum, & absque vlla diætarum observatione habet, vt latè etiam suprà probavimus: ergo rectè sequitur semper reum in territorio Scholæ Magistri inveniri, & conveniri posse vltra diætas; quemadmodum si iste reus qui se

submissit studiosus esset, vide quæ latiùs pro hac ratione infrà dicemus.

7 Secunda conclusio. Quoties cum submissione speciali, vel generali concurrit solutio destinata in loco studij, aut contractus administratio vè ibidem gesta, quælibet vè alia causa ob quam forum, reus in loco submissionis, vltra submissionem contraxerit, vt puta si continentia causæ id efficiat, vt in exemplo fideiussoris, de quo dict cap. 39. in his omnibus casibus indistinctè omni iure attento, reus vltra diætas trahi poterit, licèt ibi non inveniatur, bona vè possideat. Hæc est receptissima sententia ex glos. in l. 1. verbo *pro non dato*, ff. si quis in ius vocat. Covar. cap. 10. practicar. num. 5. Gail. de pace publ. cap. 16. num. 32. Iass. omninò videndus in dict. l. 1 num. 9. ff. si quis in ius vocat. Barbos. l. 1. §. 1. à num. 43. de iudic. Mar. Socin. cap. dilecti num. 39. de foro comp. Menchac. lib. 3. controv. cap. 52. nu. 4. Donel. & Ossual. lib. 17. com. cap. 14. lit. G. & L. & licet aliqui ex prædictis loquãtur dumtaxat, quando cum submissione concurrit contractus ibidem gestus, tamen idem ipsi fatentur de loco solutionis negotiationis vè, vt rectè admonuit Covar. dict. num. 5. vers. *sexto*, & vers. *decimotertio*, Azeved. dict. l. 20. num. 17. & apertè probatur in l. 2. & 3. de reb. auctor. iudic. l. contraxisse de act. & obl. cap. dilecti, de foro comp. l. titium, §. tutores de administrat. tut. l. hæres 19. §. 1. vbi Barbos. num. 56. & 5. proinde à num. 57. de iudic. l. 32. vers. *la sexta*, tit. 2. p. 3. denique supra dicta conclusio iure Regio comprobatur, in dict. l. 20. vers. *y que otrosi*, tit. 21. lib. 4 recopilat.

8 Ratio huius conclusionis evidens est, nam si submissionem solam sufficere scripsimus sup. num. 2. à fortiori si alia fori contrahendi causa concurrat: quod argumentum concludit, si ponamus contractum in loco studij, & etiam studij causa factum, vel solutionem destinatam, aut administrationem gestam ex causa ad favorem studij pertinentem, tunc enim forus Academicus contrahitur ratione contractus, solutionis, vel negotiationis: nam si absolutè ex alia causa, tũc forus Academicus ex his causis non cõtrahitur, vt suprâ explicabimus, & sic sola submissio in consideratione erit.

9 Tertia, & postrema conclusio est, quando submissio, & renuntiatio deficiunt, studiosusque trahere vult reum vltra diætas, ob solam solutionem in loco studij destinatam, contractũ vè, aut

aut negotiationem gestam, & mirandum est quanta quamque varia & obscura scribentes in hoc tradiderint; nullum perlegi qui veritatem penitius assecutus mihi videretur, sed nullum qui aliquid veritatis non attigisset, igitur ex eorum varietate veritatem delibavi, ni fallor, & veluti in manipulum collegi, affirmo igitur reum solius contractus gesti, aut solutionis destinatæ, administrationisvè ratione, aut si alio quolibet modo forum sortiatur, puta ratione continentiæ causæ, in his omnibus conveniri posse, etsi ibi nõ inveniatur, nec bona possideat, hoc generaliter in quolibet reo iure communi; sed in studioso idem affirmamus, scilicet reum ex his causis vltra diætas trahere posse, licet neque bona intra diætas possideat, neque ibi inveniatur, dummodo cõtractus solutiovè destinata, aut administratio causa studij fiat nõ commercij, vel negotiationis sed ad studiosi necessitatem proue studiosus est pertinẽtis: hæc conclusio probatur apertè in l. 1. 2. & 3. ff. de reb. autor. iud. poss. l. hæres 19. §. 1. & 2. & § fin. l. argentarium, §. 1. de iudic. cap. Romana, §. contrahentes de foro comp. in 6. l. 32. vers. *la sexta*, & vers. *la catorcena*, tit. 2. p. 3. & elegantius, dict. l. sed si §. si libertis de iudic. 10

Neque obstat receptissima quædam opinio deducta ex dict. §. contrahentes, quæ habet, reum non debere remitti, nec trahi posse ad locum contractus, nisi ibi inveniatur. Nam respondetur primo, eam opinionem accipiẽdam de remissione personali, hoc est, quòd reus nullo modo remittendus sit, vinctus invitusvè ad locum cõtractus, alteriusvè fori ex dictis, hoc enim in civilibus, & inauditum est, & absurdum, vt eleganter notavit Donel. lib. 17. cap. 14. lit. F. inde rectè notantur Ioan. & Azo. alijque qui dixerunt remissionem præcisse faciendam, Covar. dict. cap. 10. num. 4. vers. *tertio* Barbos. dict §. 1. num. 32. & seq. Nos enim id minimè dicimus, sed quod affirmamus, reum conveniri posse etsi non ibi inveniatur, nec bona possideat, eum habet sensum, quòd scilicet literis requisitorijs ad iudicem domicilij missis citetur (quas requisitorias in nostro Scholæ Magistro minime necessarias credo ex dictis sup. cap. 28.) vt compareat, & defendatur, quòd si non comparuerit petere tunc actor, seu studiosus poterit, vt in possessionem ex primo, & secundo decreto mittatur, vt apertè decernitur, dict. §. contrahentes; vel etiam hoc remedio omisso, actionẽ principalem proponere, & quod reus absẽs condemnetur petere, quam electionem actor habet; etiam hodie 11

iure

iure Regio, l. 1. & seqq. tit. 11. lib. 1. recopilat. vbi Azeved. &
12 Avendañ. ab eodem relati. Denique hanc sententiam quam verissimam putamus, nobis tenuisse videntur Anton. de Burr. cap. vlt. num. 15. de foro comp. Abb. ibidem num. 35. Felin nu. 1. etsi dubius, idem Felin. dict. cap. dilecti num. 25. ad fin. eodem tit. Aretin. cons. 58. num. 4. doctè Marian. Socin. d. cap. dilecti
13 num. 25. ad fin. vers. *sed advertè.* Vbi cum judicio advertit, tunc principalem causam terminari posse, quando sine contestatione definiri potest, quasi diceret seruatis iuris solemnibus: nam si nõ posset, ex natura sua absque contestatione definiri, nec domicilij iudex eam definire poterit, quando autem causa sine contestatione definiri possit Donel. & Osswald. sup. sed & prædictam nostram sententiam amplectitur Rip. a cap. 1 de iudic. num. 66. qui inscitè limitat, non refragante iudice domicilij, etsi enim refragetur, compelli poterit à superiori Covar dict. cap. 10. num. 2. & fin. Azev. dict. l. 20. hanc quoque sententiam tuetur Colerus de proces. p. 2. cap. 1. num. 5. Vvlteius leg. 1. C. de iurisd. num. 27. Gregor. Lop. dict. l. 32. verb. *en aquella tierra*, Balboa dict. cap. fin. num. 122. de foro comp. Vbi quod etiam si nulla bona habeat reus in territorio, poterit iudex contractus, vel solutionis missionem pronuntiare, & per literas requisitorias exequi facere.
14 Hic tamen repeto, studiosorum iudicem vix vlla literarum, aut requisitionis ope indigere, cum enim vt iudex ordinarius pro territorio, Principis imperium habeat, vt probauimus supra dict cap. 28. & in his casibus, vt ordinarius procedat ratione fori & iurisdictionis prorogatæ ex facto ipsius rei, sequitur necessariò vt sua auctoritate possit reum condemnare, & sententiam exequi.

15 Quinimo subtiliter dici posset, esto quod in cæteris iudicibus verum esset, reum si in territorio non inveniretur conveniri non posse, adhuc in nostro Scholæ-Magistro secus foret, novissima ratione, quia scilicet, eo ipso quòd forum Academicum reus fortitus est suo facto, statim intra territorium Scholæ Magistri esse incipit quòcumque vadat, nisi Regni, aut Ecclesiæ fines excedat, vt diximus sup. dict. cap. 28. si igitur semper intra territorium Academicum est, semper dicemus conveniri, & trahi posse, nam semper invenitur in loco contractus hoc est in territorio.

16 Neque aduersus conclusionem supra traditam, obijci pote-

rit dict. l. 20. tit. 21. lib. 4 rec. op. quæ innuere videtur, neque submissionem sine foro contractus, aliove simili; neque forum sine submissione sufficere. Nam pessimè percipiet legis Regiæ sensum, qui eam sic intellexerit, in ea etenim solùm circa submissiones ius commune abrogàtum fuit, de foro verò contractus, & similibus intacta omnia relicta fuit; illud autem quod traditur in vers. *y que otrosi*, ibi, *excepto*, &c. non eo tendit, vt aliter non proficiat forus id est sine submissione, sed contra, hoc est, vt non aliter proficiat summissio, quàm si cum foro concurrat, qui legis Regiæ sensus cuicumque diligentius ipsius verba intuenti, sanus apparebit.

§. I.

De Clitellarijs vulgò Harrieros de estudiantes.

EX hucusque dictis facile inferes, quam certum sit, Clitellarios, mulionesvè, aut nuntios quoslibet, qui alimẽ 17
ta, aut quaslibet res alias studiosis tradendas transvehunt, conveniri coram Scholæ-Magistro posse, & trahi vndecumque degant, vel quocumque fugiant absque vlla diætarum observatione; & hoc sive se submisserint, sive non: nam sufficit, quòd rem studioso tradendam in loco studij, susceperint, quod in publicis mulionibus ex vnaquaque provincia destinatis, fortius & clarius procedit.

Sed pulchrè quæritur, si Clitellarius nuntiusvè agricola sit, 18
aut alias sic privilegiatus, qui proprio foro renuntiare non valeat, an adhuc vltra diætas extrahi possit? & distinguendum arbitror, si Clitellarius sit qui vehendi, & portandi officio fungatur, sine dubio trahi poterit vltra diætas; sin autem officiũ Clitellarij non habeat, sed mandatarij tantùm nomine rem studioso tradendam accepit, quia fortè ad studium ex aliqua causa confluebat, trahi non poterit, neque conveniri nisi in suo foro, etiam si ibi inveniatur iuxta scripta dict. cap. 27. & in valde simili specie distinctionem hanc assequutus est Collantes in pragm. lib. 3. cap. 6. iuxta quam accipiendus Autor Sylvæ lib. 2. resp. 16. cap. 4. Hæc distinctio in reo privilegiato procedit, in cæteris vide infra à num. 23.

Dixi sup. cap. 37. num. 36. hos Clitellarios foro studiosorũ 19
plenè gaudere, nunc id explico, si publicè id officium exerceãt, auctoritate Academici iudicis, & in matricula describantur, tunc

enim foro potiuntur non alias, quod extende, etiam attenta, l. 18. tit. 7. lib. 1. recopil. Quia ea lex tantùm famulis ſingulorum ſtudioſorum privilegium fori abſtulit, hi verò publici ſunt, vnius ſaltim provinciæ ſtudioſis miniſterium exhibentes, ac proinde in dict. l. non comprehenſi, quod praxis admiſsit. Sed obſtare
20 videtur quod Rebuf. privil. 77. & ex eo Oſſual. lib. 17. cap. 13. lit. F. tradunt ſcilicet patrem, propinquos, nuntios, ſeu muliores, qui viſendi ſtudioſi gratia, aut pecunias quid ve aliud deferendi ad ſtudiorum loca confluunt, ius revocandi domum habere. Reſp. hoc accipiendum, ſi non ab ſtudioſo, nec ob ſtudioſi inter eſſe conveniantur, ſed ab alio extraneo, ob aliam cauſam; tunc enim ius revocandi domum habebunt, in cauſis tamen ſtudioſi
21 conveniri ab ipſo poterunt coram ſtudij iudice. Rurſus prædictam doctrinam limita, in Clitellarijs, ſive mulionibus ſtudioſorum miniſterio, auctoritate iudicis deſtinatis, quos probabiliter credo hoc ius revocandi domum non habere, cum enim privilegio fori ſicuti ſtudioſi gaudeant, coram Academico iudice ex omni cauſa conveniri poterunt, vt ſtudioſi poſſunt.

22 De pœnis publicanorum, qui hos ſtudioſorum nuntios cogunt, vt vectigalia ſolvant de ſtudioſorum rebus, & quod iuramento ipſius nuntij ſtari debeat, & alijs in hanc rem vide Rebuf. privil. 146. cum duobus ſeq. & in proœm. conſt. Salmant. vbi immunitas refertur.

§. II.

De foro ratione contractus, deſtinatæ ſolutionis, rei ſitæ adminiſtrationis geſtæ, vltra ſtudij cauſam contracto, & an Conſeruator Academicus delegatus vè iudex, poſſint ex prædictis cauſis reum vltra dictas trahere, rurſus agitur de legato, vel donatione ad ſtudium.

23 OMNIA hucuſque ſcripta procedunt, vt notavimus quando contractus, ſolutio deſtinata, adminiſtrationeve, fit, deſtinatur, aut geritur in loco ſtudij, & cauſa etiam ſtudij. Videamus an etiam ſi non ſtudij cauſa hæc fiant, forus Academicus contrahatur, & credo non cõ-

trahi

trahi. Ratio est: quia forus qui ex his causis simpliciter contrahitur, omninò debet esse respectu iudicis ordinarij, qui loco & territorio verè & propriè præest, ratione etenim ipsius territorij cõtrahitur forus, ergo ad territorij proprium iudicem debet pertinere dict. cap. dilecti de foro compet. dict. l. 32. part. facit l. 1. circa princ. de offic. præf. vrb. ibi, *Quidquid igitur intra vrbem, admittitur ad præfectum vrbi videtur pertinere.*

Nec obstat, quod pluries in hoc tractatu dixerimus Academicos Magistratus, & ordinarios iudices esse, & territorium habere de quo cap. 9. & 28 sup. nam id vt prædictis locis explicuimus procedit quoàd causas suæ iurisdictionis, nec verè iudex loci, sive territorij appellari potest nisi qui civitati præest cuius sedes ordinaria appellatur, l. 4. C. de iurisdict. Igitur compertissimum habeo Scholæ Magistrum nostrum, neque vt ordinariũ, neque vt Conservatorem intra diætas territorium habere videri in ijs casibus in quibus de contrahendo foro ratione solius territorij agitur. Secus est in prorogatione sive submissione: nam hæc præcipuè contemplatione ipsius dignitatis, & iurisdictionis Academicæ fit, non territorij, vt supra docuimus. 24

Et hinc novè forsitam oritur ratio, cur scilicet delegatus, & Conservator, qui vltra certas diætas trahere reos non possunt, minimè ipsos trahere possint, licet intra diætas, res de qua lis est, sita sit, vel contractus gestus; sed solùm domicilij forum attendatur, glos. verb. *vnam diatã*, in cap. statutũ, §. cum verò, de rescriptis in 6. Monet. de Conser. c. 7. n. 62. vers. *dubium*, & n. 63. & melius n. 368. & seq. Et meo videri hæc sentẽtia expressè probatur in c. dilectus 29. de rescript. & in c. ex parte 15. de for. comp. vbi non sufficit rem sitam esse, nisi habitatio, & domicilium concurrant, pro quo expendo vers. *mandamus*, ibi: *Et mansionem habere*, & ibi, *in qua interdum consuevit commorari*, ex quibus satis apparet studiosum, non posse coram Scholæ Magistro reum trahere qui vltra diætas degit, ratione alterius ex prædictis foris, eo quòd territorij ratione forum contractum, non conveniat nisi loco: ũ ordinarijs. 25

Igitur quod ad nostrum tractatum interest, vix est, vt casus dari possit, in quo forus ratione loci, contractus, vel negotiationis, attendi debeat; sed solum inspici oportet, an negotium studij causa factum sit, & vt studiosus in studio ali, & morari commodè possit, & tunc indistincte reus vltra diætas conveniri po- 26

terit coram Scholæ-Magiſtro, vbicumque negotium geſtum vel ſolutio deſtinata ſit, ſive intra, ſive vltra diætas, denique vbicũque reus inveniatur, vt iam ſemel notavimus. Ratio eſt, quia inducitur tacita iuriſdictionis Academicæ prorrogatio ex expreſsione cauſæ, quòd ad ſtudiũ fiat, ſeu vt cõmodius ſtudioſus proficiat, d.l. 52 §. ſi libertis, ibi, *ex generis comparatione*, ſemel autem præſumpta prorogatione, nulla differentia dari poteſt, an intra diætas, vel vltra negotium geratur, cum virtute prorogationis præſumptæ, Scholæ-Magiſter trahat, non virtute ſoli ratione loci contracti. Item, vt ordinarius non vt conſeruator cognoſcat. d. cap. dilecti, de for. comp & diximus ſup. quando autem, vt ordinarius procedit, diætarum obſeruatio ceſſat, vt probauimus. Rurſus ſi certum eſt Conſeruatorem Academicum non poſſe trahere reum, qui vltra diætas domicilium habet, ratione rei ſitæ, vel contractus geſti intra diætas, vel alterius, ergo nil intereſt, an intra, an vltra diætas res agatur. Ceſſante verò ſtudij cauſa, reus ab ſtudioſo iure communi conveniendus erit, ſi vltra diætas domicilium habeat, etiam ſi intra diætas contraxerit, negotiumvè geſſerit, aut ſolutionem deſtinauerit.

27 Hinc extendenda veniunt ſcripta ſupra de legato ad ſtudiũ in loco ſtudij ſoluendo, vt procedant, non ſolùm quando nihil de ſolutionis loco expreſſum eſt, ſed etſi exprimatur, quòd in alio loco extra ſtudium, vel intra, vel vltra diætas, ſoluatur; ſemper enim conueniri poterit debitor ab ſtudioſo coram Scholæ-Magiſtro, vt in loco promiſſo legatum ſoluat, cum enim ex cau-
28 ſæ ſtudiorum expreſsione, prorogata iuriſdictio ſemel præſumatur, locus ſolutionis, ſeu forum in conſideratione non eſt, quemadmodum, ſi aliquis ſtudioſo centum annua ad ſtudium promitteret, ſéque expreſsè iudici Academico ſubmitteret, ſolutione in certum alium locum deſtinata, nemo negabit, competẽtem eſſe Scholæ-Magiſtrum, vt debitorem in loco promiſſo ſoluere compellat, aut in intereſſe condemnetur ſi alibi ſoluat, iuxta l. 1. C. vbi cõueniatur qui certo loco. Sic etiã idem de ſubmiſsione tacita ſiue præſumpta reſpondere debemus: tacita enim & expreſsa idem iudiciũ eadẽque poteſtas regulariter eſſe ſolet. Hæc omnia limita ſi reus ſit privilegiatus, qui ſuo foro renuntiare nõ poſsit, nam tunc non poterit trahi, neque ob legatum, neque ob ſumiſſionẽ niſi iuxta diſtinctionẽ ſup. n. 18. traditã vid. c. 27. n. 16.

29 Deniq; poteris in hoc articulo dubitare, an in dubio con-

tractus studij causa gestus dicatur, & quis probare debeat, & cũ actor studiosus sit, ei sine dubio incumbet huius qualitatis probatio, cuius virtute contra iuris regulam, reum à proprio foro auocare tentat; cæterum coniecturis, & præsumptionibus probare eam posse studiosum apertissimum est, pertinebit ergo ad ius dicentis officium, iuxta negotij, & personarum qualitatem arbitrari, an causa studij gestum dicatur necne? Quod si vrgeas, quis huius quæstionis iudex? Respondebo Scholæ-Magistrum, l. si quis ex aliena vbi not. de iurisdict. om. iud. nec antea posse reum trahere, aut quoquomodo citare, quàm studiosus qualitatem iurisdictionem tribuentem probauerit, aliàs ipsi impunè non parebitur, l. fin. de iurisdict. 30 31 32 33

Inferes quoque ex dictis, forum rationis rei sitæ, minimè in tractatione nostra considerabilem esse posse, is enim contrahitur fauore iudicis, qui territorio materialiter præest, igitur hic quoque distingue, vt in cæteris foris suprâ distinximus. Quod si ius commune, & Regium circa forum rei sitæ scire cupias, profusè scribentes in l. actor, C. vbi in rem act. l. 32. tit. 2. p. 3. Cuiac. l. 2. de reb. auctor. iud. in lib. 54. Paul. ad edict. & lib. 5. obs. cap. 19. Barbos. l. hæres, §. proinde, art. de for. rat. rei sit. de iudic. & quid obseruetur in annuis redditibus, Parlad. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 3. num. 14. 34 35

Differentia inter Academicum Conseruatorem, & cæteros, ad explicationem cap. 5. de reformat. Sess. 14 in Concil. Trident.

CAPVT XLIII.

SÆPE hoc libro scripsimus, Scholæ Magistrum, vt Conseruatorem Academicum posse reos intra diætas trahere, maximè in causis ciuilibus. Obst. Trident. Concil. Sess. 14. cap. 5. ibi: *In ciuilibus etiam causis, aliquem ei apud suos Conseruatores in iudicium trahere minimè liceat.* Sed & Gregor. Pontif XV. Motuproprio quem refert Barbos. de potest. Episcop. allegat. 106. idem cauetur indistinctè, scilicet exẽptos vti non posse Conseruatore aduersus laicos quando actores fuerint ipsi exempti, sed laicos coram suo iudice conuenire debere. Resp. primò, hæc in nostro Academico Conseruatore, & si- 1

milibus non procedere, ob exceptionem specifice factam ab ipso Concil. in eodem decreto vers. *Universitates autem.*

6 Sed tunc non leuiter refragatur, quòd à nobis supra huius capitis initio, & latius cap. 15. traditum est generaliter Conservatoria priuilegia, & concessiones, nullatenus concedi ad causas studiosi rei, sed actoris, hoc est cum ipse ob iniuriam, vel rem agit quæriturvè: ergo in cæteris Conservatoribus, inutilis, & supervacanea erit Conservatoris concessio, si neque quando actor est exemptus, quia id impedit Concilium, neque quando reus,
7 quia id non conceditur, vti Conservatoria potest. Resp. triplicẽ esse Conservatorum speciem. Aliam eorum qui iuxta iuris tantùm formam conceduntur, ad notorias violentias, & iniurias ex cap. fin. de offic. deleg. in 6. in his, non procedit Concil. Trident. dict. vers. *in ciuilibus*, patet: nam si solùm conceditur ad notorias violentias, & iniurias illi factas, aut faciendas cui Conservator datur, si his casibus non posset iniuriantem coram suo Conservatore trahere, inutilis esset concessio. Secundò: quia notoriè iniuriatus, vices rei agere videtur, arg. l. diffamari, C. de ingenuis manum. Notat & resolvit latiùs cum pluribus Monet. de Conserv. cap. 7. num. 338. & 339.

Alia Conservatorum species est, quæ continet, vt possit Cõservator in omnibus causis, etiam iudicialem indaginem requirẽtibus, cognoscere, nec additur quòd possit reos trahere, & in hoc casu procedit, dict. decretum Concil. nam Conservator ille, solũ
9 in ciuilibus cognitionem habebit, quando reus sit is cui Conservator datus est, quando verò actor reũ in suo foro cõuenire debebit. Rursus nec Conservator hic in criminalibus cognitionem vllam habebit, dict. cap. 5. in princ. & nos latius cap. seq.

8 Tertia denique species Conseruatoris est, quando apertè conceditur facultas reos in quibuscumque causis etiam iudicialẽ strepitum requirentibus trahendi, veluti in nostro Scholæ-Magistro, hic enim in dict. Concil. decreto comprehensus non fuit, non ob præfatam causam tantùm, scilicet quia specialiter exẽptus in litt. vers. *Vniuersitates*; sed quia Conservatoria potestas in Scholæ Magistro, aliàs inutilis esset, cum iure cõmuni ad causas reorũ strictioris iudicij ordinarius amplissimus existat. Denique
9 quia dictum Concilij decretum non procedit in Cõservatore cui expresse cõcessum est, vt reos trahere possit, quod latius explicat Monet. de Conserv. dict. cap. 7. à num. 337. vbi etiam explicat

plicat illam Concilij clausulam, *quibuscumque clausulis concessa*, & quomodo in causis civilibus procedat latissimè à n. 267.

Studiosus an possit reos coram Schola-Magistro in criminali causa trahere, & de iurisdictione Conseruatoru Academici in criminalibus.

CAPVT XLIV.

SVPEREST modò, vt videamus de iurisdictione Conseruatoris Academici in criminalibus. In quo articulo, conclusio sit. Cõservatorem minimè posse de causis criminalibus mixtisvè criminaliter cognoscere, neq; delicta punire, nisi id apertè in commissione concedatur, concedi autem posse certum est. Huius conclusionis ratio est, quòd Conservator non ad vindictam publicam datur, sed ad tuitionẽ privatam, denique probatur cap. 5. Sess. 14. de reform. in Trid. prosequitur latè cum plurib⁹ Monet. de Conserv. cap. 7. à nu. 253. & num. 265. quando specialiter criminalis cognitio mandatur, & num. 291. Ex quibus ipse auctor num. 259. non absque ratione concludit, Academicos Conservatores non posse de causis criminalibus cognoscere, & sanè in nostris Conservatorijs hoc verum credo cum nulla de criminali cognitione mentio fiat, nec obstare quod dicto Concilij decreto comprehensi non sint: nam hoc quod Conservatores criminalem potestatem non habeant, non tam procedit ex Concilij prohibitione, quàm ex natura ipsa iurisdictionis Conservatoriæ, quæ quantumcumque amplâ concedatur, cum tuitionem privatorum tantùm respiciat, vindictam publicam non comprehendit nisi de ea expressa mentio fiat. 2

Hanc traditionem, & doctrinam, quòd ad nostrum tractatũ spectat actione, vt procedat in studioso actore, qui reum non studiosum accusare vult coram Scholæ Magistro ob vulnus, puta, studioso illatum, secus erit in criminibus inter ipsos studiosos commissis, vel quando studiosus reus ab alio quocumque accusatur: nam tunc plenissimam cognitionem criminalem Scholæ- 3 4

Magister

Magister habet: quia vt ordinarius cognoscit, imò vindicta pu-
blica punitioque ad eum privativè spectat, vt toties docuimus.

5 Vlterius noto, in tantùm procedere supra dicta, vt nõ pos-
sit studiosus actor reum non subditum Scholæ-Magistro, coram
ipso accusare de crimine principaliter, & accessorie cumulando
privatum interesse; seu pariter civilem, & criminalem actionem
6 cumulans, ita ex pluribus benè resolvit Monet. dict. cap. 7. num.
260. & num. 255. de pœna pecuniaria fisco applicanda, quod
neque in eã ex prædictis causis condemnare possit.

7 Tertiò notatur, omnia supradicta procedere, sive reus quẽ
studiosus accusare intendit laicus sit, sive clericus, neque enim
in hoc vlla est differentia, cum Academicus Conservator non
ampliorem iurisdictionem habeat, in clericos non subditos, quã
in laicos; idcircò quemadmodum studiosus reum laicum coram
suo iudice accusare debet, sic clericum corã suo diœcesano, quod
ex dictis manifestè deducitur.

8 Quartò noto, quòd licet Scholæ Magister criminaliter in
causis criminalibus procedere non possit, quãdo studiosus actor
est, tamen si studiosus civiliter tãtũ agere velit pro delicto (quod
rectè fieri potest, l. fin. vbi glos. & scrib. de privat. delict. l. fin de
9 furtis, §. in summa, inst, de iniurijs) & vt damnum studioso factũ
resarciatur, optimè poterit Scholæ Magister cognoscere, & reus
coram eo tenebitur respondere. Ratio perspicua est: quia tunc
cum civiliter ad satisfationem damni iniuriæ vè agatur pro inter-
esse privato, verisimè & propriſsimè subintrat Conservatoria
potestas, cum ad hoc specialiter Conservator creetur, vt latè
probat Monet. dict. cap. 7. num. 291.

10 Sextò nota, quòd si lite civiliter intentata, reus contumax
sit, vel in Academicum Conservatorẽ, eiusve iurisdictionẽ de-
linquat, poterit Scholæ-Magister suam iurisdictionem pœnali
iudicio defendere, & adversus eam impedientes criminaliter pro-
cedere, eisque pœnas infligere, vt not. Monet. dict. cap. 7. num.
263. & nos latius suprâ cap. 6. à num. 39. & cap. 11. in princip.
11 Quod in tantùm verum est, vt adversus iurisdictionem Conser-
vatoriam impedientes, absque vlla diætarum observatione pro-
cedere possit, eosque punire, sive iudices sint, sive priuati vt præ-
dictis locis probamus.

12 Septimò nota, id quod diximus Conservatorem Academi-
cum criminalem cognitionem non habere, indistincte procede-
re. Hoc

rs. Hoc est, neque intra diætas, neque in ipsa Salmantica, posse cognoscere, & multo minus extra diætas, obstat namque ei po-
restatis defectus, qui omni loco eum ad cognoscendum inhabi- 13
lem reddit. Quod autem diximus posse ciuiliter de crimine cog-
noscere, intra diætas accipiendum est, non enim ampliores fines
Conservatoria iurisdictio habet.

Ex dictis inferes, quid iudices agere oporteat, quoties in hac 14
ciuitate (vt pluries pessimo fato contingit) vel alio quolibet lo-
co tumultus fit, cædesque aut vulnera infliguntur, delinquen-
tesque, studiosos, & laicos, aut clericos etiam, nõ subditos fuisse
dicitur: nam ad vindictã publicam, poterunt tres iudices inqui-
rere, & Episcopus pro clericis, & Regius iudex pro laicis non
studiosis, & Academicus Magistratus pro studiosis, tàm laicis, 15
quàm clericis, Episcopus quoque Salmant. pro clericis studiosis
suæ diœcesis. Et aduersus cæteros studiosos nullo modo alius iu-
dex procedere poterit, nisi Academicus, quod si inflagranti ab
alio capiantur, statim ad suum iudicem remitti debent, non igno
miniosè, vt iniquè & barbarè quidã faciũt, sed decentia cuiũq;
studioso, & professionis nudo nomini debita, omnisque de stu-
dioso emmẽda, siue ex officio, siue ad partis petitionem, siue ci-
vilis, siue criminalis, nò nisi corã Scholę Magistro summẽda est,
quod si secus fiat, poterit Scholę Magister aduersus quoscumq;
iudices, siue Ecclesiasticos, siue Sæculares, procedere, censuris
& pœnis, exceptis tantummodo Pontifice, aut eius Legato de 16
latere in Hispania, & Principe supremoque Regio Senatu, vno-
quoque in suis subditis, nullum alium excipio, neque Cardina-
lem, neque Archiepiscopum, neque Chancellariã Regiam, alios
ve similes, vt alibi diximus, quo loci etiam notauimus, qualiter
aduersum Vniuersitatem procedere debeat, resque trita est.

Scholæ vero Magister aduersus laicos clericosve non studio- 17
sos, nulla ex causa procedere poterit, ad capturam neque aliàs
criminaliter pro vindicta publica, nisi fortè inflagranti, & pro-
prio iudice absente capiat, & statim remittere captos nõ sibi sub
ditos debebit. poterit tamen ad petitionem studiosi ciuiliter de
crimine cognoscere, iuxta superius tradita, neque causæ conti-
nentia quidquam obstare poterit, cũ aliud sit criminaliter, aliud
ciuiliter agere, vt not. in tit. C. quand. ciui. act. Gregor. l. 21.
Glos. 7. tit. 9. p. 7. Farin. tom. 3. quæst. 105. à num. 28. Tusch.
verbo *criminalis*, Curia Filip. 3. p. §. 14. num. 6. Pichar. §. in

summa inst. de iniur. & hæc pro vt nos scribimus praxim Academicam accepisse testamur.

18 Facilè quoque ex dictis inferes, quid dicendum si studiosus, & non studiosus laicus, vel clericus simul delinquant: nam iuxta veriorem sententiã vnusquisque suo iudici remittendus erit, nisi causa indiuidua sit, talis scilicet quæ nisi vno dumtaxat tribunali agitari non possit, quod iã diu mihi durũ, & penè impossibile
19 visum est: nam vix reperietur casus taliter indiuiduus, videtamen Couar. cap. 34. pract. Mart. de iurisdict. 4. p. cas. 119. Bonad. lib. 2. cap. 17. à num. 90. Monet. de Conseru. dict. cap. 7. num. 553.

20 Si autem aliquis casus indiuiduus contigerit Academici Magistratus cognitio erit sine dubio, si socius studiosi laicus sit, Rebuf. priuileg. 106. vbi ad nauseam vsque fundat sententiam nostræ oppositam, sed in fine contrariũ in praxi affirmat, & in nostram opinionem inclinat, sin verò clericus sit socius, tunc si studiosus quoque clericus sit, Scholæ Magister cognoscet, quia in Scholæ Magistro duplex priuilegium concurrit, Ecclesiastica scilicet, & Academica iurisdictio: sin autem studiosus sit laicus,
21 & socius clericus ex communi sententia videtur ad Episcopum causam expectare, nisi causa mixti fori aut spiritualis sit, puta, sacrilegij, aut vsurarum, nam tunc cum Academicus iudex Ecclesiasticam quoq; iurisdictionem exerceat, ad ipsum omnis causa
22 expectabit. Quod limita nisi studiosus sit clericus diœcesis Salmantinę, nam tunc inter Episcopum, & Scholæ Magistrũ præuentioni locus erit iuxta alibi dicta.

23 Illud vtiliter quæri potest, an Academicus Conseruator ratione loci in quo delictũ cõmissum est, hoc est intra dietas, aut saltim ratione prorogationis, possit criminaliter cognoscere, aut reũ vltra diætas trahere? & quod ad forũ ratione delicti contractũ attinet, incũranter asseuerandum est, non contrahi, quia id contrahendi fori genus soli ordinario loci conuenit, non Cõservatori, vt fusè cap. præced. §. 2. probauimus, & in specie re-
24 soluit Monet. d. c. 7. n. 368. & 446. Ex prorogatione verò verbali, seu reali idem Moneta in cæteris Conseruatoribus scripsit, nullo modo prorogationem valere, in dict. cap. 7. num. 443. & seq. Ego tamen in nostro Scholæ Magistro non dubito prorogationem subsistere: nam moneta ait, ob id in cæteris Conseruatoribus in criminalibus prorogationem non dari, quia scilicet-

sola ciuilem iurisdictionem habent, nam si in commissione criminalis cognitio data esset ipse auctor faretur, prorogationi locum fore. At sic est, quod Salmanticensis Scholæ Magister, iudex quoque ordinarius est, & criminalem cognitionem habet, ergo prorogatio admitti debebit, quam sententiam verissimam credo, quoties generaliter prorogatio facta est, & quoties dubium extat, an Scholæ Magistri iurisdictio, vt Conseruatoris vel vt ordinarij prorogata sit, nam tunc censetur reus validè prorogare voluisse, vt probaui sup. cap. 27. sin autem expresè iurisdictionem Conseruatoriam, non ordinariam prorogaret reus, nulla esset prorogatio, & Monetæ opinioni locum facerem.

In tribus iudicijs familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quis sit iudex, si studiosus prouocet, vel prouocetur.

CAPVT XLV.

CVM in tractatu nostro multum intersit, an studiosus actor sit, an reus, vt sciamus coram quo iudice agere, vel conueniri debeat, non absre quæri poterit, in tribus iudicijs, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, & similibus quæ duplicia vocantur, quid dici oporteat, si studiosus vel prouocet, vel prouocetur, & breuissimè respondeo, studiosum qui prouocat, vt actorem quoàd forum omninò iudicandum, si verò prouocetur, vt reum: hanc regulam probo ex l. in tribus 13. de iudicijs, l. 2. §. in tribus, cõm. diuid. Vnde fit vt studiosus prouocatus, semper & absq; diætarum obseruatione, in studij foro conueniendus sit; cum verò prouocat, poterit intra diætas reos trahere, non vltra, nisi alia causa ex supra proximis cap. 9. traditis efficiat, vt reũ vndecũque trahat; quid autem iuris erit si duo socij hæredesve conueniendi sint, & alter intra, alter extra diætas moretur, vide infra cap. de litis consortibus.

Neque supra dictæ resolutioni obstat l. 2. l. inter cohæredes, §. 1. fam. ercisc. l. iudicium 10. fin. reg. aliaque iura congesta per

Barbos. dict. l. in tribus num. 1. quibus probatur, in his tribus iudicijs omnes quotquot litigant, & actores, & reos censeri: nam respondeo, id ad alios effectus procedere, quos latè explicant præter ordin. in dict. l. in tribus, & in cap. ex literis de probat. Barbos. in dict. l. in tribus, Ossuald. ad Don. lib. 19. com. cap. 2. lit. G. Paz in prax. 3. tom. cap. 1. §. 5. 6. & 7. Quoad forum verò non tantùm in studioso, sed in alio quocumque verisimum est actorem dici, qui primus provocauit; vt fusè cum pluribus explicat, & resoluit Marta de iurisdict. 4. p. cas. 142. Quod si vterque simul prouocet forte res dirimetur, l. 14. de iudic. latè Barbos. sup. & latissimè Pichard. in §. quædam 20. inst. de action.

De potestate Rectoris in causis inobedientiæ, vel reuerentiæ sibi non exhibitæ, an possit studios cogere sub pœna præstiti, quod è Gymnasio exeant. De multa, & an imponi possit ab Academico concilio. Quis possit Cathedris pribare. De salutatione Rectori intranti debita. An ad eam iureiurando possit constringere, & Cathedra vacante an possit aliquid statui super eius prouisione.

CAPVT XLVI.

QVO Tempore hæc excudebantur, Academica quæstio suborta est, non indigna, quæ suam nostri operis pagellam occupet. Candidatus, vulgò, *opositor*, ad Cathedram, cum extempore, vt moris est pro ea obtinenda recitaret, contingit, vt Rectori Academico intranti solitam reuerentiam non exhibuit, hoc est salutationem, & in recitando cessationem, vsque dum Rector suo loco sederet, deinde antequam pergeret candidatus ad recitationem, ad illum captata venia dicere *versabar illustrissime Rector*, &c. item alio antea die candidatus ipse in cuiusdam argumenti initio, dum veniam captaret, Collegiatos prætulit Magistris, & Doctoribus, priùs

illos

illos nominando. Hinc factum est, quod ab Academico concilio cathedra quam possidebat privaretur, & multa præterea damna tus est; deinde alijs de Academiæ gremio, qui in Gymnasio audi- tores prædictis aderant mulcta imposita, tanquam inobedientri- bus Rectoris præconi eadem die in Gymnasio publicato, ne vl- lus in matricula descriptus, lectioni interesset, sub pœna pra sti- tit iramenti de obediendo Rectori in licitis, & honestis: Itarian de pluribus dubitari cœpit.

Et primo quidē, circa *Rectoris* potestatem, non dubito quin iudex cōpetens sit in causa inobedientiæ, vel reuerentiæ sibi: ō exhibitæ maximè in actibus Cathedrarum prouisionem exp- &antibus, hoc abundè probauimus cap. 6. num. 9. vsque ad 18. & latè per totum caput, quòd in causis suæ iurisdictionis, iudex ordinarius est, & ius habet pœnę, & multę irrogendæ suamque iurisdictionem pœnali iudicio defendendi. Adde nūc circa eos, qui multam indicere possunt, l. aliud 131. §. 1. de verbor signif. vbi scribentes, latè Rebuf. & Alciat. Donel. & Offuald. lib. 23. cap. 10. & in Rectore Academico notanter Rebuf. privileg. 74. & 75. quo loci refert insignē *inuiduam* Rectoris Montis Pessu- lani aduersus Collegiatos *du Vergier*. Nota etiam in hoc articulo valde singularem text. in cap. ex literis de const. 2

Secundò de iustitia illius præcepti, quod omnis in matricula descriptus è Gymnasio exiret, merito dubitatum est, quin potius ego non dubito inobedientes saltim in conscientię foro dici nō posse eos, qui in Gymnasio perseuerarunt, neque in vllo peccā- se, quod probare poteris ex latè per nos traditis, sup. cap. 7. nu. 9. vsque ad 18. circa obligationem iuramenti, quod ab iu- dicibus 4 præstatur Rectori, sed & in exteriori foro probabile est, nullam inobedientiam commissam: nam auditores actui omninò licito, & notoriè permisso, & honesto aderant, à quo prohibebantur sine vlla causa, nec ob culpam candidati ipsos expelli à Gymna- sio equum esse videtur, denique iracundia, & calore publicatum fuisse decretum suspitionem addebat, vt veluti notoriè iniusto impunè non pareretur ex dictis dict. cap. 7. Quę sententia pro- culdubio vera est, in ijs qui recitationi aderāt, probabiliter cō- fulendi de idoneitate candidati: nā horum respectu eandem ferè iniquitatē continet, præceptū, ac contineret, si iudici iuberetur, vt nō audita partis allegatione, probationibusvè neglectis, iudi caret, quo casu nullum esse iudicium clamat, l. 4. C. de sentent. &

3

4

in-

5 interlocut.cum simil. Rursus in ijs qui vocem præconis non audierunt, clarius est inobedientiam non dari, & in dubio præsumitur non audisse, & iurijurando ipsorũ creditur, nam vox præconis paucis innotescit, & facilè euanescit, Authent.qui semel,
6 C.quo mod.& quand.iud.nouel.112.cap.3.& quod similes citationes contumacem non reddant, nec sufficiant ad multam Mathesilan.sing.132.Ossuald.lib.23.cap.2.lit.E.& latius lit. F.vbi plurimos refert.

Tertiò dubitatum fuit, an Academicum concilium potestatem
7 haberet has multas indicendi, & non posse certum est, si de cõcilio Academico loquamur sine Rectore, aut iudice ordinario, qui concilio præsit; simul autem cum Rectore poterit cum & ipse Rector solus possit in suis causis, & in ijs quæ simul cum cõcilio expedire debet, vnde verius dicemus semper ad Rectorẽ solùm multæ indicendæ iux expectare, nã ipse sine concilio eã imponit, concilium sine ipso non potest, neq; impositas etiam cum Rectore exequi, sed Rector solus, Imõ neque in conci'io
8 Academico hæc proponi debent, & iustius facturos credo, qui hanc causam ad concilium non expectare decreuerint, eamque Rectori remiserint, nisi dicatur Rectorẽ per modũ cõsilij, Academici concilij auctoritatem desiderare, non per modum iurisdictionis, vt ex l.humanum C.de leg.& alijs not.Azeu.in Curia
9 Pisan.lib.2.c.3.in princ. Hãc sententiam iure cõmuni probãt ex pluribus Auiles c.17.prætor glos.*las hara*,n 13. Curia Pis. lib.2.c.7.Bouad.l.3.c.8.n.103.& 106.& quòd multam indicere non possit nisi Magistratus, dict.l.aliud 131.§.1.iunct.Rebuf. vers. *Magistratus*, de verbor. signif. & quando iudices ob inobedientias, seu irreuerentias possint multã subditis imponere absque appellatione, & sine processu exequi, & alia bene Bouad.lib.3 pol t cap.1.a nu.49. vbi plora, & quando appellari possit, larè etiam Scacia de appellat.quæst.17.lim.3.nu.19.& limit.6.memb.4.num.128.& limit.47.memb.1.nm.182.

10 Quartò dubitatur, an Rector, Scholæ-Magister, aut Academicum concilium, priuare Cathedris semel obtentis possit? in quo ni fallor distinguẽdum est, aut agitur de pœna priuationis Cathedræ, à lege vel statuto imposita, vel etiam de inhabilitate oppositoris, ipsa lege vel statuto expressa, & tunc poterit Rector in suis causis, vel solus, vel cum Consiliarijs iuxta statuta ipsa, & Scholę-Magister in suis quoque causis, quas suis locis

distin-

distinximus in hoc tractatu, poterit inquam, vnusquisque ex præ-
dictis Cathedra priuare, vel inhabilem candidatum pronuncia-
re, quia hoc legis auctoritate faciunt, magisque executio quam
pœne impositio videtur. Aut agitur de priuatione Cathedræ im- 11
ponenda ob aliam culpam, statuto legeuè non expressam, vt in
presenti quæstione, & tunc neque Rectorem, neque Scholæ Ma-
gistrum, & multominus Academicum concilium, posse similem
pœnam imponere, sed id ad solum Principem eiusue supremum
senatum expectare, verius iudico, eo fortissimo argumento mo- 12
tus, quòd scilicet Cathedras conferre ad nullum eorum ex-
pectet, neque vnquam expectauerit, sed vniuerso studiosorum
gregi primum, nunc verò ad Hispanum Principem, cuius solius
est statuere, qui habiles, & idonei, qui inhabiles censeantur, &
consequenter pœna priuationis ad ipsum expectabit, non ad a- 13
lium, eius enim est priuare cuius est concedere, & omnis res per
quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur, facit opti-
mè quod sup. c. 22. a num 8. & cap. 21. à num. 142. scripsimus, ha-
rum scilicet Cathedrarum collationem, & ablationem in nostra
Academia, quæ *sæcularis* est, priuatiuè spectare ad Principem
etiam *respectu* clericorum, facit etiam quod cap 24. sup. à num. 14
27. docuimus, ad Principem ad quem spectat officia cõcedere,
ad eundem solum expectare reuocationem, & Syndicatum, ex c.
quorumdam 34. dist. cap. qualiter, & quando, el segundo, de ac-
cusat. & alijs.

Sed obstat quod *Rector*, & Academicum concilium possunt 15
studiosum matricula, & priuilegijs studij priuare. Rebuf. dict.
priuil. 74. & 75. text. singularis in c. ex literis de const. vbi no-
tant omnes: quo facto consequenter etiã Cathedra priuatus vi-
detur, vt notauit Bald. dict. cap. ex literis num. 14. Resp. veram
esse Baldi doctrinã, quando Cathedra ab ipso Rectore, seu Col-
legio Academico dari, & tolli potest, cum autem soli Principi
id competat, non credo Cathedram, vt accessorium venire posse
in matriculæ priuatione. Fateor quod si ab studiosis Cathedræ
conferrentur, posset Rector cum Consiliarijs tantùm, Cathedra
priuare, non tamen posset Doctorum Collegium. *Ratio* est, quia
Consiliariorũ concilium representat Scholasticorum grẽmium,
qui cum dare poterant, tollere etiam possent, & priuare ex cau-
sa. Doctorũ tamẽ Collegiũ, id non potest, quia nec cõferre, pro
qua sentẽtia expendo doctrinam Abbat. dict. c. ex literis n. 1.

Dec.

Dec.ibidem num.2.quod scilicet Doctores non possunt statue-
re in concernentibus scholares, neque scholares in concernen-
tibus Doctores, neque in causis ad illos expectantibus se intro-
mittere, cum ergo Cathedræ ad studiosos expectarent quoad
prouisionem, ergo & priuatio expectabat.

16 Quinto dubitatur, an candidatus deliquisset eo quòd con-
suetam salutationem omisisset, monitusque non semel eam ex-
hibere renuisset? in quo perspicuum est Rectori Academico ab
omnibus studiosis reuerentiam deberi, & intrant. salutationem,
quod iure communi in quocunque superiore notant omnes ex l.
2. C. de offi. diuer. iudic. & clarius ex l. 3. eod. tit. ibi: *Si nõ patue*
17 *rit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata*, faciũt
latè scripta per nos dict. cap. 24. à n. 82. vsque ad 135 Vide in
fero quòd si in Rectore Academico salutationis forma lege, aut
statuto expressa esset, eam non obseruasse candidatum, crimen
contineret; cum tamen iure statutoue expressa non sit videtur
candidatus iuri reuerentiali satisfeciisse, si aperto aut inclinato
capite *R*[illegible]em salutasset, quæ communior, & vsitatior salura-
tio est, quamque in Collegijs, concilijs, & Vniuersitatibus ciui-
tatum, fieri Magistratibus superioribus referunt Curia Pisana
18 lib. 2. cap. 1. Bruad. lib. 3. cap. 1. num. 45. Nam iure communi,
minimè illa omnia in salutatione continentur, nempè recita-
tionis cessatio, veniæ impetratio, & eorum quæ recitabãtur bre
uis enarratio, videtur ergo sine culpa omitti potuisse sed in con
trarium vrget, quod Rectori Academico ea salutationis forma
obseruata fuerit longo tempore, cumque in hisce articulis con-
suetudo primum locum occupet, vt plurib⁹ diximus sup. cap.
19 24. nu. 99 & 111. Videtur contra consuetudinem, candidatum
deliquisse. Sed adhuc subsistendum est, nam eod. cap. 24. n. 112.
& cap. 30. a num. 114. scripsimus, vrbanitatis, & reuerentię
20 actus, vt plurimum facultatis esse, ideòque imprescriptibiles, &
necessario probandum actus aliquos gestos animose obligandi,
quam sententiam tenuisse videtur supremus Regius senatus, qui
Collegiatis prohibuit, ne introeunte Rectore suo, in recitatio-
nibus cessarent, non obstante quod per plures annos factũ fuisset
21 scientibus, & patientibus omnibus Academicis Magistratibus,
& studiosis, nec dici poterit Rectoris Academici possessionem,
longiorem esse; nam esto quod id verum sit, certum quoque est,
22 vnius actus possessionem sufficere ad ius possessorium obtenen-

dum

dũ, vt diximus dict. cap. 24. n. 101. si actus prescriptibilis sit, sin 23
autem facultatiuus, neq; mille anni sufficiẽt. Si varias salutatio-
nis species desideras, per galeri demissionẽ, genuflexionẽ, terræ
osculũ, pedis, manus, vultus, perlege Ioan. de Platea in l. decurio
nes, C. de silentiar. lib. 12. Arilesius proœm. prætor. verb. *Salud*,
& de salutatione per osculum, l. 1. C. de domesticis lib. 12. adde
ex humanioribus literis Zerdam ad illud Virgil. 2. Æneï. vers.
260. *Oscula libauit natæ*, & de salutatione per innexionẽ vtriusq;
dextræ idem Zerda vers. 42. not. 11. de osculatione postiũ. & li-
minũ, Plautus, *limen superũ, & inferũ salue*, Lucretius, *foribus mi
ser oscula figit*, Pitheus, Lipsius, Turnebus, & alij cõgesti ab eodẽ
Zerda 2. Eneid. vers. 490. not. 7. de adoratione sedendo, & o-
perto capite Tertul. de oratione, Properr. lib. 2. Eleg. 28. *ante
tuosq; pedes illa ipsa adoperta sedebit*, & de salutatione per oscula
tionẽ dextræ, Apulei. li. 4. Milesiar. *admouẽtes oribus suis dextrã*, 24
priore digito in erectum pollicẽ residẽte, vbi plura Bercoldus: fuit
& singularis adorationis genus, incerare Deorũ genua, & Prin-
cipũ imagines, latè Roa Cordub lib. 4. sing. c. 3. vbi varias huius
ritus causas, quibus ego olim & illam addidi, aliquorum genua
inceraci, vt reminiscantur posse ipsos aliquando genibus flexis
supplicare, natura enim nó minus flexibilia fecit adorata, quàm
postrata genua.

Sed & illud etiam dubitabatur, quis competens iudex esset 25
ad reuocationem eorum, quæ à Rectore & Concilio gesta sunt.
Respondeo Scholæ-Magistrum, & ab eo supremum Regium Se-
natum priuatiue appellandum esse ex scriptis per nos cap. 21. n.
209. & seq. & nu. 185. & seq. & qui voluerit omisso Scholæ Ma-
gistro ad Principem appellare, rectè poterit: vid. ibidem n. 206.

Postremò dubitatum est, an Academicus Rector, Concilii- 26
vé, posset decernere, quòd omnes candidati, tẽpore quo sibi pũ-
cti per Rectorẽ ad recitãdũ assignarẽtur, iurarent, se veniã Re-
ctori exhibituros, illã scilicet quã supra retulimus: & quòd non
posse videtur colligi ex Bald. dict. Authent. habita num. 9. vers.
sed quid in Collegio, Felin. dict. cap. ex literis num. 2. Zabarel. n.
pen. & fin. Iacob. Rebuf. in l. hac lege, addit. 1. C. de aquæduct.
lib. 11. Secundo ex statuto 64. tit. 33. in nouissima edit one, cu- 27
ius hæc verba *Durando el tiempo de la vacatura de alguna Cathe-
dra, o esperando vacar, no se haga estatuto perteneciente á alguna co-
sa de la oposicion y prouision, y si se hiziere, sea de ningũ valor*. Quod

ſtatutũ iuri communi conſonat. l. leges 7. C. de legib. vbi Scrib. Nouel. 54 & 107. Felin. c. fin. de conſt. Tuſch. lit. L. concl. 264. vide ſup. c. 23. n. 17. iuſſu tamen Supremi Regalis Conſilij factũ eſt, vt Candidati ſolitam reuerentiã intranti Rectori exhibeant, cuius formam iam in huius capitis initio propoſuimus, & ideo hodie inpraxi ceſſat hęc noſtra tractatio, quatenus docuimus impunè omitti poſſe ſupradictam reuerentiam.

Obſpolium vel vim à iudice incompetenti illatam ſtudioſo, poſſe ſtudioſum vltra diætas erahere.

CAPVT XLVII.

POſtremũ caſum, in quo Scholæ-Magiſter vltra diętas cognoſcit, etiamſi ſtudioſus actor ſit, breuiſsime explicabimus. Is eſt cũ ſtudioſo vis iudicialis infertur, vel ex officio, vel ad inſtãtiã partis, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, ſiue à ſæculari, ſiue ab Eccleſiaſtico iudice: vis autẽ inferri videtur eo ipſo quòd adverſus ſtudioſum, vel eius bona procedit iudex alius quàm Academicus, his caſibus, & ſimilibus Scholę-Magiſter & inhibere, & punire iudicẽ, & cæteros poteſt, qui in Academicam iuriſdictionẽ deliquerunt, etiam vltra diætas: quia ob iniuriam iuriſdictioni Academicę factam inducitur prorogatio, vt millies ſcripſimus: item quia reuera in his caſibus ſtudioſus reus eſt, incurritque pœnã amiſsionis cauſæ, is qui corã alio iudice ſtudioſum moleſtia affecerit, Authẽt. habita, ad fin. C. ne fil. pro patre, vbi latè omnes, & nos alibi. Nec dicas idem dicendũ etiamſi ſtudioſus à priuato ſpoliaretur ex dictis c. 43. n. 1. ſup. nam in ſpolio priuato regula iuris communis eſt, ſpoliatum ſpoliantis forũ ſequi debere, Socin. l. rem quæ num. 11. C. de iuriſdict. Menoch. de recup. remed. 15. à num. 203. Cum autẽ ſtudioſus priuilegiũ aduerſus hoc ius commune non habeat, niſi intra diætas ex Conſeruatorijs, ſequitur quòd vltra diætas non poſsit reum ſpoliatorem trahere, niſi iudicialiter ſpolietur, quo caſu iuriſdictio Scholæ-Magiſtri contempta, & inhibitionis neceſsitas faciunt, quòd extra diætas trahi poſſit ſpoliator.

Si diœceſis, vel territorij loca diuiſa exiſtant, quædam intra diætas, quædam extra, & alia intermedia diœceſi, ſeparata, an ratione eorum, quæ intra diætas ſunt veniant quoq; loca extra diætas exiſtentia? & in ſpecie de Prioratibus Ordinũ D. Ioan. Alcantaræ, & D. Iacobi.

CAPVT XLVIII.

NOVISSIMAM, & ſingularem valde quæſtionem hoc loco addendam exiſtimavi. Diximus ſup. cap. 28. à num. 25. diætas Academici Conſervatoris computandas eſſe ab hac ciuitate, vel alia in qua ipſe exiſtat, ad finẽ diœceſis rei extrahendi, adde nũc non à Milliario, ſiue à porta dinumerationem incipere, ſed à continentibus ædificijs, hoc eſt, ab vltimo ædificio etiam ſi extra muros ſit, pro ea ſcilicet vrbis parte, quæ itermetiendum reſpicit, l. mille 154. l. 87. l. 2. de verbor. ſignif. Vide Oroſc. in l. 1. ſi quis caution. Sufficitq; quod menſura diætarũ, vel vno tantũ digito diœceſis limites contingat, illius ſcilicet in qua moratur reus, vt ex qualibet parte totius diœceſis trahi poſsit, Salgad. Eſcobar, & alij relati ſup. cap. 40. num. 17. His poſitis quæritur, an ſi diœceſis loca, diviſa fuerint, ita vt quædam diætarum finibus includantur, quædam verò non, ſed alia diœceſi intermedia ſeparentur, an propter hæc loca diætis incluſa, cæteras diœceſis partes comprehendi dicamus? & credo comprehendi. Primo ex l. æde ſacra. 73. §. 1. de contrahenda empt. Secundo ex l. 3. §. 11. de adquir. poſſeſ. ibi, *ſed ſufficit quamlibet partem eius fundi introire*, vbi optimè Gothofred. verbo *partem*. Tertio ex l. vulgaris 22. in principio, de furtis ibi, *nam & qui aurem alicuius tetigit, totum eum videri tetigiſſe*. Quarto ex l. Gaius 86. de leg. 2. ibi: *Si teſtator fundum Seianum vno nomine vniverſum poſſedit, quamvis eundem diverſis partibus locaverat, vniverſum eum ex cauſa fideicommiſſi præſtari oportere*, per quem textum notavit Zaſius lib. 2. reſpon. cap.

1

2

3

21. castri alicuius apprehensione, omnia alia corpora ad id castrum pertinentia apprehēsa intelligi. Quinto ex latè traditis per Barbos. allegat. 123. nu. 36. Lara de anniuer. lib. 1. cap. 10. à n. 15. Sexto ex l. si stillicidij 8. §. 1. cum sequentibus, quemad. ser
4 vit. ammitt. l. is qui 20. quibus mod. vsufr. amit. iūctis per nos cō gestis in appendice ad cap. 8. num. 36. sup. quibus omnibus probatur sufficere, quod ratione iurisdictionis, & iuris intellectu, vna sit diœcesis, licet pluribus territorijs divisa.

5 Hinc inferes, Emeritensem provinciam, vulgò, *el Maestrazgo de Santiago*, licet respectu principalis territorij, extra diætas existat, adhuc tamen ex ea trahi poterunt rei, ad Salmanticensis studij tribunal: quia nonnulla loca intra Salmanticensem diœcesim exiſtunt ad Priorem prædictæ provinciæ pertinentia, vt est Oppidum de *Berrueco Pardo*, & alia.

6 Quod sic accipe, vt non sufficiat quòd prædictus Prior non nulla iura, seu præminentias habeat, in prædictis locis; nam requiritur amplius, quòd iurisdictionem exerceat saltim cumulativè cum Episcopo, & hanc exemptam, & illi vt Priori Ordinis Divi Iacobi competentem.

7 Vndè etiam inferes, Civitatem, & Oppida *de la Vicaria de Xerez de los Cavalleros*, comprehendi intra diætas, & inde trahi posse reos, nam etsi prædictum territorium *de Xerez*, ad Pacensem Episcopum pertineat, pertinet quoque ad Prioratum Ordinis Divi Iacobi, qui Prioratus sub diætis clauditur ex dictis: nec inconvenit, vnum territorium, duplicem censeri respectu diversorum iudicum, Ossuald. lib. 17. comm. cap. 9. lit. C. & ideò diverso etiam iure iudicari: igitur provt Prioratus Ordinis Militaris Divi Iacobi est, comprehensus erit diætarum legibus, non vt Episcopatus Pacensis, quia hoc non consideratur cum is E-
8 piscopatus extra diætas exiſtat omninò. Quòd si daremus prædictam Civitatem *de Xerez*, exempli gratia, intra diætas existere formaliter, hoc est, absque vlla extensione, si scilicet diætarum mensura, Civitatis *de Xerez* terminos contingeret, tunc dicerem totam Pacensem diœcesim sub diætis exiſtere, & ab ea reos posse trahi, licet cætera Episcopatus loca absolutè ad Episcopum pertinentia, extra diætas existerēt, divisa, vel continua, quod ex supradictis facilè infertur, scilicet sufficere cumulativam iurisdictionem habere ratione Episcopatus in vno loco, vt tota diœcesis comprehendatur.

Rur-

Rursus infertur, quid dici oporteat, si quęratur an Prioratus 9
de Alcantara, Magacela, y Villanueua de la Serena, qui extra diœ-
tas existunt, sub dictis comprehendantur, ob id, quòd in hac Ci-
vitate, & eius diœcesi sunt aliqua loca exempta, ad prædictam
Ordinem pertinentia, vulgò *Priorato de Rollan, y la Madalena*,
idem dubitari potest in Ordine Divi Ioannis Hierosolimitani,
in quibus credo, diversimodè iudicandum esse, ab eo quod dixi-
mus in Prioratu Divi Iacobi: nam is vno tantùm capiti subijci-
tur, nempè Priori, vnicumq; territorium, & quasi diœcesim ha-
bet; in ordinibus verò Divi Ioannis, & Alcantaræ, secus esse, quia
scilicet plures sunt Priores, & quilibet Prioratus omninò ex ēp-
tus, & immediatè Pontifici, & cōsilio Ordinum, seu Assembleæ
subiectus, vt ex definitionibus constat: vndè diœtarum dinume-
ratio illum solùm Prioratum comprehendet, quem dimensione
facta contigerit, non cæteros, similiter quoque Prioratus *de Ro-
llan, y la Madalena*, nihil iurisdictionis commune habēt cum cæ-
teris Prioratibus, & consequenter ad eos extendi non poterit
diætarum observatio.

Porro ex dictis inferes, oppida *de Valencia, Cilleros*, & alia, 10
ad Ordinem Alcantarensem pertinentia, & simul ad Cauriensē
Episcopum, diætarum observatione adstringi, cum Caurienſis
Episcopatus sint, saltim cumulativè, Caurienſis autem Episco-
patus sub diætarum dinumeratione comprehendatur, ab eoque
rei trahi possint per studiosos coram Scholæ-Magistro.

*Vbi de criminibus studiosi, vel contractibus ante stu-
dium gestis, vel admissis agi oporteat. Rursus vbi de
criminibus, vel contractibus tempore studij commissis,
vel celebratis, finito studio agi debeat. Quando pater,
curator, vel si miles ex contractu studiosi in foro stu-
dij conueniantur, ad interpretationem l. 4.
tit. 7. lib. 1. l. 22. tit. 11. lib. 5. recop.*

CAPVT XLIX.

1 QVO tẽpore ſtudioſus foro gaudere incipiat, & quid de cauſis ante ſtudium geſtis, vel delictis admiſsis, & alia in hoc, latè explicuimus ſup. ca. 32. num. 30. vſque ad 49. & cap. 36. num. 6. Et nota iure com
2 muni ſtudioſum lites ante ſtudium cæptas ad Scholæ-Magiſtrũ trahere poſſe, Bologninus Authent. habita, num. 220. C. ne filius pro patre. Horaciusde privileg. Schol. privil. 66. Rebuf. privileg. 153. in princip. Barboſ. l. ſi quis poſtea num. 113, de iudicijs, de qua ſententia dubito ex congeſtis ab eodem Barboſ. nu. 117. & ſequentibus, vide ſcripta dict. cap. 32. num. 36.

Illud nunc proponere, & explicare libet, an ſcilicet ſtudij fo
3 ro gaudeat ſtudioſus poſt ſtudium? & quidem quando ſtudioſus actor eſt, iam fuſè explicatum manet, dict. cap. 32. num. 13. vſque ad 25. & in Appendice ad n. 14. & 19. Hoc loco diſputandum eſt, quando ſtudioſus reus eſt, an poſt ſtudium conveniri, vel puniri poſsit ab Academico iudice? in qua quęſtione concluſio ſit. Puniri & conveniri poſſe ob crimina vel contractus tempore ſtudij geſtos, quæ concluſio in Salmantica noſtra indubitata eſt, ex conſtitutione 23. §. verum, qua cavetur: *Studioſos delinquentes cuiuſcumque ordinis, vel qualitatis exiſtant, coram Scholaſtico conveniendos ratione contractus, vel delicti tempore ſtudij geſti, vel*
4 *admiſsi.* Rurſus prædicta conſtitutio procedit, ſive prævẽta fuerit iuriſdictio, ſeu iudicium cæptum antequam ſtudioſus abeat, ſive non, vt ex eius verbis apparet, in quo novè extenditur reg.
5 l. ſi quis poſtea, de iudic. Denique hic forus adverſus ſtudioſum abſentem, perpetuus erit, niſi tantùm temporis effluxerit, quod præſcriptioni criminis, vel obligationis ſufficiat.

6 Sed quid ſemota conſtitutione in cæteris ſtudijs generalibus iure communi attento dicemus? & quidem ſi ſtudij tempore vel etiam poſt abſentiam intra quinquenium (quod tempus ſtudioſus pro ſtudioſo habetur licet abſit, iuxta ſcripta dict. cap. 32. à num. 13.) lis cum ſtudioſo cæpta ſit, indiſtinctè trahendus erit ad ſtudij forum dict. l. ſi quis poſtea, cum vulgatis. Sin verò lis cæpta non fuerit, tunc diſtinguendum exiſtimo inter delicta, & contractus: nam in delictis tempore ſtudij commiſsis indiſtinctè credo ad Scholæ-Magiſtrum vindictam pertinere, apud quem deliquerunt, cuiuſque dignitas contempta fuit, l. final. de accuſation. l. de militibus 9. de cuſtodia reorum, l. magiſteriæ 6. C. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. C. de exhibendis reis, l. fin. C. de re milit.

lib. 12. l. 11. ti. 18. part. 4 l. 15. tit. 1. part. 7. l. 3. tit. 24. eadē part.
Videtur enim domicilium habere studiosus, vbi meret, l. muni- 7
ceps 23. §. 1. Ad municipalē In contractibus verò, rursus distin
guendum puto: nam si studiosus ratione studij contraxerit, hoc
est, ad aliment, vel alia studio necessaria, tunc de foro Academi
co fiet, etiam post studia peracta, si autem ex alia causa ab studij
ratione aliena contrahat finito studio in suo domicilio conue-
niendus erit, quæ omnia comprobare poteris, ex traditis supra
cap. 42. à num. 23. & per totum.

Ex dictis infero interpretationem ad quoddam supremi se- 8
natus decretum, in forma Regiæ provisionis expeditum anno
1567 Præsidente ipsi supremo senatui Illustrissimo illo, & sem-
piterna memoria digno D. Didaco de Espinosa, cuius subscrip-
tionem prædicta Regia provisio habet, simul & D. Ioannis Za
pata: ambo nostri Conchensis Collegij insignes alumni. Igitur
prædictum diploma Regium extat fol. 345. in statutis Salmam-
tinis eoque cavetur.

Que por razon de las deudas que los dichos estudiantes hizieren, 9
y contraxeren para sus alimentos, y alquileres de casas, è por las que hi
zieren y contraxeren por razon de los dichos vestidos, y libros neces sa-
rios auiendoles estado dado, y auiendo sacado los dichos vestidos, y li-
bros con licencia, y autoridad dada por escrito, y firmada del Iuez, que
por tiempo fuere del dicho estudio, è Vniuersidad, y del bachiller de pu-
pilos, en cuya casa estuuiere el dicho estudiante, y no teniendo bachiller
con sola del Iuez puedan ser los dicho estudiantes, y sus padres, y las
personas que à ello segun derecho fueren obligados, conuenidos y tray-
dos ante el Maestre Escuela y Iuez del estudio, aunque esten, y residan
fuera de las dos dietas, en qualquier parte y lugar que esten, è residan,
sin limitacion, ni distincion de leguas.

Hæc nova, & elegans Regia dispositio nonnulla notatu, & 10
explicatu digna desiderat. Et primò verba illa, *y las otras personas*
que por derecho á ello fueren obligados, intelligenda esse, de avo, de
curatore, tutore vè, sive alio cuius mandato studiosus ad studiū
missus est, l. 4. tit. 7. lib. 1. recopil. ibi, *ni otra persona que le viniere*
alli embiado, Gutierrez Authent. sacramenta num. 76. in fine, &
num 79. in curatore, & in Abbate, mittente Monachum, Due-
ñas regula 170. num. 3. latè Gratianus tom. 1. forens. cap. 60. à
num. 22. & 3. tom. cap. 436. per totum. vid. sup. cap 34. à nu. 13.

Secundò noto, clausulam illam, *aunque esten fuera de las dos* 11
dietas,

dietas, ad cæteras perſonas præter ſtudioſum pertinere, circa quas id noviter ſtatuitur, quòd ſcilicet vltra dietas trahi poſsint, nam in ſtudioſo, cum reus ſit in cauſis de quibus agimus, nulla dubitatio erat, quin abſque vlla diætarum obſervatione conveniri poſſet, cum de eo Scholæ-Magiſter non vt Conſervator, ſed vt ordinarius iudex cognoſcat, prout latè diximus ſupra, & explicat Salgado, de reg. protect. 1. p. cap. 2. §. 5. à num. 42.

12 Hic tamen illud bellè quæri poteſt, an ſi pater curatorvè, aut alius ob debitum ſtudioſi, ex hoc regio decreto conveniendus, clericus ſit, poſsit trahi vltra diætas? dubitationem movet, quòd dictum decretum, Regia diſpoſitio eſt, quæ clericos, & à Regia iuriſdictione omninò exemptos conſtringere non poſſe videtur, adhuc tamen aſſeverandum eſt, prædictam Regiam diſpoſitionem in clericis quoque ſervandam eſſe, cuius rei ratio nõ tam ex Regia poteſtate pendet, quàm quia eo ipſo quòd clericus curator, patervè, filium, aut minorem ad ſtudium miſsit, forum Academicum contraxiſſe videtur, ſeque obligaſſe iudici Academico ex prædictis cauſis, & conſequenter Scholæ Magiſter, vt ordinarius, non vt Conſervator, adverſus eum cognoſcet, &
13 hoc abſque diætarum obſervatione. Rurſus cum Scholæ-Magiſter iudex Eccleſiaſticus ſit, eius iuriſdictio Eccleſiaſtica iure per clericum prorogari poterit, quinimo & abſque vlla ſpeciali licentia prorogatio ſubſtinebitur ob favorem ſtudij, & quemadmodum in ſtudioſo clerico dicimus, quod abſque ſui Epiſcopi licentia Academico iudici ſubijcitur: quia ius canonicum ſtudij cauſam generaliter approbavit, Ab. quæſt. 6. & nos pluribus locis, ſic ſimiliter in curatore, vel patre clerico, ob identitatem rationis, & legis extenſionem.

14 Tertiò obſervo, prædictam Regiam diſpoſitionem, nõ tantum reſpexiſſe favorem creditorum, ſed potiſsimùm quoque ipſius ſtudioſi, vt ſcilicet inveniret alimenta faciliùs, & creditores ad mutuandum locandumque ſtudioſis promiores eſſent, ſi eos lex exactionis facilitate, & ſecuritate pecuniæ invitaret, vt elegantèr notavit Accurſ. l. ſed, & Iulianus 9. alias item 7. §. quod dicitur, ad Macedonianum. Rebuf. privil. § 8. Didac. Per. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. gloſ. vlt. verſ. fallit ſexto.

15 Quartò notandum eſt, hoc Regium decretum procedere pro contractibus tempore ſtudij geſtis, vel etiam eo quo ſtudioſus pro præſente habetur, & conveniri poſſe, tam ipſum ſtudioſum,

ſum, quàm eius patrem tutorem ve aut ſimiles, non ſolùm durante tempore ſtudiorum, ſed etiam quandocumque finito ſtudio, ſi tamen tribuat, & hoc licet in prædicto decreto non exprimatur, tamen aperte deducitur ex dicta conſtitutione 23. §. verum, iunctis per nos traditis in huius capitis initio.

Quintò animadvertendum eſt, prædicto decreto tria pro forma requiri, ad hoc vt pater, & ſimiles ex contractu ſtudioſi teneantur. Primùm, quòd debitum ſit ex cauſa alimentorum, librorum, veſtium, aut mercedis domus conductæ. Secundum, quòd verè in aliquam ex his rebus verſa ſit pecunia. Tertium, quòd decretum iudicis Academici intercedat, & etiam pedagogi, vulgò, *Bachiller de pupilos*, quod vltimum vſu abolitũ eſt, quia & ipſi pedagogi in vſu eſſe deſierunt.

Hæc omnia requiſita à creditore probanda erant, vtpote ſuæ actionis fundamenta, arg. l. 2. de probat. & in ſpecie quod probare verſum debeat, eſt, l. dominum 12. C. quod cum eo, §. cæterum 5. verſ. *ſed erit*, vbi notant omnes Inſt. eod. Anton. Fab. l. 1. in principio, l. 3. §. 1. & §. ſed ſi ſic, de in rem verſo, & quod decretum à creditore ſit probandum, l. quæcumque 15. §. fin. cum ſimilib. de public. in rem act. Socin. reg. 463. Alciat. reg. 3. præſump. 10. Maſcar. concl. 1321. Nec quidquam faciet ſtudioſi ipſius confeſsio quominùs creditor ab onere probandi releveretur, arg eorum quæ not. in l. cum quis §. codicillis deleg. 3. l. Lucius 90. §. quiſquis el 2. deleg. 2. ca. fin. de ſucceſ. abinteſt. Gutier. lib. 3. pract. quæſt. 96. Maſcar. concl. 359. Vnde infertur non ſufficere ad libros mutuaſſe ſtudioſo, vel quid ſimile, niſi auctoritas iudicis intercedat, nec adhuc ſufficiet decretum, niſi in rem quoque probetur verſum, nam cuiuſcumque ſolemnitatis defectus ipſo iure impediet actionem abſque vlla rei oppoſitione, elegans textus in l. cum hi 8. §. ſi prætor, de tranſact. cap. cũ dilecta, de reſcriptis, cap. quoniam contra, vbi Felin. vt lit. non conteſt. exornant. Vant. denullit. ex defectu proceſ. num. 54. & 55. Didac. Per. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. gloſ. vlt. verſ. *probatur ſecundo*. Et deinceps, vbi latè an decretum præcedere debeat, vel ſufficiat quòd ſequatur, & à iudice approbetur contractus cauſa cognita, quod verius eſt.

Et licet aliàs contra decretum agenti, ſive excipienti incũbat probatio, l. magis puto 5. §. manet, de reb eorum, l. etſi præ-

ſes 5. l ſi quidem 1 . vbi ſcribentes, C. eod. Molin. lib. 4. de maiorat. ca 4. num. 48. Galganet. de condit. 2 part. cap. 4. quæſt. 6. Gutier. de tutel. 2. p cap. 22. à num. 24. in noſtra tamen quæſtione hoc non procedit: quia nihil opus eſt reo decretum improbare, ſed tantùm quòd actor aliquam ex cæteris ſolemnitatibus
23 non probavit, cum ob id ſolùm inutiliter agatur. Cæterum ſi mihi proponas, ex ipſius decreti actis conſtare cætera requiſita, vt puta ſi ex cauſæ cognitione, vel decreto ipſo appareat, pecuniã in libros, vel alimentum ſtudioſi verſam, aliud dicendum erit, nec amplius quid quam deſiderabitur ex parte actoris, ſed reus probare debebit exceptiones, quas ſi non probaverit, condemnabi-
24 tur, dict. §. manet, cum cæteris nuper aductis num. 22. quando autem pro decreto præſumatur, quòd cæteræ ſolemnitates præceſſerint, vide apud Maſcar. concl. 1320. cum ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 132.

25 Sextò ſciendum eſt, in propoſita quæſtione nihil referre an creditor in dolo culpa vè fuerit, an bonam fidem habeat, indiſtincte namque ceſſabit huius ſtatuti privilegium adverſus patrem,
26 & ſimiles, niſi omnia ſupradicta concurrant. Nec obſtat dict. l. quæcunque 13. §. fin. de publ. in rem act. illa enim bona fides conſideratur, vt vſu capiendi conditionem, & fructuum acquiſitionem tribuat, non vt contractus valeat, vt Accurſ. gloſ. fin. & omnes ibidem notant.

27 Septimò prænotandum eſt, prædictam Regiam diſpoſitionẽ procedere, ſive ex conſenſu patris curatoriſvè, ſtudioſus in ſtudio moretur, ſive ipſis invitis cum enim impenſæ neceſſariæ, & vtiles ſint, taleſque quas etiam invitus pater exhibere tenetur conveniri poterit, imò etiam ſi invito patre ipſa pecunia mutuetur, vel debitum contrahatur, vt ex Acur. & alijs notat. Rebuf.
28 dicto privileg. 18. Dueñas reg 370. num. 2.

Nec obſtat l. 4. tit. 7. lib. 5. recop. qua diſponi videtur, patrẽ tutorem, aut ſimiles conveniri non poſſe ob debitum ſtudioſi ſine voluntate ipſius patris contracti: nam reſpondetur eam legem procedere, deficiente decreto cæteriſque requiſitis, de quibus in dicto Principis placito, concurrente verò decreto cæteriſque ſolemnitatibus nõ procedit dicta lex Regia, imò expreſſe abrogatur in dicta Reg. a proviſione verſ. *E cõ que aſsi miſmo lo que anſi ſe diere fiado à los dichos eſtudiantes, aunque ſea para ſus eſtudios, y libros, no ſiendo contra la dicha licencia del Iuez del Eſtudio.*

de lo

de lo que eſtuuiere dado en la dicha forma, ſe guarde lo proueydo en el capitulo de Cortes, del año de cincuẽta y dos, para que ſus padres, ni las otras perſonas no puedan por las tales deudas ſer oprimidos, ni compelidos à pagarlas. Quę verba duplex mẽdũ patenter continent: primum ibi. *año de cincuenta y dos*, ſcribi debet, *de quarenta y dos*, ex margine dict. l. 4. Didac. Per. d. verſ. *fallit ſexto*, Gutier. dict. Autenth. ſacramenta num. 77. Secundus error extat, ibi, *no ſiendo cõſtra la dicha licencia*, legi debet, *no ſiendo con la dicha licencia*, aliàs inſenſata, & barbara manet clauſula. 29 30

Octavo notandum erit, caſum reperiri in quo pater curator vè, aut ſimiles conveniri poterunt coram Scholę Magiſtro, iuxta dictæ proviſionis formam, etiamſi deficiat iudicis decretum, imò etiam cæteris requiſitis deficientibus, nempè ſi eorundẽ conſenſu, mandato, vel ratihabitione, debitum ſit contractum, qui conveniendi ſunt, hoc eſt ſi pater tutor, vel prælatus iubeat ratum vè habeat, l. ſi tamen 14. ad Macedon. l. 2. & fin. C. eod. l. 6. tit. 1. part. 5. & licet in his iuribus nihil de foro exprimatur, tamen eo ſolo quòd pater, curator vè, aut ſimiles, conveniuntur ex contractu filij, vel minoris, ibi ſe defendere debent vbi ipſe ſtudioſus, text. elegans in dict. l. hæres 19. §. apud ff. de iudicis. Idẽ probat ſi rectè percipiatur, dict. l. 4. tit. 7. lib. 1. recopil. Qua non id ius commune derogatur quo cautum erat, patrem etiamſi eo invito filius in ſtudio eſſet, teneri ob debitum cauſa ſtudij, ſed etiam ſi ex voluntate patris in ſtudio eſſet, ſi tamen ſine voluntate eius pecunia mutuetur, vel debitum contrahatur, hoc enim caſu prædicta lex iubet ne conveniatur, coram Scholæ-Magiſtro vel alio quocumque iudice. Igitur conſtat legis ſenſum eum eſſe quòd ſi pater ſpecialiter cõſentiat, conveniri poterit coram Scholæ-Magiſtro, per argumentum à contrario ſenſu, qui legis Regiæ ſenſus evidens fit ſi verba illa, *ſin voluntad de ſu padre*, referas ad illa, *preſtare dineros, ò vendiere fiado*, & referenda eſſe hoc modo, ſuadent verba illa, *ni otra perſona que lo quiere alli embiado*: ergo non loquitur lex quando voluntas defecit in miſsione ad ſtudium, ſed in mutuo, vel venditione. Planè ſub hoc caſu prohibitum quoque, & illud quando invito patre in ſtudio eſt, nemo dubitabit ſi conſenſus patris, vel ſimilium in cõtractu deficiat. Porro eam legem ferè ſic percepit Didac. Per. dict. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinament. verſ. *fallit ſexto*, & de ratihabitione latiſsimè verſ. *fallit nono*. 31 32 33 34

35 Nec obstabit prædictam Regiam provisionem quam explicamus extendendam non esse ad casum, de quo nō loquitur, nec argumentum à contrario ex dict l.4. recopil. desumi posse, cum abrogata sit per prædictam Regiam provisionem: nam respondeo extendi posse, & debere ad casum in quo iudicis decretum supletur licentia patris, sive eius qui studiosum misit ad studiū,
36 ob maioritatem rationis: nam iudicis decretum, & causæ cognitio subsidiariè desiderantur propter difficultatem requirendi cō sensus patris absentis, vt in l. bonorum *la segunda*, C. qui admitti l. minorum, C. de prædis minorum, l. si quis, C. de decurionibus, lib 10 l. 57. Tauri, vbi Castillo à num. 16. non ergo debet esse potentius subrogatum eo in cuius locum subrogatur. Denique si consensus vel ratihabitio patris cæterorum vè potentior est iudicis decreto, adeò quod nihil interest an vtiliter, vel invtiliter fi-
37 lius consumpserit, indistinctè enim eo casu conveniuntur pater tutor, vel similes, & absque vllius requisiti probatione, l. 5. vers. *sane*, C. ad Macedon. cur non dicemus efficacem quoque esse, vt cōveniri in foro Academico possint, ex dict. l. 19. §. apud Labeonem de iudicijs, denique nota iusta hanc resolutionem accipienda esse scripta per Rebuf. privileg. 77. & sequenti. supradictaq; à num. 29. iure communi procedere non dubitandum est.

38 Nonò observo, adeò necessariam esse probationē eius qualitatis, quòd in rem aliquam studioso necessariam, ex expressis in prædicto Regio decreto, pecunia consumpta fuit, quòd non sufficiat, verè in eam causam dedisse creditorem, & accepisse studiosum, si ipse studiosus postea dolo malo perdat, curiosus igitur esse debet creditor, vt in rem pecunia vertatur, l. 3. §. sed si
39 sic, de in rem verso. Nisi fortè sine dolo culpavè studiosi res pereat, nam tunc actio creditori conservatur, l. servus 17. ff. de in rem verso, Ang. §. præterea num. 2. inst. de in rem, vers. qui in specie nostra loquitur, explicant & prosequuntur latè Matienz. l. 22. tit. 11. lib. 5 recop. glos. 2. Felician. de cens. 2 p. lib. 2. cap. 3. num. 2. Sard. decis. 156 Mier. 4. p. quæst. 26. num. 33. Molin. lib 4 de primog. cap. 4. à num. 20. Greg. l. 24. verbo *entonces*, tit. 13. p. 5. Pinel. l. 2. p. 2. cap. 4. C. de rescind. à num. 68. Quesada
40 diversi. quæst. cap. 32. Apud quos diversas in hoc articulo sententias reperies, & quid dicendum, si studiosus creditorem decepit, de quo etiam Gutier. dict. Authent. sacramenta à num. 59.

41 Decimo observo, prædictam Regiam dispositionem extenden-

dendam, ad instrumẽta omnia præter libros studioso necessaria: item ad salaria, & mercedes famulorum, itinerum expensas, quæ studij causa fiunt, denique ad omnia quæ arbitrio iudicis, studioso iuxta personæ qualitatem necessaria videbuntur, & alimentoso nomine comprehendi solent, vide Rebuf. in l. 43. de verbor. signif. maximè col. 6. & 7. Garcia de expens. cap. 4. per totum. 42
Nota etiam in hoc qualitatem, & facultates patris, vel monasterij, vel cæterorũ, imò & ipsius studiosi ingenium inspiciendum esse, quod satis explicant, glos. & Gotofred. in dict. §. quod dicitur, cæteriq; infra n. 45. relati apud quos etiam quòd hæc omnia cessant in studioso vago, discolo, aut idiota.

Postremò noto, nil referre quòd studiosus alimenta à patre 43
vel Abbate, vel cæteris missa, dolo perdiderit: nam si postea egeat, creditor mutuans vendẽs vè, actionem habebit in patrem, vel similes, & prædicto Regio decreto vti poterit, cæteris con-
currentibus. Ratio est, quia licet dissipet filius alimenta semel ad 44
signata, tenetur pater iterum assignare, Bald. l. 1. §. ius naturale, de iust. & iur. Ioan Fab. inst. eod. in fin. princip. licet alij contra sentiant relati à Gomez Arias in l. 77. Taur. num. 2. & 3.

His circa prædictum Salmanticense statutum, Regiũ vè di- 45
ploma, animaduersis, non possumus, non aperire an iuri communi, & Regio consonet, an deviet & in quo? Et quod ad ius commune attinet, apertissimum est, patrem, & cæteros qui alendi studiosi obligationem habeat, obligari ex causis studiosi victui vestitui, & habitationi necessarijs, item & ob libros, & cætera studij instrumenta, l. 7. alias 9. §. quod dicitur ad Macedon. l Macedoniani 5. C. eod. l. 6. vers. *etrosi*, tit. 1. partita 5. tractant vltra ordinarios in dictis iuribus, Rebuf. privil. 53. & 58. & privileg. 59.
An mortuo patre de communi solvendæ sint expensæ in studio 46
factæ, idem Rebuf privil. 77. & seq. Duen. reg. 370. vbi ampliat, & limitat, Azeved & Matien. l. 22. tit. 11. lib. 5. recopil. Didac. Per. l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. vers. *fallit sexto*, Gutier. Authent. sacramenta à num. 71. & cons. 32. Olan. lit. M. num. final, Cassi. in l. cum oportet 1. parte num. 42. Pichard. §. actiones 10. num. 93. & § quidã 20. art. 3. n. 52. vbi de collatione expensarum, quæ in studio fiunt, instit. de actionibus, de quo latè Garcia de expensis 47
cap. 4 per tot. latè quoque Gracian. sup. num. 10. adductus, penes quos plures quæstiones reperies consultò hic omissas, quia nostri tractatus, qui de iurisdictione est, propriæ non sunt.

48 Licet autem certum ſit patrem, & cæteros teneri, vbi tamen conveniri debeant nullus diſputavit, ego credo iure communi inſpecto, tres caſus diſtinguendos eſſe. Primus eſt, cum is qui convenitur ſtudioſi tutor, curatorvè eſt, aut adminiſtrator, & in ſumma qui non ex re ſua, neque ſubſtantia, ſed ex bonis ſtudioſi, quæ adminiſtrat, convenitur, quo caſu, ſine dubio conveniendū eſſe apud Academicum iudicem affirmo. Ratio eſt, quia tutor vel quilibet adminiſtrator etiam ſi pater avusvè ſit, in prædictis caſibus non ex perſona, ſive obligatione ſua convenitur, ſed ex perſona, & obligatione pupilli, ſive minoris quos ex prædictis cauſis obligari non eſt dubium, cum ergo ex perſona ſtudioſorū conveniantur, & in bona ipſius ſtudioſi executio facienda ſit, conſtat apud iudicem ipſius ſtudioſi cauſam agi debere: nam re vera ipſe ſtudioſus convenitur, qui coram ſuo iudice convenien-
dus eſt. Secundus caſus eſt, in patre, avo, vel Abbate, vel ſimili-
49 bus, qui filium, nepotem, aut monachum, ad ſtudium miſerunt, eiſque alimenta ſubminiſtrare debent, non ex ſtudioſi ſubſtantia, ſed ex ſua propria, quo caſu probabilius, & æquius dici poteſt, ex prædictis alimentorum cauſis conveniri poſſe per creditorem coram Academico iudice, nam etſi inter hunc & ſuperiorē caſum illa non levis differentia verſetur, quòd ibi, ſtudioſus ipſe, & eius bona impetuntur, hic verò pater, vel alius ex propria perſona, & ſubſtantia convenitur, quod fieri nequit niſi ipſius conſenſus interveniat, toto tit. C. ne fil. pro patr. adhuc tamen cum quæſtio noſtra procedat in alimentis ad ſtudium, quæ pater miniſtrare ſolebat, vel debebat dict. §. quod dicitur iunct. gloſ. verb. *ſolebat*, ſimileſque expenſæ in rem patris verſæ dicantur, pro eiſq; actio
50 de in rem verſo competat, l. 3. §. proinde, l. pater 20. in princip. l. fin. in fin. de in rem verſ. l. filiusfamil. 19. verſ. *atquin*, eod. tit. & in ſtudioſo gloſ. marg. in dict. l. 3. §. proinde, Angel. §. præterea n. 2. inſt quod cum eo. denique cum actio de in rem verſo adverſus patrem & cæteros, qui alendi obligationem habent, detur ex contractu ipſius ſtudioſi, & quaſi ſi ipſe pater, & ſimiles contraxiſſent, aut ſtudioſus eorū mandato, l. 1. in princ. de in rē verſ §. fin. inſt. quodcum eo, ſequitur, quòd quemadmodū cum pater cō-
51 ſentit expreſsè filio contrahenti, ibi convenitur vbi filius ipſe, dict l. hæres 19. §. apud, de iudic. ſic etiam cum præſumitur conſenſus, licet expreſſus non adſit, actione de in rem verſo patrem

conve-

conveniendum esse in loco studij, vbi filius conveniri debet cer
tum est, quam casuum paritatem mihi bellissimè probat Iust. in
dict. § fin. i: *Quod in filij patris dominiue contractum fuerit quod*
in rem eius versum erit, directò posse à patre dominovè condici, tanquã
si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Denique idem Iustin.
in vers. seq. exequatur institoriam, & exercitoriam actionem,
prædictæ de in rem verso actioni, in illis autem patrem conve-
niendum in foro filij, apertè scribit Consultus in dict. §. apud La
beonem, ergo pariter in de in rem verso actione. Accedit deniq; 52
quod pater filium ad studia mittendo, tacitè id consensisse vide-
tur ne aliàs ob difficultatem conveniendi patris, filius non inve-
niret, qui sibi necessaria subministraret. Rebuf. privil. 155.

Ex dictis infero idem quod in actione de in rem verso dici- 53
mus, in actione de peculio procedere: nam quatenus in peculio
est pater convenitur, quasi si ipse contraxisset, quid autem pro-
bare debeat in hac actione vid. §. præterea inst. quod cum eo, in 54
actione verò negotiorũ gestorũ, quoad forum hæc minimè pro
cedere existimo arg. l. si pupilli 6. § sed si ego de neg. gest.

Tertius casus est quando invito, vel ignorante patre, vel si- 55
milibus scholaris in studio existit, cuius decisio anceps videtur,
ex eo quòd licet communiter receptũ sit etiam invitum patrẽ
ex his causis obligari, id tamen erit, vt in suo foro teneatur, non
in foro studij: nam vulgare est, non teneri patrem filio disci- 56
nas maiores docere, neque ad insignes Academias mittere, pro-
bant diffusè Menchaca de succes. creat. § 30 nu. 202. Richard.
dict §. quæ iam 29. art. 3. num. 55. & 56. Ioan. Garc. de expens.
cap. 4. à num. 45. vsque ad fin. qui auctor, num. 49. satis insi-
nuat contra Accurs. in dict. §. quod dicitur, patrem invitum non
teneri ad studiorum expensas. His tamen non obstantibus pro-
nior sum in contrariam sententiam Accursij, quæ veluti huma-
nissima, & æquissima receptior communiorque est, eamque am
plectuntur ferè omnes sup. num. 45. citati, pluresque alij quos
ipsi congerunt, & vltra adducta per ipsos, noto. Hanc senten-
tiam incunctanter veram esse, quoad eam quantitatem quam stu-
diosus in domicilio foret expensurus, quamque pater, Prælatus,
vel cæteri, tenebantur ipsi in domicilio præstare: tùm quia is cui
alimenta iure debentur non tenetur certo loco vivere, id enim
servire esset, non ali: tùm etiam quia regulariter non possunt pa-
rentes, prælatiue, filijs, vel monachis studia prohibere, neque in

exte-

57 exteriori, neque in interiori foro, imò peccaret lethaliter præfa-
tus vel pater, filio, vel monacho ad studium apto studia prohi-
bens, sine causa; vt tenent citati per nos sup. cap. 34. num. 15.
quoàd excessum verò sumptuum, qui in studio fiunt, æquissimũ
est, vt publicus studiorum favor id mereatur; maximè quia eo
ipso quod studium prohiberi non posse affirmamus, consequens
est dicere, alimenta quæ studioso respondeant deberi, ad eáque
58 patrem & cæteros Altores cogi posse. Denique ipse Ioan. Garc.
dict. cap. 3. num. 45. scribit, filium qui Salmanticam ire vult stu-
dij causa, posse patrem ad alimenta, & studij expensas cogere, si-
militer de cogendis prælatis, plura congessimus, dict. cap. 34. à
num. 14. Nec obstat sententia illa, quæ distinguit inter maiores,
& minores disciplinas, ad hasque non posse cogi parentes affir-
mat: nam id accipiendum est, vt post mortem patris, conferre fi-
59 lius teneatur, vel non, vel quando alimenta non à iure, sed ex le-
gato, puta, debentur, & sic intelligerem leges à Garc. vbi proxi-
mè adductas: nam nostra quæstio, indistinctè in omnibus disci-
plinis procedit, attenta semper qualitate, & facultate alendi, &
altoris, cæteriséque sup. num. 42. animadversis.

60 Extende hæc omnia quæ scripsimus in filio, sive in potesta-
te, sive emancipato, vt citati sup. num. 45. notant. Imò ad ille-
gitimos, & spurios, non sine ratione trahi potest, saltim ad eos
quibus iure Canonico alimenta debentur, eo addito quod in illé
61 gitimis nec tam facilè, nec tam latè, hæc procedent, ob laxiorem
& debiliorem alendi obligationem; sed arbitrio prudentis iudi-
cis res temperanda erit, vide Ioann. Garc. de expensis dict. cap.
3. num. 54.

62 Rursus extende omnia supra dicta scilicet quoties diximus
patrem, & similes conveniri in studio posse, procedere absque
diætarum observatione, quia Academicus Magistratus, vt ordi-
63 narius cognoscit, vt non semel probavimus. Denique scias, ex
tribus requisitis quæ sup. num. 16. desiderari diximus attento
Salmantino Regio statuto, iure communi duo tantùm desiderari,
nempè alimentorum causam, & quod verè versum sit; decretum
non desiderari, cum id in iure non exprimatur. Igitur prædictis
64 duobus concurrentibus, pater & similes trahi vltra diætas pro-
terunt, iis verò deficientibus minimè, neque intra neque vltra
diætas trahi poterunt, nisi tutor, curatorve, aut administrator sit,
qui non ex persona sua, sed ex ipsius studiosi contractu, & subs-
tantia

tantia conveniatur, in hoc enim casu, indistinctè administrator conveniri poterit, in omnibus casibus in quibus ipse studiosus obligari iure communi efficaciter potuit, & coram Scholæ-Magistro, & sine dictarum observatione ex dictis sup. n. 11. 65

Omnia supra dicta iure civili procedunt, & iure communi attento in studijs omnibus generalibus servanda erunt; iure tamen nostro Regio subverti videntur, ex dict. l. 4. tit. 7. lib. 1. recopilat. qua generaliter, & indistinctè prohibetur, ne pater, & similes teneantur ob debitum studiosi, nisi de ipsorum licentia cõtractum; qua lege ius commune abrogari fatentur ferè omnes supra num. 45. adducti, & ita servandam indistinctè tenuit Didac. Per dict. l. 1. tit. 8. lib. 3. glos. vlt. vers. *fallit sexto.*

Attamen Gregor Lop. dict. l. 6. glos. penult. tit. 1. p. 5. eam restringit, & ait accipiendam esse, quando in superflua studiosus consumpsit, quæ ex mutuo, vel venditione recepit. Hanc restrictionem impugnat Matienz. dict. l. 22. glos. 4. num. 4. tit. 11. lib. 5. recopil. & post ipsam impugnatam, in eandem continuò incidit, nam ait, quòd si pecunia versa fuerit in vtilitatem patris, vel in vtilitatem filij ad quam pater tenebatur, conveniri pater poterit; hoc autem si rectè perpendatur est, quod Gregor. Lop. scripsit: nam dicit dict. l. 4. procedere in superfluis & non procedere in expensis studio necessarijs, idcircò reducendam ad terminos dict. l. 6. tit. 1. p. 5. quæ ius commune approbat, eaq; cavetur ob expensas necessarias patrem teneri, idest de in rem verso vt sup. explicuimus. Quis ergo non videt Matienzum sententiam quam improbat statim approbare? porro eandem horum auctorum sententiam amplectuntur, Dueñas dict. regul. 370. in fin. Olan. dict. lit. M. num. fin. Castro in l. cum oportet 1. p. num. 42. effect. 1. Vbi notat quòd aliàs lex iniquitatem contineret, Gutier. dict. Authent. sacramenta, num. 78. & 80. qui num. 79. & sequentib. refert Salmanticæ ob hanc causam curatorem studiosi, in foro studij conventum, & condemnatum, & Pichard. dict. §. actiones 10. num. 93. inst. de action. testatur eam sententiam Salmanticensi Auditorio receptam, qua sententia admissa, vix est, vt vlla maneat differentia inter ius commune, & Regium, vt ex supra dictis appareat. 66 67

Ego si quidquam mei iudicij est, noto primum, hos interpretes non advertisse prædictam l. 4. minimè procedere in curatoribus, tutoribus, administratoribus, nec in ipso patre si filium in 68

ſtudio non ex paterna, ſed ex propria filij ſubſtantia alat: nam vt ſatis ſupra oſtendimus, in his caſibus non propriè alter pro ſtudioſo convenitur, ſed ſtudioſus ipſe, qui cum eadem lege maneat obligatus, impoſsibile eſt, quin adminiſtrator quoque eius nomine teneatur.

69 Hinc eſt quod meo iudicio plura adverſus curatorem cumulet Gutier. vbi proximè, minus aptè & ſuperfluò, vt ſe expediat à præd. l. Regia 4. tit. 7. lib. 5, eum ſufficeret dicere eam legẽ pertinere ad eos, qui ſtudioſum alunt in ſtudio, non ex ſtudioſi ſubſtantia, ſed ſua, vt conſtat ibi: *No tenga recurſo contra el padre, ni otra perſona que lo vuiere alli embiado*, iuncto ibi *ſino à la miſma parte*, at obſecro, ſi ipſe ſtudioſus tenetur, quomodo curator poteſt non teneri?

70 Rurſus noto, ſic intellectam prædictam Regiam legem, quòd ſcilicet ij qui alendi ſtudioſi obligationem habent, non teneantur, niſi conſentiant, reſtringendam eſſe, niſi in rem eorum verſum ſit, vel in rem ſtudioſi ad quam ipſi tenebantur, quod idem eſt ac ſi diceremus, ſi in ſtudio neceſſarias impenſas pecunia vertatur; & hoc modo amplectimur communem ſententiam ſuprà num. 67. relatam.

71 Adverſus quam adhuc non leviter obijci poſſunt verba, dictæ Regiæ proviſionis Salmanticenſis Academiæ ſup. nu. 28. tranſcripta, quibus confirmatur prædicta l. 4. vt procedat, *aunque ſea paraſus eſtudios, y libros*: ergo neque de in rem verſo actione vti
72 poterit creditor, & conſequenter falſa redditur communis ſentẽtia. Reſponderi poteſt prædicta verba ad Academiam Salmanticam tantùm reſtringenda, nam cum in ea non ſufficiat pecuniam verſam niſi decretum iudicis Academici, & cætera ibi requiſita concurrant, rectè exprimitur, ijs deficientibus ſolùm ſtudioſum teneri, in cæteris verò Academijs indubitata eſt communis ſentẽ
73 tia. Sed & in noſtra, dici poterit quòd licet verum ſit, creditorem adverſus patrem & cæteros, ſi decretum deficiat, agere non poſſe, attamen ſi verè neceſſaria ſtudioſo expenſa fuerit, & in rem patris, vel eius qui alere debebat verſa, iudex Academicus tenebitur decretum interponere parte petente: nam contra ius naturale eſt, alium cum alterius iactura fieri locupletiorem, decreto autem interpoſito, cum neceſſe non ſit, vt præcedat, ſed ſufficiat ſi ſequatur, vt ſuprà docuimus, poterit creditor non ſolùm ſtudioſum, ſed patrem, & ſimiles convenire.

Hucuſ-

Hucusque egimus de his qui ex persona studiosi conveniũ- 74
tur, nunc agamus breviter, quid si creditor studiosum solùm con
venire velit, & eum coram Academico iudice trahere? in hoc ca-
su, nullum omninò requisitum probare tenetur in Salmantica
nostra, ad Acàdemicam iurisdictionem fundandam, nisi quod ō
tractus gestus, vel crimen admissum studij tempore fuit, in cæte-
ris verò Academijs iure communi, iam diximus sup. num. 6.

At dices, si studiosus filius famil. sit, poterit Macedonianum 75
opponere, & excipere iure Regio, ex dict. l. 22. tit. 11. lib. 5. re-
copil. Item si minor sit, vel pupillus, opponet defectum auctori-
tatis tutoris, vel curatoris, aut in integrum restitutionis benefi-
cio vtetur, quo facto creditor tenebitur (si studiosus prædictas
qualitates probaverit) replicare ipse, & probare in rem studiosi
versum. Respondeo hæc omnia certissima esse, sed nihil ad iuris-
dictionis tractatum pertinere, cum hæc omnia coram Academi-
co iudice discutienda sint, respiciantque iustitiam contractuum,
non iurisdictionem iudicis. Illud dumtaxat observabis, nihil in 76
prædictis exceptionibus speciale reperiri in studiosis, sed omnia
proximè dicta eodem modo decidenda, eisdemque principijs,
quibus in *alio quocumque* debitore non studioso.

Nam quod Gutier. inscitè dubitavit an dict. l. 4. tit. 7. lib. 1. 77
recopil. abrogaretur, ampliaretur vè, dict. l. 22. tit. 11. lib. 5. vide
tur mihi profectò dubitatio iurisperito indigna. Vno verbo rẽ
explicabo. l. 22. prohibet quædam genera contractuum, vt suspe
ctorum, & improborum filijs famil. & patribus famil. minoribus,
& nonnullos contractus etiam maioribus. Hæc lex ad studiosos
quoque sine dubio pertinet, nam ad omnia personarum genera
lata est, in quibus qualitates requisitæ in dict. l. concurrant, di-
cta verò l. 7. *de los estudios*, nullo modo pertinet ad contractus il-
licitos, aut improbatos, sed ad validos & licitos, non tamen patri
aut ei qui alendi obligationem habet vtiles. Rursus hæc lex ad
solos studiosos, illa ad omnes alios pertinet. Item in d. l. 22. con-
tractus non valent, nec ipse filius, vel contrahens obligatur, sed
in dict l. 7 filius obligatur non tamen patrem, aut similes obli-
gat, & denique in dict. l. 7. *de los estudios*, lex parentum, & alio-
rũ causam prospexit, non ipsius contrahentis, at in dict. l. 22. ipso-
rum cõtrahentium causam. Exemplo rem concludam. Pone stu
diosum, debitum centum contraxisse, quorum quinquaginta ne-
cessaria erant ad studium, quinquaginta superflua, pro primis

quinquaginta pater, & filius obligantur, pro cæteris filius tantùm ex dict. l. 7. nisi probet ipse contractum illicitum fuisse, & ex prohibitis dict. l. 22. nam tunc in illo superfluo, neque filius tenebitur, de quo & ampliationibus, & limitat. latissimè Matienzo, & Azeved dict l. 22. Gutier. dict. consil. 321 & dict. Auth. sacramenta num. 47. vsque ad 86. Didac. Per. dict. l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. glos. vlt. vers. *Verum autem*, vbi per quindecim paginas explicat dict. l. 22.

Tractatur diffusè de studioso successore quoàd forum, & an litem cum defuncto cœptam avocet ad suum iudicem; quid in clerico, fisco, Legato, & aliis.

CAPVT L.

1 NON ignobilis quæstio est à nobis hoc loco expedienda, de foro scilicet studiosi successoris, an in defuncti domicilio respondere teneatur, vel privilegio proprio vti possit? Nunc tractemus de studioso successore vniversali, postea de singulari agemus. In hoc articulo prima sententia est, studiosum hæredem non teneri in domicilio defuncti respondere, adeò vt litem cœptam à defuncto possit ad Academicum tribunal avocare, vt in specie videtur sentire, Rebuf. privil. 153. qui limitat in feudo, & nisi studiosus ipse
2 sponte litem contestetur, quæ postrema limitatio falsa mihi apparet, nam si verum est, causam ad studij forum pertinere, non poterit studiosus suo facto eam alterius iudicis facere, cum suo foro renuntiare non possit, vt alibi probamus, nisi Rebuffum accipias, in optione iudicum quam studiosus habet, prout certè videtur ipse autor loqui, quo casu recte sibi præiudicare potest studiosus litis contestatione, veluti si optaret inter plures studij iudices eosque competentes. vid. sup. cap. 7. num. 3. & cap. 33. num. 21. & 22.

3 Igitur prædicta sententia Rebuffi probatur, primo ex alia relata sup. c. 49. n. 2. nempè studiosum litem cœptam antequam

studio-

studiosus esset, posse ad studij forum trahere, & hoc favore studiosus esset, posse ad studij forum trahere, & hoc favore studiorum inductum ne ab studijs à vocetur, at hæc ratio æquè militat in studioso successore, ergo idem ius. Accedit quod hæres, & defunctus vnius personæ vices agunt, ergo nil interest an studiosus, an defunctus litem cæperit. Tertiò probatur ex l. hæres 19. in princip. de iudic. ibi, *nullo q; suo proprio privilegio excusatur*, iuncta interpretatione de qua infrâ. Quartò probatur à similitudine, nam Legatus Romæ institutus heres ius revocandi domum habet, l. de eo 26. de iudicijs glos. dict. l. hæres 19. verbo *excusatur*, latissimè Barbos. num. 89. vsque ad 97. Quintò, & similiùs in clerico successore laici, quòd causam etiam cæptam à defuncto ad suum iudicem trahat, tenent Abb. Felin. & alij relati à Barbos. dict. l. 19. in princip. num. 133. & seq. Anguisol. cons. 59. lib. 3. Mart. de iurisdiction. 4. part. centur. 1. cas. 33. num. 11. & 12. vbi contrarijs respondet, & affert text. in cap. 2. & 3. cap. experientiæ 11. quæst. 1. Deniquè in fisco quod idem privilegium habeat, probari videtur ex l. si constante 24 §. fin. solut. matr. vbi notarunt plures relati à Barbos. vbi proximè n. 136. quibus addo l. cum quidam 17. §. si debitores, de vsur. & hanc sententiam pro fisco acriter tuetur. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. num. 11. Item si studiosus expressè renuntians foro nihil agit quantomagis inutilis erit renuntiatio præsumpta ex quasi contractu additionis; at sic est quòd hæres obligari non potest nisi ex causa hac, ergo si ea in studioso inutilis, ex nulla tenebitur. Ex quibus satis probabilis apparet hæc sententia. 4

Contrariam omninò sententiam, videlicet indistinctè studiosum successorem nullo proprio privilegio frui, si vt successori cõveniatur tenuit in studioso Donel. lib. 17. com. cap. 11. iunct. cap. 18. lit. B. vbi Osswald. pro Donel affert Pac. in Authent. habita cap. 10. num. 3. impugnantem Rebuf. dict. privil. 153. contrariæ sententiæ fautorem. Diffusè quoque probari potest ex alia communi sententia, quæ id habet in fisco, Legato, & clerico de qua latissimè Barbos. dict. l. hæres 19. in princip. de iudic. à num. 99. & num. 103. in fisco, & contrariæ sententiæ fundamentis respondet num. 123. vsque ad 126. & num. 140. & sequent. respondet ad dict. l. si constante §. fin. & num. 156. explicat dict. l. cum quidam §. si debitores, de vsur. & vltra eum expendo pro hac sententia eamdem legem, cum quidam, §. fiscus, vers. *cum autem in loco privati*, ff. eodem, vbi glos. omninò 7 8

videnda. In Legato idem Barbos. num. 96. In clerico à num. 104. vsque ad 113. & ab eo relatis addo quos refert Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. num. 167. lit. F. pro hac sententia expendi solet, leg. 57. tit. 6. p. 1. Eam tamen sic absolutè intellectam minus probabilem, imò falsam puto, & sanè prope inane privilegium studiosis esset, si vt hæredes, vel successores eo non vterentur, cum plerăque eorum causæ eius generis sint, vel ex successione vniversali, vel singulari provenientes.

9 Succedit tertia sententia, quæ omnibus probabilior, & praxi receptior est, nempè studiosum successorem, omninò coram suo iudice Academico conveniendum, quando noua actio proponitur, sive realis, sive personalis, sive mixta: litem verò cæptam, seu instantiam in studiosum transire, idcirco vbi cæptum est iudicium, ibi eum prosequendum. Hæc sententia apertè probatur, dict. l. hæres 19. in princip. iuncta interpretatione nostra de qua infra, & l. si is qui Romæ 34. l. tam ex contractibus 57. de iudic. sed & eam non minus probat dict. l. 57. tit. 6. part. 1. iuxta emmendationem Gregorianam, ibidem verbo *demanda*, quam etiam sine emmendatione, hanc nostram sententiam fovere, tenet Olan. in concord. num. 28. lit. C. & pro dict. l Regiæ sensu, vide Covar. & cæteros statim citandos.

10 Rursus hæc eadem sententia probatur ex ea quæ idem tenet in fisco & clerico, quam professa manu tuetur Barbos. dict. l. 19.
11 in princ. à num. 129. vsque ad 175. maximè à num. 166. Quem autorem nunquam pigebit legisse eum qui ferre legendum poterit, & relatis à Barbos. addo Surd. dec. 110. per tot. Bovad. cum pluribus, dict. lib. 2. polit. cap. 18. num. 165. Zevall. lib. 1. cõm. quæst. 36. & 37. Paz in prax. 3. p. 2. tom. cap. vnic. num. 1. Par-
12 lad. lib. 2. cap. fin. 2. p. §. 1. à num. 8. Qui omnes loquuntur etiam in executione instrumenti Covar. quoque cap. 8. pract. num. 5. latè Olan. in concord. lit. C. num. 26. vsque ad 36. Gracian. discept. forens. cap. 16 per tot. præcipuè num. 31. Guzman de evi-
13 ction. quæst. 8. maximè num. 12. & per tot. qui videndus pro contrariorum solutione, Collantes Pradilla & alij relati dict. ca. 32. num. 34. & lis cæpta quando dicatur Barbos. vbi sup. nu. 23. vsque ad 29. Covar. & alij relati ab eodem Barbos. num. 143 & seq. & iuxta hęc accipienda sunt alia ab eodem scripta num. 127. & seq. Nempè quòd creditores defuncti procedere hanc nostrã distinctionem, & sententiam: nam in legatarijs indistinctè verum

est

est ad studij, vel clericiforum trahendos cum eorum respectu lis
cæpta esse non possit cum defuncto. Nec quidquam facit quasi 14
contractus in aditione hæreditatis initus, ob rationes ab eodem
Barbos. traditas num. 152. & seq. Porro nec differentia ab eodē 15
scripta num. 158. inter privilegium principale ratione personæ,
& non ratione personæ concessum, adaptari potest studiosis,
quorum privilegium publicam causam habere palàm est. Postre 16
mo hæc nostra sententia quatenus habet studiosum successorē
coram Academico iudice conveniendum in causis non cæptis
confirmatur ex omnibus prioris sententiæ fundamentis suprà
num. 3. & seq. adductis.

Non obstant fundamenta prioris sententiæ, quatenus suadent etiam lites cæptas posse studiosos avocare: nam ad pleraq; respondent auctores in secunda sententia adducti; ad fundamentum verò deductum ex illa opinione quæ habet, studiosum litē cum ipso cęptam antequam studiosus esset, posse ad studium trahere, & sic similiter si cū defuncto fuerit acceptū iudiciū, respōderi meo iudicio non potest, nisi negemus eam quoque sententiam veritati niti, vt suprà insinuavimus num. 1. & cap. 32. num. 34. & 35. Credimus namque veriorem esse opinionem, quod studiosus præventas ante studium causas minimè ad studium trahat, nisi privilegium fori id expressè contineat, ratio est quòd iure communi id expressè prohibetur in dict. l. si quis postea de iudic. ibi, *miles vel alterius fori*, & l. cum quædam puella, de iurisd nec disparitatis ratio congrua dari potest inter militē agricolā similesq; & studiosū, in quibus sine dubio est procedere regulā d. l. si quis postea, & quod magis est in clericis saltim in civilibus, vt latè ibi Barbos. à num. 200. Deniq; contraria sententia etsi studiosorum favorem contineat, tamen fraudibus maximam occasionem præbet, vt notavi dict. cap. 32. num. 35. sup.

Vndè infero, quòd si alicui prædicta sententia placeat, scilicet studiosum causas ante studium cæptas ad studij tribunal trahere posse, consequenter amplecti debet eamdem sententiam in lite cæpta à defuncto cui studiosus succedit, l. 9. §. nihil, de edēdo, & denique omnes penitus rationes pro studioso in vtraque sententia pariter concurrunt: nam favor studiorū, & ne à litteris studiosi avocentur, æque militant in vtroque casu. Rursus in lite 20
cæpta cum defuncto licèt ea differentia versari videatur, quòd scilicet non debet ex persona hæredis obligationis conditio mu-

tati

tari, l. 2. §. ex his de verb. oblig. nec deterior fieri contrahentis conditio, l. apud Iul. §. si pupillus, ex quibus causis in poss. Barbos. dict. l. si quis postea num. 148. At hæc fortius vrgent in ipso studioso, qui facto suo proprio deteriorem redit creditoris conditionem, & quod iniustius videtur, postquam præventus. & citatus ad causam fuit, quo casu maxima fraus & præsumptio oritur. Igitur qui in hac specie dixerit, studiosum lites cæptas trahere, à fortiori idem in lite cum defuncto cæpta fateri debet.

21 Obstant denique adversus nostram sententiam, fundamenta secundæ opinionis, quatenus convincunt pro criminibus, sive contractibus ante studium gestis conveniendum studiosum, non coram Academico iudice, sed iure communi, etiam si lis cæpta nõ fuerit. Huius sententiæ fundamentis respondent supra citati, & sunt quidẽ responsu facilia. Vnicum tantùm est, cui respondebimus noviter, miratis rem tam apertam non antea vidisse aliquem ex tot scribentibus. Adducunt ergo text. in dict l. hæres 19. in princip. & aiunt eo textu probari hæredem in domicilio defuncti conveniendum, vel defendendum, nulloque proprio privi-
22 legio excusari, quominùs defendatur, vel cõveniatur. Sed (ni fallor) errarunt longè, qui ita Iurisconsulti verba accepere: vndè omissa Accurs. Barbos. & aliorum solutionibus, ego Vlpian. sic intelligo, vt evidenter probet nostram sententiam, scilicet privilegium hæredis facere, ne in domicilio defuncti conveniri, vel defendi debeat. Sensus igitur est. Hæres absens ibi defendendus est, vbi defunctus debuit, & conveniendus si ibi inveniatur, nulloque proprio privilegio excusatur, idest si nullo proprio privilegio se excusare possit, nullo, idest, non vllo seu aliquo, vt in l. 1. ff. de interdictis §. nullius de rer. divis. Calvin. verbo nullius dictioque illa *si*, repetita censetur idest, si ibi inveniatur, aut si nullo proprio privilegio excusetur, quem legis sensum verissimum
23 esse convincunt sequentia. Primum, quod intellectus communis expressè opponitur l. de eo 26. eod. tit. de iudic. qua privilegium fori Legatus habet, ne vt hæres cõveniatur durante legatione, etiamsi hæreditatem Romæ adeat. Secundò, nam inepte Cõsultus in l. si is qui Romæ 34. l. eam ex cõtractibus 57. scripsissent litem cæptam, sive instantiam ad hæredem transire ratione cæpti iudicii, si etiam non cæptum transiret. Tertiò expendo dict. l. si quis postea quam, & dict. l. cum quædam puella, in quibus itademum ex privilegio fori noviter adquisito contractus, vel crimẽ

ad

ad forum privilegiatum non trahitur, si in foro priori præventa erat iurisdictio, hoc est, iudicium acceptum, ergo nõ accepto iudicio, in foro priviilegiato conveniendus est reus, & sic similiter hæres ob lites cæptas in foro defuncti, ob non cæptas in privilegiato foro conveniendus erit.

Hanc nostram sententiam limita primò, in nostro Salmanticensi Gymnasio, & cæteris qui speciale privilegium habent ad causas quoque ante studium motas, vel pendentes, & pro hac limitatione vid. dict. cap. 32. à num. 30. vsque ad 37.

Secundò limita si studiosus non voluntarius sit, sed coactus vt puta, si insignis ingenij, aut eruditionis homo à Principe roget, vt in studio generali doceat, tunc dici potest, eum causas quoque ante studium cæptas, & pendentes trahere posse ad studium, licet id speciale privilegium studium non habeat, quod probare poteris ex longa manu congestis per Barbos. dict. l. si quis postea à num. 116.

Notandum quoque erit, nuper traditam distinctionem nu. 9. huius capitis, inter instantiam cæptam, & novas lites circa studiosi successionis forum, procedere, non solum si studiosus verè hæres sit, exasse, vel ex parte, sed etiam si bonorum possessor, si fideicommissarius cui ex Trebelliano restituta sit hæreditas; si denique ex renuntiatione facta ab eo, qui religionem ingressus est succedat, & in summa quoties successor vniversalis est; cum enim hi omnes hæredum vicefungantur ex notissimis iuribus, consequens est idem iuris in eis, ac in hærede studioso esse debere. Rursus nota in hac parte nihil studiosum clericum à sæculari distare, eadem enim ratio in vtroque pariter militat,

§. I.

De censu emphiteusi, & cæteris similibus. Vbi pro eis studiosus conueniatur.

NOTO vlterius eodem modo distinguendum in actionibus realibus, seu hippotecarijs, velut ex censu emphiteusi & similibus, quòd scilicet lis à defuncto cæpta in studiosum successorem transeat, & vbi cæpta est finiri debeat, nisi in nostra Salmantica, & similibus aliud speciale habentibus, cæteras verò lites studiosum, sive lai-

cuia, sive clericum id fuerit in iudice trahere; & licet hic articulus non parum controversus sit, tamen iuxta hanc distinctionem accipienda sunt, quæ in clerico, fisco, & alijs scripserunt Abb. cap. qualiter in fin. de iudic. num. 8. & 9. Gracian. 1. tom. cap. 16. à num. 21. & 22. & 31. & cap. 141. num. 5. & 9. Guid. Pap. quæst. 79. Zevall. dict. quæst. 36. à num. 14. Gutier. lib. 2. pract. quæst. 132. num. 2. & 9. Parlad. dict. lib. 2. cap. fin. 2. p. §. 1. à n. 8 latè Guzman de evict. quæst. 7. num. 34. & 35. & per tot. & q. 8. apud quos etiam quid iuris si cum clausula de non alienando antecessor studioso se obligaverat, & iuxta sup. dict. accipe Osuval. 17. cap. 17. lit. A.

§. II.

De feudo, & Regijs redditibus, seu vectigalibus ab studioso soluendis, vel exigendis, an cognoscat Schola-Magister, & quid in iudicibus tẽporalibus Episcoporũ.

38 IN feudo tamen constat, studiosum omni casu etiam si successor sit, coram domino feudi conveniendum, non coram Academiæ iudice Rebuf. dict. privileg. 153 cuius sententia confirmatur, ex ijs quæ in clericis statuit cap. ex transmissa, cum alijs de for. comp. dict. l. 57. in princip. vbi Gregor. glos. 2. de stisimè rem examinat. tit. 6. p. 1. Vrsil. ad Asilict. dec. 24. num. 5. ex Socin. cons. 12. num. 16. vol. 1. Zevall. quæst. 822. num. 92. Gail. lib. 1. obs. 30. & 37. Mynsing. centur. 1. obs. 22. Scac. de appel. quæst. 8. art. 3. num. 92. extens. 1. & deinceps, latè
39 Guzman de evict. quæst. 7. num. 40. Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. num. 155. Qui limitat in domino feudi sæculari, quòd non possit in causa criminali feudali de clerico iudicare, quæ distinctio studioso clerico rectè applicari potest, non laico. Vide pro materia Matt. de iurisd. 4. p. cas. 183. & seq. Et quæ diximus de stu-
30 dioso conveniendo coram domino feudi fortius procedũt, si non conveniatur, sed agat vt not. sup. adducti.

31 Ex proximè dictis inferri videtur, idem quod in feudo diximus dicendum quoque in studioso, qui Regia vectigalia habet, vulgò *Iuros en alcaualas ò otras rentas Reales*, seu alia iura Regia percipit, sive ex successione, sive ex emptione, aut alio titulo, quæ quæstio dupliciter considerari potest, vel in studioso actore, vel reo, & in vtroque casu videtur, studiosum coram Academico iudice, neque convenire, neque conveniri posse, tam ex

supra

supra dictis in feudo, quàm quia id expressè cautum videtur, l. 6. tit. 1. lib. 4. l. 10. tit. 7. lib. 9. recopil. dict. l. 57. tit. 6. p. 1. vbi Gregor. Lop. facit l. 5. tit. 8. lib. 1. recopil. Anton. Gom. 3. tom. cap. 10 num. 7 Didac. Per. l. 10. tit. 1. lib. 3. Oid. Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. num. 159. *y en las casas que pagan aposento*, Guzman de evict. quæst. 7. num. 41.

Ego tamen observo, prædicta iura, & auctores solùm probare, Ecclesiasticos iudices, aut Cõservatores minimè de his causis cognoscere posse, etiam inter Ecclesiasticas personas, sed iudices Regios adeundos. Item cum non exprimatur quis iudex sæcularis adiri debeat, intelligi debet sine dubio de eo qui in cæteris causis iudex esset, si litigantes sæculares forent; vnde infero quod licet prædicta omnia procedant in cæteris iudicibus Ecclesiasticis, minimè tamen in nostro Scholæ Magistro procedent, quin potius affirmare audeo, studiosũ ex his causis semper, & necessariò coram Scholæ-Magistro conveniendum, non minus quam si quæratur, an gabellam, vel aliud tributum ex venditione, vel alio contractu deberet; nec posse coram alio conveniri cum autem ipse studiosus agit, posse intra diætas thesaurarios cæteroſq; Regios officiales conductores vè, aut debitores, coram suo iudice Academico trahere: quia scilicet Scholæ-Magister in omnibus ijs causis non Ecclesiasticus, sed Regius iudex est, Regiamque iurisdictionem exercet, quod in studioso laico apertũ est ex dictis cap. 21. sup. Sed in clerico idem teneo nempè, quia vt probavimus cap. 26. Scholæ Magister iudex est sæcularis, & Regius non solùm laicorum studiosorum, sed etiam clericorum in causis in quibus ipsi clerici coram Regijs iudicibus conveniri possent: igitur si ob prædictas causas etiam clerici, sæculari iudicio subsunt, sequitur quòd studiosi clerici Scholæ-Magistro quoàd eas causas, vt sæculari subijcientur, non vt Ecclesiastico, & consequenter prædictæ leges Regiæ Scholæ-Magistrum non comprehendentes cum solùm prohibeant ne iurisdictio Ecclesiastica in ijs casibus exerceatur quos ius ipsum canonicum sæcularis iurisdictionis esse permisit, d. c. ex transmissa, cum simil. 32

Confirmari potest hæc sententia ex eo quòd Episcopos, & similes prælatos, qui iurisdictionem Regiam ex donatione, vel alio titulo exercent iuxta terminos, l. 8. tit. 3. lib. 1. recop. consuos judices laicos de prædictis causis cognoscere sicut in Scholæ 33

Magistro resolvimus. Sola hæc est inter vtramq; speciem differentia, quòd in Scholæ-Magistro ambæ iurisdictiones Ecclesiastica, & sæcularis ex Principum, & Pontificum gratia coniũctæ sunt, in Episcopis verò, ipsi Principes voluerunt non nisi per laicos Regiam iurisdictionem exerceri, vndè est quòd Scholæ-Magister censuris vti poterit etiam in his sæcularis iurisdictionis causis; Episcoporũ verò iudices temporales non poterũt. De his latius tractavimus, sup. cap. 21. à n. 168. §. 8. & 9. ibi offendicula quæ hic obijci possunt diluimus. Vide infra c. 55. de pariter privilegiatis vbi retractamus sententiã de foro studiosi circa tribuca Regia.

§. III.

De studioso maioratus successore, vbi possessionem ipsius, vel hæreditatis petere debeat, & de possessione cum clausula, salvo iure tertij.

34 SI successio alicuius maioratus studioso delata dicatur, eodem modo distinguendum est, quòd si lis cum defuncto cæpta fuit, sive super successione, ipsius maioratus, sive de alia qualibet causa maioratum tangenti, ibi finem accipere debeat, vbi cæpta fuit, & hoc iure communi, secus apud nostrum Salmanticense studium: sin autem lis non fuerit cæpta, coram Scholæ Magistro conveniendus erit sine dubio. Ex sententia in clerico quamvis dubia, Gregor. Lop. l. 57. tit. 6 p. 1. glos. 5. vers. *& per hoc posset dici*, Bovad. dict. lib. 2. cap. 18. num. 157. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 475. & de retin. remed. 3. num. 316. & seq. & 323.

35 Hoc accipiendum est, si studiosus maioratum possideat, vel saltim vacantia sint bona; at verò si alius possideat qualiter studiosus agere debeat, & coram quo iudice, dubium est? Quæ dubitatio in qualibet institutione; & remedio possessorio ex l. fin. C de edict. divi Adrian. & l. 3. tit. 13. lib. 4. recop. proponi simul & discuti potest.

6 Breviter dicendum erit, si hereditatis, vel maioratus vacantia sint bona, potest studiosus possessionem petere ab Academico iudice vbicunque bona fuerint etiam vltra diætas, semel autem studioso possessione tradita, in suo foro conveniẽdus est; si verò alius possideat, de iure, vel de facto, neque possessionem

neque

neque ius aliud, adversus eum intendere poterit coram Academico iudice, nisi intra diætas existat possessor, quod limita nisi possessori prædicto, data fuerit possessio cum clausula vulgari, *sine præiudicio tertij*, de qua in l. qui absenti, §. 1. de acq. poss. nam tunc etiam vltra diætas poterit ipse studiosus possessionē petere, coram suo Academico iudice, ex ijs quæ in clerico successore laici resolvit Peregrin. de fideicom. art. 47. num. 9. & art. 48. ante num. 69. Cæpol. consil. 28. 29. & 30. Mieres 3. p. quæst. 11. nu. 32. & faciunt quæ tradit ipse quæst. 16. num. 40. vide Parlador. lib. 2. cap. 6. à num. 1. Tusch. lit. C. concl. 330 Gracian. ca 317. Forens. à num. 31. Ratio est, quia similis possessor non dicitur posidere quoties ex ea possessione tertij præiudiciū provenit.

Sed ponamus studiosum in possessionem missum decreto 37.
iudicis loci, possessionem tamen illi datam salvo iure tertij, poterit ne huius possessionis virtute studiosus, vt reus, causas hæreditatis, vel maioratus ad suum forum trahere? finge tertium eandem possessionem coram ordinario loci petere: quia se hæredē vel successorem affirmat, vel pro quolibet alio interesse possessionem studioso datam reponi contendit, vt tertius contradictor. Et ex dictis paulò superius, infertur hanc possessionem nullum ius fori studioso tribuere in tertij præiudicium, & per consequens à iudice, qui eam decrevit posse revocari, & de iure tertij disceptari. Quam sententiam in clerico approbasse Gravaten sem Senatum testatur in singulari facti quæstione D.D. D Ioānes Baptista Larrea, olim Conchensis nostri Collegij, nunc à consilijs Principis, & in supremo Ærarij Regij senatu fisci patronus disp. 6. num. 8. 9. & 13. & per totam, in suo Decisionum Gravatensium volumine, opere sanè splendido, luculento, & ornato & in summa tanto viro digno, cuius sententiæ libens obsequens animo subscriboque in studiosis, dummodo ponamus tertium 38
contradictorem (vt vocant) extra diætas existere: nam si intra poterit ab studioso ad suum iudicem trahi; ratio est, quia studiosi privilegium potentius est clericali, in hoc quòd actor quoque studiosus reum intra diætas trahit ad suum forum, neque si in alium iudicem consentiat sibi quid quā officit (vt alibi probamus) quominus possit eumdem iudicem inhibere. Denique si reum vetè possessorem trahere potest, fortius poterit non possessorem, & actorem, & ipse qualiter qualiter posidens.

Porrò nō dubitari potest, si prædicta possessio salvo iure 39

tertij per Scholæ Magistrum decreta sit: an studiosus eius virtute tertios vltra diætas trahere possit? Nam intra eas non est dubium posse. Et ex dictis responderem, posse studiosum trahere causas, quæ suam possessionem offenderent, veluti si de ea revocanda ageretur in toto vel parte. At si tertius aliam similem possessionem cum eadem clausula, *sine preiudicio*, peteret coram
40 iudice ordinario loci, eam consequi posset, vtroque autē possidente, & studioso; & tertio, is alterius forum sequi deberet, qui primus provocasset. Vide Menoch. de apisc. d. remed. 4. n. 475.

§. IIII.

De studioso successore illi qui publicum officium, vel administrationem exercuit, & quid si ipse exerceat, vbi conveniatur, & quid in clerico, & Religioso, & Equitibus Ordinum Militarium.

41 LIMITARI etiam potest nostra sententia, in studioso qui successit ei, qui aliquod officium, aut negotiationem in aliquo loco exercuerat: nam tunc indistinctè cogi poterit ad ratiocinia in loco in quo officiū exercebatur, & consequenter ad reliquorum solutionem, veluti si ponamus studiosum succedere illi, qui Decurionatum aliumvè Magistratum seu officium publicum gesserat, vel publici horrei æconomus, aut hospitalis alteriusvè loci similis, aut regius thesaurarius, aut si tutor administratorvè fuerat, aut procurator solicitatorvè litium, aut testamenti executor, in his omnibus studiosum hæredem quoàd rationes reddendas, & reliquationis solu-
42 tionem privilegio fori vti non posse probatur ex eo, quòd in his casibus idem quod statueremus si studiosus ipse administrationē habuisset, statuere debemus in hærede studioso, elegans tex. in l. quædam 9 §. nihil interest, de edendo, at in prædictis causis sive ante, sive post studium gestis foro Academico studiosus non po-
43 titur, l. hæres 19 §. . de iudic. l. 2. & 3. C. vbi de ratiocin. l. 32. ad fin. tit. 2. p. 3. & in exactoribus regiorum reddituum, l. fin. tit. 14 lib. 9. recop. & in Episcopo, qui recepit pecuniam à testatore
44 sæculari relictam in redemptionem captivorum quod rationem reddere debeat iudici ordinario loci est singularis l. 5. vers. *error*,
45 tit. 10. p. 6. & in familiaribus Sanctæ Inquisitionis quod ex his

causis

causis foro non fruantur est, l. 20. §. 6. tit. 1. lib 4. recopil. & in causis foro non fruantur est, quòd ex agricola, qui à proprio foro iure Regio extrahi nequit, quòd ex his causis extrahatur, Collantes ad pragm. lib. 3. cap. 7. num. 7. & in clerico innumeros referunt Barbos. dict. l. hæres §. 1. Gregor. Lop. dict. l. 5. tit. 10. p. 6. verb. *al juez ordinario*, Rovad. lib. 2. cap. 18. n. 130. & 138. & n. 90 in clerico chirurgo, vel pharmacopola, & n. 232. in Equitibus Ordinum Militarium, qui officia publica exercuerunt. Omnium latius Escobar de ratiocin. cap. 7. à num. 7 Gail. lib. 1. obs. 37. num. 7. vers. *sexto*. Et licet cõtroversus sit hic articulus in clerico, an scilicet coram sæculari ex his causis trahatur, dici in nostra quæstione potest privilegium Academici fori indistinctè cessare, dubium autem in eo versari, an clericus ab ordinario Ecclesiastico, vel sæculari iudicandus studiosum tamen si laicus sit, coram ordinario sæculari conveniendum non dubitatur, imò & in clerico studioso certissimum est, rationem officij reddere debere iudici ad quem iure expectat illius officij Syndicatum, aut rationem exigere. Vndè inferas studiosum si in hac civitate decurionatum, vel tutelàm, aut quid si nile exerceat, posse Syndicari, & puniri ratione officij per prætorem Salmantinum quoties ad eum pertinet illorum officiorũ Syndicatio, & ratiocinium. Denique in executore testamenti, quòd foro privilegiato vti non possit etiam si religiosus sit. Clement. Religiosus, de testam. glos. verb. *officium*, in cap. fin. de testam. in 6. Gracian. Forēs. cap. 123. num. 1. vsque ad 5. & pro materia vid. l. 2. verb. *Frayles*, tit. 10. p. 6. Tusch. lit. E. concl. 538. & seq. quæ in studioso quoque procedent, & in quolibet studioso negotiatore Vultei. per tex. in l. 1. C. in quib. caus. mil. num. 65. Osuval. lib. 17. cap. 20. lit. K.

46 47 48 49

§. V.

De eo qui studioso succedit, & an sententia lata per Scholæ Magistrum, possit executio coram alio iudice peti saltem privilegio studij finito.

50

VIDEAMVS nunc non de studioso successore, sed de eo qui studioso succedit, an aliquo casu possit foro Academico vti? & breviter dicas privilegium Academici tunc extingui studioso defuncto, vt diximus suprà, instantiam verò seu litem pendentem coram Academico Magistratu

tratu ab studioso cæptam, sine dubio in successorem transire, id circò eum posse (quicũque is sit) in eodem tribunali litem prosequi, quæ sententia probatur ex omnibus fundamentis supra hoc capite adductis, vt instantia cæpta transeat in studiosum, quæ à fortiori concludunt in hac quæstione, cæteraq, hoc capite scripta hic in pluribus accomodari poterunt.

51

Ex facto tractatum est, si studiosus coram suo iudice condemnetur, & tempore executionis alterius sit fori, vt puta finito studio, vtrum executio coram Academico iudice rectè peti possit. Respondi non solùm posse, imò coram nullo alio posse nisi coram ipso, qui sententiam tulit, l. properandum, § sin autem reus, C. de iudic. l. à divo Pio, §. 1. de re iud. Specul. Cyn. & alij relati à Parlad. lib. 2. cap. fin. 1. p. §. 1. num. 24. quidquid Bartol. & Roder. Xuar. l. postrem, ad l. regni, vers. *circa iudicem*, num. 2. & seq. contrarium teneant, quibus nil favet, l. argẽtarium 45 §. 1. de iudic. nam accipitur iuxta dict. § sententiam Romæ, idest, quod alter iudex exequi possit sententiam si à iudice sententiæ requiratur, & ita eam legẽ accipit ipse Roderic. n. 9. Morla tit. de

52

iurisd. q. 20. Obiter nota Scholæ-Magistrũ nullis litteris requisitorijs indigere iuxta scripta sup. cap. 28 Idem respondendum

53

est si de executione sententiæ adversus hæredem studiosi agatur. Idem & si hæres studiosi agat.

De studioso singulari successore. De alienatione rei litigiosæ, vel iudicij mutandi causa facta in studiosum. De probatione fraudu, & coram quo iudice.

CAPVT LI.

1

VIDIMVS de studioso vniversali successore, nunc de singulari videamus, qua in re concludo indistinctè, sive lis cæpta sit, sive non, omninò studiosum in suo foro conveniri, & convenire. Exemplum proponi potest in studioso emptore, locatore, legatario, & alia hoc ge-

2

nus. Conclusio hæc quatenus affirmat in lite non cæpta studiosum suo foro potiri, probatur ex ijs rationibus quibus in hæ-

rede

te de vniuersali idem probavimus, quoàd eam verò partem quæ habet, instantiam cæptam non comprehendere studiosum, roba
tur ex vulgari regula non solùm in studioso, sed in alio quolibet, quod instantia cæpta non transit in singularem successorem, vt ex l. 2. §. non solùm, de hæred. velact. vend. tenet Bart. in l. si eũ hominem 34. de verbor. oblig. not. Abb. in cap. quia, V. num. 10. & 11. de iudic. Dec. ibidem num. 35. Peguera decis. 218. Vasc. consult. 160. tomo 2. Peregrin. de fideicom. art. 55. nu. 28. Frecius de subfeudat. lib. 2. limit. 8. Puteus de reintegr. feud. tit. de finibus, cap. an tertius, Capycius dec. 1. num. 6. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 816. Angel. l. 57. num. 2. de iudic. Tiraq. de retract. §. 26. glos. 3. num. 26. Ponte cons. 6. Socin. consil. 34. Anania cons. 108. latè Rovit. cons. 82. Monet. de conservat. ca. 7. num. 334. Apud quos quam plures huius regulæ limitationes reperies, facilq; discernere poteris, an vlla earum studioso applicari possit; ego vnam tantùm fortè procedere posse mihi persuadeo, nempè si instantia cæpta fuerit subnomine dignitatis, sive officij, sive ab ipso studioso, sive ab antecessore. Vide nuper citatos, & dict. sup. cap. 50. num. 41. & seq.

Conclusio supra tradita dupliciter limitanda est. Primò quo ties in studiosum res alienatur contra prohibitionem tit. ff. & C. de litigiosis. Secundò quando contra prohibitionem tit. de alienatione iudicij mutandi causa facta. Quibus casibus, sive reus, sive actor sit studiosus, nullo pacto privilegio fori gaudebit, vt in simili apertè probat, l. cum miles, ff. de alien. iud. mut. cau. cap. 2. cod. l. 47. vers. *è la vna*. tit. 18. p. 3. vbi Gregor. glos. 3. quòd ratio est dolus, de qua re vidanda quoque est, l. 30. tit. 2. p. 3. leg. 13. 14. 15. 16. & 17. tit. 7. ead. p. Anton. Gom. tom. 2. variarum cap. 2. num 8. & 20. Alphan. collectan. 482. Rebuf. l. alienationis, col. 2. de verbor. signif. Gabriel lib. 3. com. tit. de fideicom. concl. 10. pag. 257. Illud constat, fraudem, sive dolum, ab adversario studiosi, idest ab eo, qui alienationem impugnat, probandum: nisi in donatione, vel cessione gratuita, in qua fraus, & dolus præsumitur, nisi inter patrem, & cæteras exceptas personas. latè Mascard. concl. 518. & 559. & 814. & seq. vbi de coniecturis, & quæ sufficiant, l. 11 vers. *è porque el derecho presume*, tit. 10. lib. 5. vbi Matienzo, vide §. item si quis in fraudem, vbi glos. & Pichard. inst. de action. Jas. & Hotom. ibidem.

Item nota apud Academicum iudicem cognosci debere de

dolo, & fraude contractus, sive reus, sive actor sit studiosus, cum generaliter verum sit, quoties de privilegij valore tractatur, id privilegij ipsius iudicem pronunciaturum, ad quod longo indice notanda est, l. 1. C. de decurial. vrb. lib. 10. notatur etiam in cap. si clericus laicum, de for. comp. & l. si quis ex aliena, ff. de iudic.

10 Probata tamen fraude vel dolo, causam Scholæ-Magister remittit, & in expensis studiosum condemnare debet, vt sup. adducta iura, & Doctores probant.

11 Vlteriùs notandum est has prohibitiones in plurimum non continere ipsius contractus rescissionem, sed tantùm prohiberi ne forus alienatione sequuta mutetur. Contractus autem firmus manere solet, l. per diversas, l. ab Anastasio, C. mandati, Parlad. lib. 2. cap. final. 3. par. §. 4 Rebuf. in specie, privileg. 177. vers. *vltimo*,

De cessionibus ad studiosi favorem factis quando valeant, & quæ requirantur.

CAPVT LII.

1 DIXIMVS donationes cessionesvè studioso factas, fraudulentas præsumi nisi ab exceptis personis fiant, nunc commodè quæritur, quæ sint hæ exceptæ personæ, & quando studiosus donatarius cessionarius vè foro vti valeat, ad explicationem, l. 18 vers. *pero por quanto*, tit. 7. lib. 1. recop. Circa quam advertimus primo, in clericis quoque servandam, & in cæteris Hispaniæ studijs generalibus, tùm quia in plerisque iuri communi consonat, vt mox videbimus, tùm etiam quia ea lex, vt alibi notavimus, approbata est ab Academico Salmantino concilio, virtute indulti Apostolici, vnde clericos studiosos Salmanticenses obligat.

3 Rursus quatenus prædicta lex donationem inter patrem, & filium dumtaxat permitit, quòd iuri communi conveniat, notat ex plurib⁹ Rebuf. privil 177. per tot. Monet. de cõservat. cap. 7. num. 314. vsque ad 336. Qui adò diffusè rem hanc tractarũt vt eam consultò omissam velim, dum moneam prius, in cæteris casibus non prohiberi donationem, vt nõ valeat, valebit etenim,

sed

sed ne fori privilegio studiosus in ea vtatur. Et licet de patre tam 5
tum lex loquatur, mater etiam comprehenditur, arg. l. 1. C. de
rel. ind vend. l. fi. patre, C. de curat. furios. tenet Rebuf. vbi suprâ
vers. primo. Vbi quòd idem sit in avo aut proavo, si studioso ne 6
poti, aut pronepoti donent cedantve. Item si filius nepos vè, aut
pronepos, patri, avo, aut proavo studioso donet, aut cedat, 7
Dueñas, & Lara relati ab Azeved. dict. l. 18. in filijs vero adop 8
civis, & in noverca, & vitrico, donationem, aut cessionem non
valere quoad forum Academicum, tenent idem Rebuf. & Aze-
ved. suprâ, & de cessionibus in fraudem regiorũ tributorũ est, l. 9,
11. tit. 10. lib. 5 recopil. vbi latè Matienzo, & Azeved Gutier.
de Gabel. q. 94. n. 9. latissimè Rebuf. & Monet. suprâ.

Postremo notabis prædictas donationes in casibus etiam 10
permissis, admittere probationem fraudis & doli, quòd ab adver-
sario studiosi probandum, & ab Academico iudice cognoscen-
dum, iam supra docuimus; simulque quando fraus probata dica-
tur, & quibusconiecturis. Adde nunc, si deficiat solemne aliquod 11
in dict. l. 18. requisitum, fraudem presumi, nec foro Academico
locũ esse. Vnde si cessio quãtũvis sine fraude fiat ab alio ex non
exceptis, non valebit quoad forum, quia deficit qualitas personæ;
Rebuf. & alij sup. Nisi fiat ex causa onerosa, vel necessaria, elegã
ter Ant. Fab. in C. lib. 3. tit. 12. defin. 22. vide sup. cap. 51. n. 8.

Vbi studiosus venditor de euictione cõueniri debeat. De re-
tractu. De recognitione. De actione ad exhibendum.

CAPVT LIII.

FORTASSIS non iniucunda quæstio hic subnectenda est, an scilicet studiosus venditor, sive ex 1
alio quolibet contractu autor laudatus in causa evictionis, privilegio fori potiatur, & litem ad suum iudicem trahat? in qua distinguendum est. Aut ius proprium studiosi deducitur, veluti si dicat se non teneri de evictione, aut neget vendidisse, aut ipse possessor fit rei in iudicium deductæ, aut
veniq; de proprio studiosi iure quovis modo cognoscendum est, & tunc coram suo iudice convenendus erit, neque tenetur emptor is forum sequi. Aut studiosus fatetur se de evictione teneri, casu quo res emptori evincatur, emptorem tamen defendere

intendit, & lici pro eo absolute, & tamquam ius proprium, & directum studiosi deducitur, & hoc casu forum emptoris sequi debet, hanc distinctionem amplectitur maior, & sanior scribentium pars, & iuxta eam accipiunt, text. celebrem in l. venditor 49 de iudic. vbi Cyn. vbi in rem act. l. 57. tit. 6. p. 1. & in specie studiosi Barbos. dict. l. venditor, num. 1 60. iunct. num. 136. & seq. 3 In fisco tamen & clerico, & generaliter in venditore alterius fori, hanc distinctionem defendit post longam disputationem, idē Barbos. vbi proximè addens num. 152. pro ea esse text. in l. vni. 4 ad fin. cum glos. C. de vend. reb. fisc. al. lib. 10. & num. 153. & seq. 3 Exemplum proponit in venditore, qui allegat se minorem fuisse, & in venditione læsum, aut rem sine decreto alienasse quibus casibus venditorem ait in suo foro conveniendum, quod etiam 31 in studioso verissimum est. Eandem sententiam amplectitur Covar. cap. 8. pract num. 3. optimè Anton. Fab. de error. decad. 6. error 10. vbi exclamat contrà pragmaticos contrariæ sententiæ 41 quos congessit Barbos. sup. num. 139. adde Mart. de iurisd. 4. p. cent. 1. casu 34. num. 13. & per tot. Guzman cum pluribus q. 7. de evict. num. 2. pro materia vide vltra allegatos Paul. de Castr. dict. l. venditor, Caballin. de eviction §. 3. num. 119. Hotoman. cons. 24. num. 10. Boer. decis. 69. num. 27. Gramat. decis. 21. Capyc. decis. 191. & 197. vbi addit. num. 6. Vincent. de Anasing. 45 Muscatel. prax. civil. p. 2. glos. verb. *intimatio* n. 36. Socin. cons. 91. num. 10. lib. 3. Florian. l. fin. de noxal. Molin. de iustit. disp. 380. Zevall. quæst. 36. & 588. Gail. obs. 31. num. 7. lib. 1. Scac. de iudic. cap. 7. num. 1231. Zened. in collectan. p. 1. ca. 37. Marches. de commiss. commis. 2. cap. 2 num. 18. & 19. Bovad. lib. 2. cap. 18. nu. 165. Girond. de gabel. 4. p. §. 1. num. 15. Fachin. lib. 2. controv. cap. 37 Cancer. to. 2. var. c. 13. n. 63. & seq. & tom. 3. cap. 16. à num. 163. Guzman de eviction. dict. quæst. 4 7. qui num. 12. Advertit clericum venditorem, qui causam avocare velit ad suum forum, probare debere quòd de iure proprio ipsius venditoris agatur, quod ego in clerico, & studioso accipio, vt coram suo iudice hoc est Ecclesiastico, vel Academico id probet, quo facto sæcularis ad inhibitionem cogi poterit. Item addit 6 Guzman num. 24. Iudicem laicum omninò incompetentem esse, si interesse emptoris solvendum à clerico, quod etiam in 7 studioso procedet, & de citatione idem Guzman num. 4. & 5. & 43. & num. 45. Quod etiam non compareat clericus acta non si

offi-

officiunt, scilicet quando non tenetur comparere, & in fisco, q. 8.
per tot. vbi num. 36. Tres casus affert in quibus resolvit clericũ 8
foro non vti, scilicet si de retractu iure sanguinis agatur, si de re-
cognitione chirographi, si de actione adexhibendum, sed fal- 9
sam credo eius sententiam, idcircò in ijs speciebus pariter, ac in
cæteris supra relatis studiosum, & clericum foro potiri autu-
mamus, & sup. citati probant.

An studiosi forus litis consortibus prosit. De individui-
tate, seu connexitate causarum. Quid in pluribus fide-
iussoribus, reis debendi, iudicijs duplicibus, concursu cre-
ditorum, dilatione quinquennali, remissione debiti per
maiorem creditorum partem. Quid in eisdem casibus
in clerico, & fisco. De accumulatione actorũ, &
ad quem ex tabellionibus, vel notarijs
remittenda. 3

CAPVT LIV.

QVÆRITVR an fori privilegium quod studiosus habet, litis consortibus prosit, vel noceat? hoc est, an ex eo quòd plures litigatores consortem studiosum habeant, de eiusdem foro fiant? de hac quæstione in primis legenda sunt scripta sup. cap. 21. num. 200. & latius cap. 44 à num. 18. Et quidem receptissima distinctio est, inter causam dividuam, & individuam, vt in illa consortibus studiosi forus Academicus prosit, in hac non prosit, sed quilibet coram suo iudice conveniatur. Hanc distinctionem in studioso probant Rebuf. privileg. 106. Offuald. lib. 17. com. cap. 20. lit. K. vers *sed esti causa*, & in viduis, & miserabilibus, Covar. cap. 7. pract num. fin. quo loci refert Dolan. de restit. in integr. ca. 185. cum sex capitibus seq. & in fisco, Portoles de cõsortibus ca 37.
num. 12. Gail. lib. 1. obs. 37 num. 2. vers. *tertio*, & in clerico latè 3
cum pluribus, Bovad. lib. 2. cap. 19 num. 90. & seq. Gironda de

privil. num. 944. vsque ad 968. Guzman de eviction. quæst. 7. à
4 num. 47. Et quando causa dicatur individua, & generaliter de materia Monet. de Conservat. cap. 7. à num. 537. Rebuf. dict. 5 privil. 106. Parlad. lib. 2. quotid. cap. 9. iuxta hanc distinctionẽ communiter intelliguntur, l. 1. C. si in communi eadeḿque caus, l. tutor. 47. §. 1. de minor. cum l. 1. C. si vnus ex pluribus l. loci 4. 6 §. si fundus, si servit. vind. l. si communem 10. quem adm. servit. amitt. l. 1. & 2. ff. de quibus reb. ad eund. iudic. l. cognitio 8. §. si plures, l. si pariter 9. l. si vsumfructum 23. §. vlt. de liber. caus.

7 Quia tamen diximus dict. cap. 44. num. 18. non facile nobis videri, causam sic individuam proponere, quæ individuitatis ratione ad eumdem iudicem remitti debeat, eáque cõiectura in criminalibus de quibus ibi agebamus probabilior, imò certior sit Bovad. dict. lib. 2. cap. 17. num. 91. Nunc latius disceptare libet, an in civilibus idem dici possit? quòd exemplis propositis facilius percipietur.

8 Finge igitur, studiosum plures reos debendi ex eadem causa habere, vel plures fideiussores, vnum intra diætas, alios verò extra (sic necesse est, vt speciem adfingas, nam si omnes intra diætas, nulla dubitatio est, cum omnes trahere possit, aut si omnes vltra diætas existant, nullum trahere possit) ergo studiosus, eum qui intra diætas existit, insolidum convenire vult, ille opponit, non insolidum, sed pro parte teneri, si cæteri solvendo sint, & sol-
9 vendo esse, vndè prius excutiendos, opponit in summa exceptionem divisionis, & excussionis; ex epistola D. Adriani quam habent fideiussores, & pro alio se soluturos constituentes, & rei
10 debendi, l. fin. C. de const. pecun. Novel. 99. Finge iterum, studiosum de dividenda societate agere, vel familiæ erciscundæ, cõmuni dividundo, aut finium regundorum, adversus vnum sociũ
11 qui intra diætas degit, cum cæteri extra eas degant. Finge tertio debitorem studiosi intra diætas existentem bonis cessisse, & creditorũ cõcursum factum, creditores extra, vel intra diætas existere. Vel denique dilationem quinquenalem, vel debiti remissionem, debitorem petere, & creditorum aliquem studiosi nomine.
12 his omnibus casibus & si qui alij similes, dubitari potest, an consortibus forus Academicus prosit, & vel ipsis, vel studioso postulantibus omnes ad Scholæ-Magistrum mittendi sint, ab eóque omnium causa definienda? Et nota quòd proponimus casum in studioso actore, nam in reo, non dubitamus quin causam omnem

con-

consortium trahat, si sua scilicet interfit, & vt pro suo tantùm interesse iudicetur, vt inferius dicemus. Ego affirmo noviter in pleriisque ex prædictis casibus, eam indiuiduitatem non reperiri, quæ omnium litis consortium iudicem Scholæ-Mrgistrum plenè efficiat, poterit tamen ipsè, vt de iure studiosi instructior reddatur, omnium causas avocare, accumularéque, si id ab studioso, vel ipso reo petatur, & sic de iure studiosi pronuntiare: cæterorum verò causas ad suos iudices remittere debebit. Applicemus hanc doctrinam exemplis supra propositis. Primùm fuit de pluribus studiosi debitoribus; in quo poterit Academicus iudex de cæterorum idoneitate cognoscere, an solvendo sint nec ne, ad quod vel ipsos citare, vel causas circa hoc factas remitti sibi iubere potest, nunquam tamen eos condemnare, vel quidquam ab eis exigere, etiam studioso petente; sed tantùm reum insolidum condemnare, si cæteros non solvendo esse reperierit, vel si solvendo sint, absolvet reum pro cæterorum partibus, remittetque studiosum, vt eos coram suis iudicibus conveniat, cum vltrà diætas existant. Huius rei ratio, meo iudicio, perspicua est nam si ob individuitatem causa trahitur, in eo solùm competens erit Scholæ Magister, in quo individua erit, at certum est, individuitatẽ nullam esse in condemnatione correorum, sed tantùm in idoneitatis articulo, cum ius vnius insolidum conveniendi ex aliorum iure pendeat, ergo in eo solùm pronuntiandum erit. 13 14

Neque tanc mihi objicias, Papinianum in d.l. 2. de quibus reb. ad eund. iudic. qui ait indistinctè plures tutores remittẽdos ad eundem iudicem, postulante vno insolidum convento, & opponente quod cæteri solvendo sint, ipsumque ob hoc non nisi pro viriliteneri: nam respo. Primo ibi non agi de creditore fori privilegiati, nec quando tutores diversos foros habebant, sed de iudicibus, qui à prætore dabantur ad vnamquamque causam, & rursus de tutoribus eiusdem fori, aitque Papin. prætorẽ non plures, sed vnum tantum iudicem dare debere, vt doctè Cuiac. & Anton. Fab. advertunt in dict. l. 2. clarius & latius ipse Faber in l. 1. eod. tit. vers. *quod autem addit Bartolus*, & lib. 20. coniectur. cap. 5. 6. & 7. Secundò si velimus Papiniani mentem penitius scrutari, fortè nostram confirmabit sententiam: nam non ait, ab vno iudice omnes condemnari debere, nec id respondere, quin incideret in absurdum, pupillus etenim nullo modo conveniebat cæteros, nec iudicem in eos petierat, sed cõ- 15

tutor

tutor insolidum conventus divisionem allegabat, & super hoc iudicem postulabat, vt constaret cæteros contutores solvendo esse, non petente autem pupillo creditore; nec agente adversus cæteros, evidens est condemnari non posse, nec de ea re judicē
16 dandum, glos. vulg. in l. vt fundus, comm. divid. Quod igitur ait Papinian. est, contutores postulante eo qui insolidum convenitur, ad eundem iudicem remittendos, vt ipse de eorum idoneitate cognoscat, vt eos excutiat, non vt condemnet, quia à pupillo non omnes imò vnus dumtaxat conveniebatur, sed vt pronūtiet de divisione concedenda, vel deneganda tutori, convento.
17 Ergo hoc sensu Papinianus probat super individuo tantùm articulo non ad omnem causam iudicem eundem dari oportere. Illud denique nota, exemplum plurium tutorum nostræ quæstioni accommodari non posse, cum studiosus pupillus rationes exigere debeat coram iudice, qui tutelam decrevit, & vbi tutela gesta fuit; sed & studiosus tutor eodem loco reddere rationes tenetur, vt scripsimus cap. præced.

18 In cæteris exemplis, facilius iam eodem modo discernes: nam in iudicijs duplicibus respectu sociorum quorum iudex incompetens est Scholæ Magister, ad id tantùm eorum causas avocabit, & de eorum iure cognoscet, quod necessarium erit, vt studioso sua pars adiudicetur, absque vllius ex socijs, vel consortibus præiudicio: cætera verò iura cæterorum litis consortium inter se minimè iudicabit, sed ad suos iudices remittet.

19 Sed quid iuris, si non de divisione tractetur, sed potiùs de tota re communi evincenda ab alio, & plures socij sint, vnusque eorū studiosus. Pone fundum pluribus cum studioso communē, isque fundus publicus esse dicitur, & causa contra socios non studiosos per iudicem sæcularem instituitur, iuxta l. Toleti 3. tit. 7. lib. 7. recop. an poterit studiosus totam causam avocare? & sine dubio est posse; cum tota res indivisa sit, neque possint cæteri condemnari, quin studiosus socius cōdemnetur, & è contra, arg. dict. l. si communem 10. quemadmodum servit. amit. Azened. d. l. 3. num. 3. Bovad. dict lib. 2. cap. 17. num. 91. vbi plures lit. F.

20 In concursu verò creditorum, certissimum iudico, studiosū omniū creditorū iura ad suū forū trahere, si debitor intra, vel extra diætas moretur, vel is detur casus in quo iuxta alibi scripta studiosus vltra diætas trahere potest, iudex tamē Academicus, an de omnium creditorum, an verò de solius studiosi iure cognoscere de-

re debeat, magna dubitatio est. Nam si dixerimus, vt in superioribus, de solo studioso iure cognituram, potest dari casus in quo contrariæ, & repugnantes sententiæ pronuntientur. Nam pone duos, vel tres ex creditoribus in sententia Scholæ-Magistri prælatos studioso, cæteros postpositos fuisse, & causam creditorum inter se alij iudici remisisse: si iudex ille quendam ex posi habitis creditoribus, præferat ijs qui prælati fuerunt ab Scholæ-Magistro, necesse est, vt iniquitas, vel repugnantia, aut saltim perplexitas contingat. Vndè in hac specie verius crederem, Scholæ- 21
Magistrum iurisdictionem in vniversa causa habere, & creditoribus omnibus ius ab eo reddendum. Sin verò proponas Scholæ-Magistrum primo gradu pro studioso iudicasse, vel etiam postremo, tunc dicerem cessante individuitatis, & repugnantiæ, iudicem remittenda, cessat autem manifestè, nam gradus studioso designatus ad solutionē his duobus casibus nō mutatur, etiamsi cæterorum ordo quoquomodo versa sit, hæc omnia satis probari possunt ex supra dictis, sed ex eo maximè quod studiosus litis consortium causas pro suo interesse ad suum forum trahit, vt latè probatur Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 1. num. 9. Barbos. & cæteri adducti sup. cessante autem interesse studiosi, cessat quoque iurisdictio Academica si nihil individuum inveniatur.

Obiter nota, studiosum privilegium non habere, ne credito 22
tibus addicatur, aut ne vltra quàm facere possit conveniatur, ita contra Rebuf. privileg. 112. Covar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 9. Bacza de Inope debitore cap. 17. num. 26. Vbi etiam in Doctore, & Licentiato. Libri tamē capi non possunt; de quo & alijs privilegijs librorū, Rebuf. priv. 19. 113. cum tribus seq. Rodrig. de execut. cap. 5. num. 61. l. 21. tit. 7. lib. 1. l. 34. vbi Azeved. n. 32. tit. 18. lib. 9. recop. Gutier. de gabel. quæst. 78. à n. 3, Tusch. lit. L. conclus. 350. Notabis quoquè si Scholæ-Magister in gra- 23
duatione studiosi iniquè decernat, cæteros creditores non nisi nullitatis remedium coram ipso, vel appellationem ad superiorē habere. Quis autem appellationis iudex, latè suprâ.

Sed & illud valde notandum est studiosi debitum sicuti de- 24
tem præferri cæteris creditoribus, Rebuf. privil. 82. & 118. Hoc ad studij alimenta, seu legatū studij causa relictum restringerem.

In casu dilationis quinquennalis concedendæ, vel remissio 25

nis debiti per maiorem creditorum partem, dicerem quòd si studiosus consentiret remissioni, vel dilationi, nulla dubitatio est quin iudex debitoris de causa cognoscat, neque obijcias studiosum non posse suo foro renuntiare, & consequenter neque huic dilationi, vel remissioni coram alio iudice consentire. Nam respondeo, hunc studiosi consensum, minimè actum iudicialem esse, sed extraiudicialem, veluti si ipse solus de non petendo pa-
26 ciscereturr, & pactum extraiudiciale cum creditoribus esse hoc de quo agimus probat l.7.in fin.l.8. & 9.l. rescriptum 10.de pactis,l.fin C.qui bon.ced.poss.l. si præcedente §8.§.1.ff.mandati,l.5.& 6.tit.15.p.5. At quemadmodum studioso paciscenti, ita & huic dilationi, aut remissioni consentire.

27 Facit deinde quòd lis nulla esse solet cum creditoribus, qui pepigere, sed cum ijs tantùm qui renuũt remissionem, vel dilationem quos solos citari solere, praxis testatur quotidiana, nec creditorũ paciscentiũ vox vlla in iudicio auditur, nisi quòd ipse debitor pactũ maioris partis corã iudice exhibet, iudex q; iubet creditores renuentes citari. Et paciscentes iurare vera esse debita ob quæ paciscuntur, & instrumenta eorũ exhiberi; postmodũ iudiciũ inter debitorem, & creditores renuentes finitur, vt in praxi vernaculo sermone scripserunt, Paz 5.p.1.tom.cap.9.& cap.6.
28 Rodrig.de execut.c.8.à n.35.& 43.Cur.Filip.2.p.§.24.Et pro materia vltra eos, & quos ipsi afferunt, & ordinarios in prædictis iuribus, & Cuiac. & Fabr. in rational. & recitat. vide Osuval.lib.2 2.com.c.4 lit.V.Trẽtacinq.var.resol.tit.de solut.resol.2.& 3.

29 Sed si studiosus remissionem contradicat, vel dilationem, tunc si debitor intra diætas degat, omninò causam ad Academicũ iudicem remittendam censeo, ipsumque de tota dilationis, vel remissionis causa, vt potè individua cognoturum, quomodo enim poterit, hæc causa quoàd cæteros dividi, cum ex maioris partis creditorum consensu, & cognitionẽ vniuscuiusque debiti, cæterarumque qualitatum pendeat? Idem erit vltra diætas in legato
30 ad studium, & cæteris in quibus vltra diætas studiosus trahit iuxta alibi scripta; sed refragatur, quod in clerico receptissimum, & in foro sæpè iudicatum testantur Vrsil. ad Afflict. dec. 580. num.7. Zevall.4.tom.com.quæst.897.num.624. vers. *idem est dicendum*. Giroud.de privil.num.958. & seq. Guzman de evict. quæst.7.num.47. Scilicet iudicem sæcularem debitoris cognituru n de dilatione, sive remissione de qua agimus, etiamsi cleri-

cus

eius concreditor sit, qui renuat, causam quæ ad Ecclesiæ forum re-
mitti petat. Respondeo longam reperiri differentiam inter cleri- 32
cum & studiosum in hac specie. Clericus debitorem coram sæ-
cum & studiosum in hac specie. Clericus, debitorem coram sæ-
cum & studiosum in hac specie. Clericus, debitorem coram sæ-
cum & studiosum in hac specie. Clericus,

ximè definit. 20. Osuval. lit. M. propè fin. Apud quos plurimi casus in quibus inducię inutiles.

39 Illud etiam obserua. Vbicũque in hoc capite, vel alio huius tractatus diætarum obseruationem requirimus, idem esse etsi casus tractetur in quo studiosus vltra diætas trahit, ex late scriptis suprâ cap. 41. & seqq.

40 Si à pluribus possessio petatur, & vnus sit studiosus, quis iudex adeundus, vid. sup. cap. 50. num. 36. & seq. Denique si quæ-

41 ratur, si in supradictis plurium consortium causis duo reperiantur, quorum quilibet diversum forum privilegiatum habeat, quis iudex competens? require quæ in cap. seq. dicemus.

42 Tandem si dubites, in casu quo iuxta supra scripta actorum accumulatio fit, an acta originalia, an transumpta remittenda sint, & cui tabellioni, seu notario tradenda. Vide Parlad. dict. lib. 2. quotid. cap. 9. l. 16. tit. 25. lib. 4. recopilat. vbi notanter Azeved.

De foro studiosi cum alio priuilegiato concurrentis, vt puta, alterius Academiæ studioso, fisco Ecclesiastico, vel sæculari. Aut si de Regijs redditibus agatur, aut si cũ Legato, milite, Inquisitore, agricola, Religioso pupillo, vel vidua, alijs vè similibus contendere velit.

CAPVT LV.

1 VLGARIS quæstio attamen necessaria hoc loco proponitur. Vtrùm studiosus aduersus alium priuilegiatum suo priuilegio vtatur? In ea pessimo pragmaticorum ingenio (quod & alibi sæpè) contingit, ipsam scribentium catervam, materiam turbasse, prolixamque aspe

2 ram, & obscuram reddidisse. Specialiter in studioso pauca legi, & incondita Bald. primo loco sibi contrarium in Authent. habita, num. 33. & l. 2. C. de priuil. fisc. quem conciliare conatur, Decius cap. in presentia, num. 51. in princ. de probat. Horac. Luc. de priuil. Schol. priuil. 66. limit. 10. Petr. Lenauder. de priuil. doct. quæst. 81. Gregor. Lop. L. 5. glos. *Si seruos*, propè fin.

tit.

tit. 3. p. 3. Monet. de Conserv. cap. 7. num. 346. Eman. Rodrig. tom. 1. Regul. quæst. 65. art. 15. Collantes ad pragm. lib. 2. cap. 11. num. 1. Osuval. lib. 17. com. cap. 20. lit. K. ad fin. scripsimus, & nos aliqua varijs huius tractatus locis, & in singulari specie, cap. 14. num. 26.

De materia, & regula generali, quòd privilegiatus contra pa 3
riter privilegiatum non vtatur suo privilegio sunt iura in l. sed miles 8. §. fin. de excusat. l. viro atque vxore 39. solut. mat. l. 42. C. de privil. fisc. l. verũ 11. §. pen. & vlt. & l. si apud 12. l. si minor 34. de minor. l. si mater 6. C. ne de stat. defunct. l. qui habet 3. §. 1. de tutel. l. 1. & 2. C. si adverſ. fisc. l. fin. ff. ex quib. caus. maior. l. assiduis, vers. *in duabus*. C. qui potior, l. scire, C. de privil. dot. Authent. de Sanctiſ. Episc. §. sed hæc præsenti, cap. fin. de ord. cogn. cap fin. §. licet, de integr. rest. cap. in præsentia 8. de probation. prosequuntur ordinarij omnes in dict. cap. in præsentia, & in Authent. quas actiones, C. de sacroſ. Eccleſ. Tiraq. de pia caus. privil. 26. Monet. dict. cap. 7. num. 345. vsque ad 352. Eman. Rodrig. dict. 1. tom. Regul. quæst. 9. art. 11. Gregor. Lop. vbi proximè, Collant. dict. lib. 2. cap. 11. per tot. Girond. de privil. à num. 272. Anton. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 13. de fin. vn. Covar. cap. 7, pract. à num. 4. & reg. possessor 2. p. §. 2. num. 4. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 24. & tit. 1. num. fin. & lib. 6. tit. 6. n. 33. Valasco de privil. pauper. 1. p. quæst. 52. à num. 59. Vbi de 4
probatione privilegij, & de cessione, Azeb. l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. recopil. num. 7. Castill. lib. 3. controv. cap. 25. num. 28. Thom. Valaſc. alleg. 65. num. 38. Franch. dec. 188. per tot. Trentacin. lib. 2. var. tit. de citat. resol. 2. num. 18. & 25, Thesaur deciſ. 177. num. 9. Scac. de appel. quæst. 7. à num. 128. Marchesan. de commiſ. p. 2. tit. de commiſ. avoc. caus. §. 2. num. 32. & 29. Cabed. 1. p. dec. 54. 173. & 213. num. 3. Pereir. dec. 22. Gracian. dec. 180. in addit. ad num. 8. Menoch. lib. 4. præsump. 189. num. 123. & præsumpt. 89. à num. 121. & lib. 2. præsumpt. 72. num. 21. & 24. Sylva lib. 1. resp. 10. num. 12. refert plurimos vix tamen vllum ex superius citatis Valasc. axiomat. iur. lit. P. num. 174. & seqq. Anastas. Germon. de indultis §. in quibuscunque à n. 15.

Mens nostra est, regulam hanc in fori privilegio tantùm elu
cidare exemplis in studioso propositis, & vt à faciliori summa- 5
mus initium, sit primus casus, quando studiosus vterque, tã actor, quàm reus, in eadem Academia litteris operam navant, quo perſ-

cuum est, omnem causam coram Scholastico iudice terminari, sive presentes sint, sive absentes, dum modo in studiosorum numero habeantur, imò reus studiosus in hoc deterioris conditionis videtur, quòd vndecunque vltra dictas trahi potest, & etiam post studium, ex causis in studio gestis, vt alibi explicauimus. Ratio est, quia vtriusque iudex cõpetens additur, nec reo vlla fit iniuria quinimo seruatur regula, quòd actor forum rei sequatur.

6 Neque obstat illa alia regula, quod studiosus reus contrà studiosum actorem pariter priuilegiatũ non debebat vti suo priuilegio, dict. l. 8. §. fin. de excus l. viro atque vxore 39. solut. matrim. nam præter alias limitationes procedit in priuilegijs invicẽ obstantibus, aut diversis: quando verò idem priuilegium commune est pluribus, ad idem tendens, & tale quòd ex eius observatione in persona vnius, non inducitur derogatio, sed potius obseruatio in persona alterius; ambo æquè priuilegio vtuntur. Quæ limitatio elegantèr probatur in cap. auditis 3. §. licèt, de in integr. rest. vbi duo Ecclesiæ litigantes aduersus lapsum termini restituuntur invicem, iure minoris, neque illis obstat, quòd pariter priuilegiatæ sint, quia scilicet priuilegium vtriusque non diversum, sed simile est, nec alter ab altero conqueratur.

7 Illud notatu dignum est, quòd in Academia vbi plures sunt iudices ex Auth. habita, reiecit electio, auctore Baldo sic intelligendo in d. l. 2. C. de priu. fisc. ex Dec. d. c. in præsentia nu. 51. Vbi enim plures iudices cõpetũt ex priuilegiò, ibi est electio secus si iure cõmuni cõpetant, latè cũ aliis Couar. d. c. 7. pract. n. 4. 8 vers. *sexto deinde*, Pareira, dec. 27. n. 1. infin. Ratio autẽ disparitatis inter prædictos casus ex limitatione supra tradita oritur, cũ enim in studiosis, vtpotè pariter priuilegiatis in eadẽ Academia non cõquaffetur priuilegiũ sed daret, sequitur quòd in paritate priuilegiorum rei debet esse melior conditio, vt statim dicemus, & probari solet ex l. verum 11. §. pen. de minor. hæc addenda sunt ijs quæ scripsimus de optione iudicũ in studiosis sup. cap. 7. n. 8. & cap. 33. num. 21. & 22. & cap. 50 num. 20.

9 Secundus, & difficilior casus erit. Si studiosus cum alio studioso Academiæ Complutensis Pintianæ vè, aut similium concurrat, vel etiam cum fisco, Cardinali, Archiepiscopo, Episcopo, Equite, seu Religioso Militarium Ordinum, seu cuiuslibet alterius ordinis, Legato, milite, clerico, vidua, pupillo, seu alia miserabili persona, & apud nos cum sanctæ Inquisitionis officiali,

seu

seu Inquisitore, seu Familiari, vel denique cum agricola, quos omnes, & si qui sunt alij, constat fori privilegium habere. In hac specie in primis distinguendum est privilegium fori, quod studio si cæteríque omnes supra enumerati habent iure communi, à privilegijs specialibus postea obtentis iuris communis privilegium augentibus. Nam iure communi attento credo nil verius respõderi posse, quàm si dicamus, inspiciendum esse inter prædictas personas, quis reus, quis actor sit, & reum in suo foro conveniẽdum, vt potè cõqualsito privilegio inter privilegio pares, provt certum est esse suprædictos, quoàd forum iure cõmuni, & Regio, quidquid scribant Baldus, Decius, Gregor. Lop. & Collantes suprà Osuval. dict. lib. 17. cap. 20. lit. K. ad fin. ex Pac. nam & ipse Collantes in agricola agricolam conveniente, hanc sententiam tuetur, dict. lib. 2. cap. 11. num. 3. & eam vnus pro mille defendit latè & doctè Covar. dict. cap. 7. pract. num. 4. per tot. Probaturque primò, quia certum est iure communi attento prædictas omnes personas id tantùm privilegium habere, ne à proprio foro extrahi possint, inter quos etiam est studiosus, qui actor reum non trahit iure communi, sed ex Conservatorijs, vt suprà probavimus. Quin potius etsi aliquæ personæ ex dictis id fori privilegium habeant non solùm, vt non extrahantur, sed vt reos trahere possint, veluti miserabiles de quibus in l. vn. C. quand. imp. inter pupil. hoc privilegium dicitur amplius diversis respectibus, si tamen ponamus viduam agentem velle studiosum ad curiam Principis evocare, nemo dicet amplius privilegium in hac specie viduam habere, nam si ipsa habet, vt reos regulariter trahere possit; studiosus habet, ne ab aliquo extrahi possit, vndè certum est, parem vim inesse vnicuique privilegio, eleganter Covar. d. cap. 7 n. 4. vers. *primo*, Dec. d. cap. 8. n. 51. vers. *secundo conclusio supra dicta*, de probat. Sed & illud argumentum est, omnia prædicta priuilegia paria esse, quòd scilicet causa studij æquiparatur causæ dotis, & miserabilium personarum; imò favorabilius studium, probat Rebuf. priyil. 82. & 128. & studiosus æquiparatur minori, quia vt ipse restituitur, Rebuf. privil. 119. Osuval. lib. 19. còm. cap. 4. lit. xx. in quo etiam militi comparatur, idem Osuval. lib. 21. com. cap. 5. lit. L. ad fin. & argumento de fisco ad studiosum vtitur Rebuf. ex pluribus privil. 116. & 7. lit. E. & lib. 24. cap. 7. lit. CC. Rebuf. privil. 4. & 116.

10

15

20

Ex

13 Ex quibus probatur paria esse privilegia, & per consequens in pari privilegio rei potiorem causam esse, eleganter id probat dict. l. verum 11. §. item quæritur, l. si minor 34. de minor. vbi
14 Cuiac. & Anton. Faber. l. si mater 6. C. ne de stat. defunct. Vbi etiam si actor tractet de damno vitando adhuc rei pariter privilegiati potior conditio est: nam Impp. respõdent, præscriptionẽ quinquennij ne de statu matris quæratur dari filiæ etiam adversus pupillum, & rempub. agentes, quos tamen de damno vitando agere palam est si quidem defunctam, servam suam fuisse contendebant, & consequenter filiam quoque, idem probat, glos. *vel perdidit*, in dict. §. item quæritur, ab omnibus ferè aprobata, maximè Bald. dict. Authent. habita, num. 33. vers. *si autem*, Grego. Lop. dict. glos. *è soueſtos*, l. 5. tit. 3. p. 3. vers. *sed quid si vnus*, Decia dict. cap. in præsentia num. 52. Angel. §. item si agat, num. 14. vers. *sed si inter se*, inst. de exception. Covar. dict. cap. 7. num. 4. vers. *primus casus*, & seq. vbi impugnat Afflict. in hanc nostram sententiam consentit, Azeved. l. 8. tit. 3. lib. 4. recop. num. 7. Cabed. dec. 54. num. 12. Et quando fiscus agit contra fiscum, reum
15 præferri in foro, Peregrin. de iure fisc. lib. 7. tit. 3. num. 24. & si duo habeant suos diversos Conservatores, Conservatorem rei adeundum Monet. de Conser. dict. cap. 7. num. 345.

16 Ex eo autem quòd affirmamus, in prædicta specie conquassatis privilegijs ius commune sequendum inter privilegio pares, hoc est, quòd actor forum rei adeat, novissimè inferri potest, interpretatio, & decidendi ratio ad l. 2. vers. *quod si à fisco*, cum l. seq. de reb. eor. vbi proponitur, pupillum rem emisse, eamque vẽditionis tempore venditori pignori obligasse, quoàd pretiũ solveretur, quæsitum fuit de iure pignoris? Resp. Consultus, pignus non tenere; nam vbi dominium quæsitum est minori, cæpit non posse obligari. Sed quid si à fisco fundum pupillus emat, vel ex alterius pupilli pecunia, alteri pupillo ematur, an pignoris constitutio per pupillum in favorem fisci, vel alterius pupilli facta, valeat? & respondet valere. Huius rei ratio ex regula de pariter priviligiatis eleganter depromitur: nam concurrentibus fisco, & pupillo, vel duobus pupillis scilicet pariter privilegiatis, conquassantur privilegia, & perinde ratio habetur, atque si à duobus non privilegiatis iure communi pignus constitutum foret.

17 Hoc iure communi attento. Sed si privilegiatus iure communi, habeat id fori privilegium amplius, & potentius ex conces-

sioni-

sionibus, aut indultis specialibus, alia regula constituenda est. Et in primis priuilegiorum series maturiùs, & attentius ponderanda; an scilicet priuilegium vnius litigãtis priuilegij alterius derogationem contineat: quo casu posteriori priuilegio standũ erit, l. si quis in principio, cum vulg. de legat. 3. latè Horat. Mãdos. tract. de priuil. ad instar, & in specie Eman. Rodr. d. 1. tom. regul. q. 65. art. 15. ad fin. Monendum tamẽ est, priuilegia, de quibus agimus, in iure cõmuni inserta esse, idcirco difficillimè eorum derogatio inducetur, nisi specialis & expressa, vt latè prosequuntur vltra Mandos. & Eman. sup. Gonçal. reg. 8. Canceli. Glos. 18
bant vltra Mandos. & Eman. sup. Gonçal. reg. 8. Canceli. Glos. 18
36. per tot. maximè à n. 13. Monet. de conseruat. d. c. 7. n. 350.
Ex dictis ratiocinari oportet quid in nostro Salmanticensi Gym
nasio dicendum sit. Et herclè inspectis eius amplissimis priuile
gijs, Pontificia & Regia potestate, & approbatione expediti-, &
confirmatis, facilè quisquam dicet, studiosum Salmanticensem,
siue reum, siue actorem (actorem scilicet intra diætas) & conue-
nire, & conueniri debere coram Scholę Magistro; nam & ordi- 19
naria, & Conseruatoria eius iurisdictio, tam Pontificia, quàm Re
gia, iuxta tenorem dictorum priuilegiorum exerceri potest in
omnes cuiuscumque dignitatis, & conditionis, siue Regali, Pon-
tificali, Ducali, Archiepiscopali, Cardinalitia, & similibus dig-
nitatibus suffulti sint, etiamsi similia, vel maiora priuilegia fori
habeant, vel iure communi, vel priuilegio. & specialiter quoque
derogantur priuilegia Ordinis D. Ioannis Hierosolymitani, &
cæterorum Militarium, siue aliorum quorumcumque. Item priui-
legia Pintianę, Complutensis, Toletanæ, Palentinæ, Legionen- 20
sis, Conchensis, Seguntin. Burgens. & aliarum quarumcumque
Vniuersitatum, seu Cathedralium Ecclesiarum, etiamsi in suis pri
uilegijs habeant, quòd nisi de verbo ad verbum exprimãtur, de-
rogata non censeantur, siue alias quascumque clausulas deroga-
torias, vt videre est in const. 22. iunct. const. 333. vers. *Seu aliqui
bus* pag. 70. & pag. 83. & 92. vers *Ac quod rector*, & fol. 102. in C. õ
seruatoria Leon. 10. & fol. 109. Cum enim certum sit priuilegia
hæc omnia ex Principum concedentium potestate pendere, in-
ueniamusque in fauorem studiosi Salmanticensis amplissimam,
& specialissimam cęterorum reuocationem, rectè sequitur stu-
diosum priuilegiatos omnes ad suum forum trahere, ex dictis su
pra n. 17.

Hanc doctrinam limitabis, nisi priuilegiatus alter, qui cũ 21

Salmanticensi studioso contendere vult, aliud priuilegium exhibeat, quod Data posterius sit priuilegijs Salmantinis; imo nec hoc sufficiet, nisi specialem & expressam Salmantini priuilegij derogarionem habeat; nam generales clausulæ derogatorię
zz quamtumcumque amplissimę, nil proderunt, tum quia studiosorum priuilegium potiori exparte iuris communis est, tum etiam quia motu proprio cōcessum præsumitur, quibus duobus casibus clausulæ derogatorię non operantur. Denique quia studiosorum priuilegia eam clausulā habēt, ne derogari possint. Probat hæc omnia latè Rebuf. priuil. 82. & 178. & 179. Emān. Rod. & cæteri sup. n. 2. & seqq. adducti, & est text. in l. aliam, de nouat. l. 2. §. prui quoque, de priuil. cred. l. 3. C. de silentiar. lib. 12. c. cum ordinem, de rescript. c. inter monasterium de re iud. vbi Doctores latè quando in reuocatione generali veniat causa vel perso-
23 na priuilegiata, Gl. in authent. qua in prouincia C. vbi decrim. Monoch. lib. 6. præsumpt. 40. per tot. vbi num. 6. quando miserabilium priuilegio censetur reuocatum. Girond. de priuil. nu.
24 282. 783. 1226. & 1230. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. *habentes iura fisci*, n. 21. & iuxta prælibatam distinctionem inter priuilegia inserta in iure, vel motu proprio concessa, & cætera intelligendi sunt, Crescent. decis. 16. de priuil. alias 223. n. 2. Ang. d. §. item si agat nu. 14. vers. *tertio*, inst. de except. Felin. 61. col. 9. & cap. nonnulli, concl. 16. de rescript. Roman. cons. 498. Marqu. de cō miss. 2. p. de commiss. auoc. caus. §. 2. Valascus cum pluribus de priuil. 1. p. q. 47. & quæstione 52. n. 58. Inde est, quòd cum iudicio Rebuf. priuil. 91 probet, rescriptum speciale contrā studiosum nominatim impetratum, vt possit coram certo iudice trahi,
25 si non exprimatur qualitas quod studiosus sit, minimè valeat rescriptum. Ego addo etiam si tale rescriptum ampliſsimas derogatorias clausulas habeat, nisi & illam quoque, *etiamsi in studio generali studiosus sit*. Dec. c. cum ordinē n. 4. de rescript. Secundò limita & declara, quòd in dubio, etsi de reuocatione non con-
26 ster, forum rei præferendum est sine dubio, ex sup. nu. 9. & seqq. tradi-is, & in specie Monet de conser. d. c. 7 n. 350.

27 Vnde notandus est Emin. Rodr. d. art. 15. qui affirmat, posse regulares vti suis Conseruatoribus adversus studiosum pro iniurijs regulari factis, eo solo motus, quòd regularium priuilegio cōtineatur, posse ipsos etiam adversus alios regulares eque priuilegiatos vti Conseruatore. Quæ omnia inconsequenter & mi-

nus

nis verè scribit hic Autor; nam primò falsum est religiosos ad-
uersus alios æque priuilegiatos vti posse Conseruatore ob iniu-
rias sibi factis, cum in hac specie iniuriatus sit actor, vt proba-
ui sup. c. 47. ad finem: ergo in pari priuilegio, non Conseruator in-
iuriati, sed iniuriantis, qui reus est, erit adeundus, vt in specie te-
net ex pluribus Monet. d. c. 7. a num. 345. Secundò, quia simili-
ter in studioso, qui suum Conseruatorem habet, dicemus, à regu- 28
laribus æque priuilegiatis coram Scholæ-Magistro conueniri de-
bere. Nec obstat quòd priuilegium regularium expresse sit con-
cessum contra pariter priuilegiatos, quæ clausula Emanuelem
decepit, nam eamdem quoque habet priuilegium alterius regu-
laris æque priuilegiati: vnde dicere debemus, si de reuocatione
non constet, conquassatis priuilegijs rei forum præferri; verius
ergo scripsisset hic Autor, ob iniuriam à regulari factam alij re-
gulari æque priuilegiato adeundum iniurianti s Conseruatorẽ.
Sed adhuc neque hoc in studioso Salmanticense locum habere 29
poterit, qui expressam cæterorum derogationem & apertã ha-
bet, idcirco nisi tale priuilegium exhibeatur, quod posterius
sit Salmanticensi; eiusque specialem derogationem contineat,
aut saltim de quo dubium sit, an reuocetur Salmanticensi priui-
legio, nisi hoc inquam exhibeatur per regulares, vel alios quos-
cumque exemptos, & conuenire debebunt studiosum coram suo
iudice, & ipse eos intra diætas trahet, & in cæteris casibus, in
quibus extra dietas trahere potest, supra explicitis. Hoc in Sal-
mantina Academia, & similia priuilegia habentibus, nam iure
communi attento, forum rei incunctanter attenderetur, nisi stu-
diosi priuilegiũ expresse reuocaretur priuilegio aduersarij iux-
ta d n. 21. supr.

Constat igitur studiosum Salmanticensem omnes exemp- 30
tos sup. n. 9. nominatos trahere ad suum forum, nec ipsum trahi
ab vllo eorum posse, nisi de derogatione ipsi doceant, aut saltim
dubium sit, an ipsis derogetur suum priuilegium, quocasu rei
forus attenderetur. Hæc tamen conclusio, cæteraq; supra tradita
limitanda, & explicanda sunt tertio principaliter, nisi ratione
professionis, negotiationis, aut exercitij causæve, potentius sit
alterutrius priuilegium, vt ecce in studioso causæ liteſque, quæ 31
Cathedras, & quo modolibet litterariã professionẽ respicerẽt,
vel contractum causa studij, vel alimentorum in studio factum,
in his omnibus tam iure communi quàm nullo priuilegio obstã-

te, Scholę-Magister sine dubio adeundus erit, siuè reus, siue actor sit studiosus (actor scilicet intra diætas, aut in casibus exceptis vltra eas) (nisi tale priuilegium mihi proponas, quod & harum causarum derogationem specialem contineat) Similiter
32 è contra, si studioso lis sit cum Cardinali, vel Episcopo, vel Clerico, in causa Cardinalitiam dignitatem, vel Episcopalem, aut curam animarum ab eisdem studioso commissam pertinenti, in quibus quicumque agat, vel conueniatur, Pontifex erit adeundus, aut iudex alias specialis ratione causæ; si cum equite, vel alio religioso, in causa ipsius religionis professionem, & regulam
33 respicienti, tunc semper Prælatus religionis adeundus, siue in reo, siue in actore loquamur, iuxta explicita sup. c. 34. si cum pupillo, vel alia miserabili persona super tutela, vel alia adminiı-
34 stratione, vel officio certo locó gestis, quo casu iudex loci adeũdus, vt sup. c. 50. §. 4. Si cum Inquisitore, vel Familiari super causa Fidei, vel alijs, exijs, quæ specialissimè Inquisitionis Tribunali committuntur; nam tunc ipsum Tribunal adeundũ erit. Huius limitationis ratio euidẽs, & pluribus huius tractatus locis exor
35 nata est, probaturque imprimis eleganter in l. fin. C. de iurisdiction. ibi. *Periniquum & temerarium esse perspicimus, eos qui professiones, seu negotiationes aliquas exercere noscuntur, iudicum, ad quos earum professionum, seu negotiationum cura pertinet, iurisdictionem, vel præceptionem declinare conari: quapropter iubemus huiusmodi hominibus, neque cuiuslibet militia, seu cinguli, vel dignitatis prærogatiuam in hac parte suppetere.* Et inferius ibi: *Ita tamẽ vt ipsis nihilominus iudicibus, sub quorum iurisdictione, militia, siue dignitas eorum constituta est, proculdubio respondeant.* Pulchrè sanè probatur hac lege priuilegium fori potentius omnibus esse illud, quod professionem specialem respicit, continetve; nulloque alio priuilegio in causis professionis vinci, consonat l. 1. tit. 4. p. 3. ibi: *Por razon de sus menesteres*, exornauimus c. 16. in princip. sup. & alibi.

63 Secundò probatur ex duabus limitationibus communiter receptis, ad regulam quòd priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur suo priuilegio, nempe quando vnum priuilegium potentius est altero, vel specialius; quę duæ limitationes in vnam coincidunt, aut saltim genus & speciem cõtinẽt, nam hoc quod est priuilegium, concurrere magis in specie, vel specialius esse concessum, species est potentioris priuilegij, reg. in toto iure,

de

de reg. iur. cum potentius ex alijs etiam causis dici possit: igitur quia potentius priuilegium est, quod specialem causam, & professionem respicit, ideo dicimus indistinctè ad forum professionis causas eiusdem professionis remittendas, nullo alio priuilegio obstante. Hanc, seu has limitationes latè probant Dec. d. c. in præsentia n. 51. Couar. d. n. 4. Gratian. tom. 4. forens. c. 661. Valasc. in axiomat. d. lit. P. n. 175.

Volunt tamen eam probari in d. l. verum 11. §. fin. de mi- 37
noribus, circa cuius explicationem parumper subsistendum est. Ait Vlpian. si minor filiosam. mutuam pecuniam dederit contra S.C. Macedon. posse minorem in integrum restitui, *vt magis ætatis ratio quàm S. C. habeatur*, Ant. Fab. ait, potentius dici ætatis priuilegium, quia naturalem æquitatem habet, S.C. vero Macedonianum ciuilem. Displicet hęc ratio, displicēt cæteræ antiquiorum scribentium, quin potius videtur potentius dici d. here S.C. priuilegium, quia causam, & vindictam publicā respicit, & materiam peccandi malis moribus aufert, l. 1. ad Macedon. vnde ius publicum, & vtilitatem publicam habet. E cōtra minoris priuilegium ius priuatū respicit, quod semper posthaberi solet, l. ius publicum ff. de pact. Et facilius derogari iuri priuatorum quàm cum omni, probat eleganter l. eius §. 1. de milit. testam.

Videtur igitur aptius explicari posse, d. §. fin. si dicamus in 38
eo non probari potentius priuilegium vinci, quia non tam vincitur S.C. ab ætatis priuilegio, quàm non concurrit; nam pouēdum est, tunc demum minorem in integrum restitui, non obstante Macedoniano, scilicet si ignorauerit filium famil. esse cum, cui mutuum dedit, aut saltim si ignorauerit ipsius S.C. prohibi 39
tionem, nam ex capite ignorantiæ iuris, vel facti restituitur minor, l. 9. de iur. & fact. ignor. l. pen. C. de minor. vnde probata scientia, vincet S.C. sine dubio, l. 3. §. proinde, vbi eruditè Cuiac. lib. 12. Digest. Iul. de S.C. Maced. ergo non tam ob id quòd potentius sit ętatis priuilegium, vincet in d. §. fin. quàm quia iura cauerunt S.C. cessare in minore, qui factum, vel ius ignorauerit.

Hic tamen sensus infringitur ex eo quòd si absolutè S.C. 40
cessaret, neque cum minori ętate concurreret, nulla in integrū restitutio necessaria esset. At sic est, quòd requiritur in integrū restitutio, vt constat ex d. §. final. ergo quia filius fam. adversus

mi-

minorem agentem excipit de S. C. Macedoniano ; & tunc minor replicatione in integrum restitutionem postulat, vt in d.§.fin.rectè not. Accur. Fab.& alij ex l.nam postea 9.§. minor de iur.iuran. Ex quibus apparet in concursu ætatis, & S.C. maiorem rationem ætatis haberi.

41 Vnde nouiter forsitan Vlp. sic intelligo, vt probet in d.§. fin.id quod & antecedenti § proposuerat, nempe dato priuilegiatorum concursu, eum præferri, qui læsus, vel captus est, aut saltim læsus, vel captus à iure præsumitur. Id autem esse S. C. propositum, & mentem probatur primò, ex §. antecedenti ibi: *Inspiciendum de Prætore quis captus sit*. Secundò, quia minor iuris, vel facti ignorantia mutuo dans, eo ipso læsus præsumitur,

42 d.l.9.de iur.& fact.ignor. Idcirco eius priuilegium vincit; vnde si è cõtra proponas, scientem ius, & factũ minorẽ mutuasse, tunc cessante læsione, consumentis melior conditio erit, idest rei, d.§.proinde, d.§.item quæritur, & d.l.si minor. 34. Igitur iã constat, priuilegia inter se æqualia Vlpianum proposuisse, eorumque illum præferri, cui captio contingit, quæ alia communis limitatio est ad regulã, quòd æqualia priuilegia cõquassantur, de qua limitatione Menoc.lib.2.præsumpt. 72. cæterique sup.n.3 adducti, & sic interpretantur tex. in l.1.& 2.C.si aduersus fiscum, l.fin.ff.ex quib.caus.maior.c.auditis, de in integrum rest. Decius, d.n.51. Cou.d.c.7 n.4.vers.*secundò*, Giron. de priuil.n.288.

43 Eodem modo interpretandus est Gacus in l.si apud 12. de minor. finge, minorem rem vendidisse, & tradidisse habita fide de pretio, & mulierem pro emptore fideiussisse de pretio soluendo; minor in integrum restitutionem petit, rescindiq; vẽditionem desiderat, remque sibi restitui, quæritur, an minor aduersus mulierem quoque restitui possit? Consultus distinguit, si emptor soluendo est, repellitur minor a muliere Velleiani exceptione, si soluendo non est, non vtitur mulier Velleiano. Cuius differentiæ ratio omninò pendet ex supra dicta inspectione, scilicet quòd in pari priuilegio, is qui captus læsusve est, priuilegio vtatur, etiam aduersus æque priuilegiatum. In prima enim specie, cum scilicet emptor soluendo est, minor captus nõ inuenitur, cum iure communi, id est, in integrum restitutionis beneficio ei aduersus debitorem actio restituatur, qua securus est, ideo priuilegio vti non potest aduersus mulierem æque pri-

ui-

uilegiatum: mulier autem priuilegio vtitur, quia tunc ipsa mulier capta præsumitur, agitque de damno vitando. Cum autem debitor soluendo non est, tunc captio minori contingit, qui fideiussione, mediante rem tradidit, fortè non aliàs traditurus, igitur æquum est aduersus mulierem quoque restitui.

Neq; obstabit si dicas, mulierem similiter captam videri, & de damno vitando agere, idcirco conquassari debere priuilegia. Nã respondeo, minoris captioni ipsam fideiussionẽ causã dedisse, & ita à muliere quoque minorem deceptum præsumi; si enim non fideiussisset, fortè nõ alienasset, vt diximus, quòd si fideiussio ex Velleiano rescinderetur, delusus à muliere minor rectè dici posset; mulier autem non tam à minore, quàm à debitore decepta videtur: vnde sufficit, si aduersus eum mulieri actio salua maneat, eleganter l. 1. §. fin. ff. ad S. C. Velleian. 44 45

Vnde inferes errare communiter interpretes, qui ætatis priuilegium omnibus, & fisco etiam potiorẽ esse aiunt, inter quos Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 2. n. fin. eo motus, quòd minor aduersus fiscum restitui possit, nam si læsus est, restituetur, sin vero fiscus læsus sit, etiam aduersus minorem restitutionẽ habebit. Deniq; si vterque læsatur, vt in d. c. auditis, alter aduersum alterum mutuò restituitur, toto tit. C. si aduers. fisc. d. c. auditis. Ergo constat solam ætatis considerationem nullo modo priuilegiũ potẽtius efficere, & sanè maximo errandi periculose exponet, qui solã ætatis rationẽ intuebitur in hac disputatione. 46

Sed (vt eo, vnde digressi sumus, reuertamur) iuxta regulas, & limitationes huc vsque traditas decidenda erit alia nouissima quæstio, nempe si iuxta priuilegia Salmãtini studij, eiusque territorij terminos (qui quam latè pateant videmus) reus ad forũ Academicum remittendus sit, isque in alio Regno moretur, secundum cuius Regni priuilegia nemo èregno extrahi possit; quid fieri debeat? Dubitationem mouet, quòd Academicũ priuilegiũ, & ius dicẽdi potestas, quatenus Ecclesiastica est, Orbẽ Christianum contingit; quatenus Regia Philippi Quarti Regna penè immẽsa; ergo vndecumque extrahi poterit reus. Sed ante omnia priuilegia inspeciẽda erunt, & nisi expressè Academico priuilegio reuocatum sit, posse reũ trahi, & debere affirmo, iuxta dicta superius n. 19. Data autem paritate priuilegiorem possidentis, melior conditio erit (id est) rei. 47 48

In

In quibus cauſis forus Academicus amittatur. De renuntiatione & ſummiſsione, de hæret. de iniuria, vulgo reſiſtencia *Regio iudici facta, & de ſtudioſo delinquente contra profeſsionem, vel conſtitutiones, & alijs.*

CAPVT LVI.

AB hoc poſtremo noſtri operis capite facillimè nos expediemus, nam plurimos caſus, in quibus ſtudioſi foro non gaudent, varijs locis explicabimus, quos inquiranti faciie erit reperire, nunc alij, qui deſiderantur, explicabuntur.

1 Primus eſt, an renũtiatione, vel ſubmiſsione ſaltim iurata, poſsit ſtudioſus priuilegium amittere? Probabilius eſt non poſſe, neque expreſsè, neque tacitè, ratione loci, delicti, vel rei ſitę, vel alio quolibet modo; quia vniuerſo ordini, non ſingularibus conceſſum eſt forum; neque in fauorem ſingularium ſtudioſorum, ſed generaliter in ſtudiorum, & litterarum gratiã.

2 Rurſus apud nos deciſio text. in c. ſi diligenti, de for. comp. qua iuramenta in hanc rem interpoſita anullantur, ſpecialiter ad ſtudioſus porrigitur, conſt. 23. & concordia Regia approbatur, vide ſcripta ſup. c. 21. §. 7. à num. 161. Vultei. l. 1. C. de iuriſdictione n. 128. & 168. Oſſuald. lib, 17. com. c. 10. lit. N. & c. 20. lit. K. vbi quòd hæc ſententia vſu, moribuſque recepta, licèt contraria iure probabilis ſit, quam ſequitur Donel. d. auth. ha-
3 bita à num. 25. & pro ea eſt l. 7. tit. 31. p. 2. verſ *otroſi*, vide Balboa c. 1. q. 1. de for. comp. Imò tentari poteſt, quòd nec ipſe iudex Academicus cõſentire poſsit huic renuntiationi, quia pri-
4 uatiuus eſt, extraditis à Barboſ. l. 1. art. 4. à num 48. alter Barb. de poteſt. Epiſc. alleg. 124. n. 7. At dices, ſi ſtudioſus expreſſe, etiam cum iuramento ſuo foro renuntians nil agit, quomodo tacitè pluribus caſibus diximus renuntiari, veluti ſi negotium, vel adminiſtrationẽ exerceat? Reſp. id iure ita cautũ eſt, quãdo alia cauſa in ſpecie cõcurrit ſtudij ratione poti.r, vel in pœ-

nam

nam studiosi alijs negotijs se immiscentis exempla sunt vulga
ia in clerico, & nobili alibi per nos tradita. Nec nouũ vt mul-
ta tacite fieri possint, quę expresse non possunt.

Secũdus casus si studiosus crimen hęresis committat, in quo 5
forum amittere probant tradita, sup. c. 55. n. & c. 24. à num.
251. vide D. Larream disp. 1. n. 37.

Tertius casus erit in reconuentione, si studiosus reum, vl- 6
tra diætas coram suo iudice conuenerit, nam poterit ipse recõ-
ueniri, Salicet. d. auth. habita, n. 25. vide Rebuf. priuil. 160. & in 7
compensatione priuil. 168. videndus omnino Bouad. lib. 2. c.
17. n. 128. & c. 18. n. 162.

Quartus casus, in studioso Clerici occissore, quem, etiamsi 8
doctor sit, vel Eques Militaris Ordinis, posse ab Ecclesiastico
insignia doctoratus, vel militiæ priuari, & consequenter forum
amittere, scripsit Bouad. lib. 2. polit. c. 17. n. 86. sed vereor ne
decipiatur, nã iura, & Auctores ab eo adducti, nil tale probãt,
sed dumtaxat fieri occisorem Clerici de Ecclesię foro, si laicus
sit, ex quo id quoque solùm inferri potest, studiosum laicum
Clerici occisorẽ puniri posse ab Scholæ-Magistro, non solum
vt Regio, sed vt Ecclesiastico iudice, quo casu appellabitur ad 9
superiorem, cuius iurisdictionem exercuisse cõstabit Scholæ-
Magistrum, & in dubio ad Ecclesiasticum, vt alibi scribimus
si autem studiosus Clericus sit, nilopus est dicere Ecclesiæ fo-
rum contrahere, quod iam habet; igitur ab Academico iudice,
qui suus ordinarius Ecclesiasticus est, punietur.

Quintus casus, superiori adnecti potest, si scilicet studio- 10
sus studiosum occideret, vel contra professionem, vel constitu
tionem delinqueret, quo casu forũ amittere scribit, Platea l. 3.
C. de curios. & stationar. lib. 12. addens idem esse in studioso in-
honesto. Sed hæc Plateæ traditio minus vera mihi videtur, &
limitanda, quando ipso statuto, vel lege pœna amissionis fori
imponitur, vt insinuat Greg. l. 43. gl. *vsare*, tit. 18. p. 3. Secundo 11
eam acciperem, vt iudex ipse Academicus posset studiosum
nimis inhonestum, aut scandalizatorem foro priuare, vt indig-
num; ante sententiam tamen, foro gaudebit, imò ferè semper
hæc sententiæ qualitas requiretur, ad ipsumque Scholæ Magi-
strum espectabit, hoc pronuntiare, vt iam scripsimus sup. cap. 12
55. ad fin, & c. 56. & iuxta hæc accipiendi sunt plures casus, de
quibus Horac. Luc. post priuil. Schol. & nos. cap. 37. n. 37. &
seqq.

Vl-

13 Vltimus iſque inſignis caſus deducitur ex l. 28. tit. 7. lib. 1. Recop. in ſtudioſo iudicibus Regijs reſilienti, de quo vide Narbon. ibidem, & fuſiſimè in l. 20. tit. 1. lib. 4. Gloſ. 18. per tot. cui duo tantum addam. Primum ſtudioſos clericos ob reſiſtentiam iudici ſeculari factam, quantumcumque qualificatã,
14 non amittere fori priuilegium, niſi vt poſsint capi, & ad iudicem Academicum remitti, vel vt in pœnis pecuniarijs mulctari poſsint, vt not. in l. addictos, C. de Epiſcop. aud. c. Romana de pœnis in 6. cum pluribus Bouad. lib. 2. c. 18. n. 84.

15 E contra verò, ſi ſtudioſus laicus iudici Eccleſiaſtico reſiſtat, quid iuris? defendi poteſt ſaltim in noſtra Salmantica; idẽ dicendum eſſe, ac ſi clericus ſtudioſus alij iudici Eccleſiaſtico
16 reſiſteret, & vtroq; caſu forum nò amittere ob d. conſt. 23. ibi neque ratione delicti rei, vel cauſæ; rurſus expendo d. l. Regię ſolum excipi reſiſtentes Regijs iudicibus, ergo ſecus in Eccleſiaſticis, iure tamen communi attento, forſam diſtinguendum
17 eſſet, quod ſi iniuſtè reſiſteret ſtudioſus, forum amitteret, Narbon. vbi proximè, ſi nautem iuſtè foro gaudeat, idem Narbon. d. Gloſ. 18. à n. 36.

18 Secundo noto, ſtudioſum reſiſtentem iudici Baronis, aut
19 comitis, & ſimilium non amittere forum, vt in ſimili latè pro-
20 bat idem Narbon. n. 42. & ſeqq. vbi n. 100. quid in iudicibus per populum in dictis locis electos. Cuius rationes ſi veræ ſunt in iudicibus Baronum, verę quoque erunt, ſi ipſis Dominis ſtudioſus reſiſtat, vt cognoſces ſi ipſa Auctoris fundamenta perlegeris.

(.§.)

FINIS.

INDEX RERVM

quæ in hoc libro continentur, in quo primus numerus caput, secundus verò capitis numerum significat.

CAPVT PRIMVM.

DE Rectore Academico qualis eligi debeat, & qualiter, item de oriundis nón eligendis. Folio 5.

Cap. II. An quæ de oriundis in Rectore, & cæteris respõdimus, locum habeant in admittẽdis ad Collegia, beneficia patrimonialia, & legata pia pro virginibus maritandis, ad quæ non nisi ex certo loco, vel Prouincia oriundi admitti possunt. fol. 23.

Cap. III. Regnigenam eligendum Rectorem Academicum iuxta l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopil. fol. 31.

Cap. IIII. De ætate & clericatu Rectoris, & annali residentia ante electionem. fol. 33.

Cap. V. De probatione & præscriptione qualitatum, quæ in Rectore requiruntur. fol. 39.

Cap. VI. Rectoris iurisdictio, dignitas, eius officij origo apud Salmanticenses. fol. 40.

Cap. VII. De iureiurando, quod ab studiosis Rectori præstatur, & in cathedrarum prouisione extorquetur. fol. 56.
Cap. VIII. De officio Scholarum Magistri, de eius origine & electione, & an ad Regium ius patronatus pertineat præsentatio. fol. 61.
Cap. IX. De iurisdictione ordinaria, & territorio iudicū studiosorum. fol. 82.
Cap. X. Scholarum Magistrum esse præterea executorem, & conseruatorem, iudicem, & de Regijs conseruatoribus. fol. 85.
Cap. XI. Circa personas quid iurisdictioni ordinariæ addant munera executoris, & conseruatoris Academici. fol. 86.
Cap. XII. Quæ causæ addantur ordinariæ iurisdictioni Scholarum Magistri ob munera executoris, & conseruatoris. fol. 89.
Cap. XIII. Quid circa iudiciorum formam addatur iurisdictioni ordinariæ, & præcipue circa appellationes recipiendas, vel non & summariam cognitionem. folio 90.
Cap. XIIII. Quid iure communi obseruetur circa deferendam appellationem in causis studiosorum. fol. 91.
Cap. XV. Executoris & conseruatoris Academici cognitio an procedat in studioso quando reus est, præcipuè quoad appellationes recipiendas: fol. 95.
Cap XVI. Scholarum Magistrum posse procedere appellatione remota, vt iudicem ordinarium, etiam cessante exe-

executoris, & conseruatoris priuilegio, in causis studiosorum qui rei sunt, & quid in Rectore. fol. 99.

Cap. XVII. Notabilia quædam de clausula, appellatione remota, & summariè de plano, *&c. & quid in criminalibus operentur. fol. 102.*

Cap. XVIII. Rursus de Scholarum Magistro, vt executor est, à Pontifice, & Rege, an merus mixtus ve sit, an ordinarius, an delegatus, quas exceptiones discutere possit. fol. 106.

Cap. XIX. De iurisdictione Cõseruatoris Academici, an ordinariâ, an delegata, & plura quæ ex hoc inferũtur. fol. 112.

Cap. XX. Studiosorum iudices, an priuatiuam, an vero cumulatiuam (vt aiunt) iurisdictionem habeant. folio 118.

Cap. XXI. Literarum Academiæ, an Ecclesiasticæ, aut Seculares, item an Rectoris, Scholarum Magistri, & similium iurisdictio Ecclesiastica Secularisve sit. fol. 119.

§. I.

Respondetur ad primum argum. & de immunitate Ecclesiarum, Scholarumve in Studiosis, agitur. fol. 134.

§. II.

Respondetur ad secundum argumentum, & late explanatur quid Pontifex possit, in academijs erigendis, & ad quid approbatio Apostolica desiderari soleat. fol. 135

§. III.

Responsio ad tertium argum. & de differentia inter corpus mysticum, & singulos de vniuersitate quoad causarum cognitionem. fol. 141.

§. IIII.

Respondetur ad quartum argum. & litterarum, & studiorum finem communem, siue promiscuum esse probatur. fol. 144.

§. V.

Respondetur ad quintum argum. oppositæ sententiæ. fol. 146.

§. VI.

Respondetur ad sextum, & septimum argumentum. folio 147.

§. VII.

Respondetur ad octauum argum. deductum ex d. const. 23 iunct. cap. si diligenti, de for. compet. fol. 148.

§. VIII.

Respondetur ad nonum argum. & de potestate Scholæ Magistri ad censuras proferendas in causis laicorum studiosorum discutitur. fol. 151.

§. IX.

Respondetur ad decimum argum. & a iudicibus studiosorum, ad quos appellandum sit, discepteatur. fol. 155.

§. X.

Respõdetur ad vndecimum argum. & nouissime tractatur quando cognitio per viam violentiæ in causis studiosorũ locum habeat, & quomodo. fol. 162.

§. XI.

§. XI.

Respondetur ad duodecimum argum. fol. 167.

§. XII.

Respondetur ad decimumtertium argum. & de natura donationis Regiæ fauore Ecclesiæ factæ in iurisdictionalibus agitur, & an præsumatur iurisdictionis donatio, seu potiùs precaria concessio. fol. 168.

§. XIII.

Respondetur ad decimumquartum argum. & an redditus Ecclesiasticorum adsignatio Vniuersitatem Ecclesiasticam reddiderit. fol. 174.

§. Vltimus.

Respondetur ad vltimum argum. & nouissimè de Collegijs maxime Salmanticensibus, deque eorum natura, visitatione, & reformatione tractatur. fol. 177.

Cap. XXII. Examinantur quæstiones aliquot, de Pontificia & Regia potestate in studio generali, quarum decisio ex dictis capite proximo eruenda est, præcipuè, an Princeps possit suffragia studentibus auferre in Cathedrarum prouisione, an studium ad subsidium Ecclesiasticum teneatur; de dissolutione, seu translatione Vniuersitatis, & quid iuris tunc de decimis ab Vniuersitate possessis, cæterisque priuilegijs Pōtificalibus. fol. 205.

Cap. XXIII. De potestate Vniuersitatis studiorum in statutis condendis, an confirmari debeant, & an per Pontificem, Principemve sæcularem, hæc omnia nouissimè

simè in statuto ne Doctores creari possint nisi puri sanguinis, quos Christianos veteres *vocant, discep-tantur. De statuto* Conchensis Collegij, *denique de potestate Academici Concilij circa collectas imponẽ-das, & de suffragij reformatione. fol.230.*

Cap.XXIIII. De iurisdictione Conseruatoris, & exe-cutoris Academici, an Ecclesiastica, an Secularis; quando Pontifex vel Princeps eos dare possint, quan-do reuocare; & plura quæ ex his inferuntur, maxime quando appellandum ad Principem delegantem. De recusatione, deque exemptione iudicum studiosorum, Quando & per quos puniri aut syndicari possint, & quando ab ordinarijs locorum, si excedant, prohiberi, & apud nos Scholæ Magister qualiter à Salmantino Episcopo, & Ecclesiæ Capitulo exemptus; de præcedẽ-tia in subselijs, & obsequijs vulgo Acompañamiẽ-tos, *Episcopo præstandis, & de præcedentijs Acade-miæ latè. fol.244.*

§. I.

Quæ obsequia teneatur Scholæ Magister Episcopo Sal-mant. exhibere, & de præcedentijs latè. fol.262.

§. II.

De sede Scholæ Magistri in choro Cathedralis Ecclesiæ, & de Præcedentijs Rectoris & Academici Concilij, si Episcopi, aut similes concurrant. fol.267.

§. III.

De Residentia Scholæ Magistri in Cathedrali, an possit cogi, & per quem; quando absens distributiones perci-piat

piat, & an ob abſentiam minuantur beneficia, dignitati iudicis annexa vulgo preſtamos. *fol.* 272.

§. IIII.

In quibus caſibus Scholæ Magiſter exemptus non reperiatur ab Epiſcopo, & quid pro defendenda Eccleſiæ immunitate. fol. 274.

§. V.

Per quem Scholæ Magiſter ad reſidentiam cogi poſsit, & quis ſit iudex in cauſis præcedentiæ. fol. 277.

Cap. XXV. *De inhibitione & cauſarum auocatione a iudicibus ſtudioſorum, & quis poſsit in grauioribus cauſis iudices ſpeciales dare aduerſus ſtudioſos. folio* 181.

Cap XXVI. *Studioſi laici non à Pontifice, ſeà à Principe priuilegium exemptionis habent; ſicut contra Clerici à Pontifice, non a Principe, niſi cum clericus forum ciuile, aut laicus Eccleſiaſticum ſortiuntur; nam tunc inſignem producit effectum mutua vtriuſque poteſtatis exemptio, & Academiæ approbatio. fol.* 285.

Cap. XXVII. *De prorogatione iuriſdictionis Scholaſticæ, & compromiſſo an Academicum Magiſtratum. fol.* 288.

Cap. XXVIII. *Intra quos fines ſtudioſorũ iudices ius dicere poſsint tã vt ordinarij quàm vt conſeruatores Eccleſiaſtici, & Regij. Quid ſi ſine dietarum reſtrictione dentur, & quando Pontifex derogare poſsit Concilio de dietis, denique an tribunal mutare poſsint Academici Magiſtratus, & an intra dietas. fol.* 293.

Cap.

Cap. XXIX. *A quibus locis, & in quas prouincias possit studiosorum iudex relegare. De exilio, relegatione, & deportatione explicatur nouiter, & diffusè l. 7. de interdictis, &) relegatis. Obiter de domicilio studiosi in loco studij. fol. 298.*

Cap. XXX. De Cancellario *Academico, de nominis origine, & dignitate, &) de varijs Cãcellariorum speciebus. Quis possit conferre* Doctoratuum *gradus, & similes, &) de Principis potestate circa explicationem. l. 5. 8. 9. & 25. tit. 7. lib. 1. Recopil. fol. 310.*

§. I.

De immunitatibus Doctorum, *& Licentiatorum, præcipuè in officijs nobiliũ vulgo* mitad de oficios, *& quid in vxore, &) filijs. fol. 317.*

§. II.

Explicatur cap. 1. & sequentia, de Magist. &) l. 7. tit. 6. p. 1. fol. 320.

§. III.

Quæ iurisdictio exerceatur à Cancellario in gradibus cõferendis, an voluntaria, an contentiosa, & quo in loco possit, vel debeat eos conferre. fol. 323.

§. IIII.

De *Vicecancellario. fol. 338.*

Cap. XXXI. *De Vicario Academico, vulgo* juez del Estudio. *fol. 340.*

Cap. XXXII. *Quis studiosus dicatur, vt foro &) cæteris priuilegijs gaudeat. De Matricula. De Scholarum frequentatione. Delectionibus audiendis. De studioso ab=*

absenti, aut infirmo. Quando sex mensium residentia requiratur, de qua in l. 18. §. 6. tit. 7. lib. 1. Recopil. quæ nouè & fusè exponitur: An Clericos comprehendat, & an Academiæ concilium reuocare possit Prindat, & an Academiæ concilium reuocare possit Principis constit. & ex causa per Principem cogi. De doctricias constit. & ex causa per Principem cogi. De doctrinis extra scholas, vel in studio nõ approbato, & cenibus extra scholas, vel in studio nõ approbato, & quod studium approbatum dicatur, & generale. Denique quibus scientijs vacare debeat studiosus, vtque quod studium approbatum dicatur, & generale. Denique quibus scientijs vacare debeat studiosus, vtque deat, & de illicitis professionibus fol. 347.

Cap. XXXIII. De qualitate Clericatus in studiosis, maxime de Clericis in minoribus ordinibus, & conin gatis ad explicationem cap. 6. session. 23. de reformat. in Trident. de iurisdictione Episcopi Salmantini in Clericos studiosos, quid in alijs iudicibus vulgo Prior de Rollan, y S. Iuã de Barbalos; & an nouum tributum papyri signati seruari debeat in Academijs, & de optione num. 21. fol. 358.

Cap. XXXIV. De iurisdictione iudicum studiosorum in exemptos studiosos, Cardinales, Episcopos, Duces, Marchiones, & similes, item in Equites Militarium Ordinum, & Religiosos. fol. 365.

Cap. XXXV. De iurisdictione Scholæ Magistri in Collegia non regularia studiorum causa erecta, & in Collegiatos, item de iurisdictione Rectorum, qui abeisdem Collegijs eliguntur. fol. 372.

Cap. XXXVI. De vxoribus, & filijs Doctorum, cæterorumque studiosorum, officialium Vniuersitatis, familiarium, & nuntiorum, an foro, & priuilegijs studij gau-

gaudeant, & quid in viduis. fol. 379.

Cap. XXXVII. De personis, vltra studiosos, ad quas Studiosorum priuilegia extenduntur, & quibus non competant. fol. 391.

Cap. XXXVIII. An ad Academicos iudices, eorumque tribunal studij priuilegia extendantur. fol. 397.

Cap. XXXIX. De fideiussoribus studiosis, & studiosorum, & ijs qui pro debitore studiosi fideiusserunt, & de domorum conditionibus, & taxatione mercedis. f. 398.

Cap. XL. Academicos Magistratus cognitionem habere in omnibus causis studiosorum, & quid in criminalibus, siue rei, siue actores existant. Et in actore quid de dietis obseruandum? quisve possit dietarum numerum restringere, aut extendere, Pontifex, an Princeps? & de explicatione leg. 19. & 20. tit. 7. lib. 1. Recop. fol. 405.

Cap. XLI. Nonnullos esse casus, in quibus actor studiosus reum trahit vltra dietas, agitur specialiter de legato vel promissione ad studium del cons. 177. ad fin. qui in legato relicto vt studeret legibus, Castillo tom. 6. c. 115. num. 36. Barzio dec. 25. f. 409.

Cap. XLII. Ratione summissionis, contractus, solutionis, administrationis, continentia causæ non diuidendæ, quando reus vltra dietas ab studioso trahi possit. fol. 412.

§. I.

De Clitellarijs vulgo Arrieros de estudiantes. fol. 417.

§. II.

§. II.

De foro ratione contractus; destinatæ solutionis, reisitæ administrationis gestæ, citra studij causam contracto, & an Conseruator Academicus, delegatus ve iudex, possint ex prædictis causis reum vltra diætas trahere, rursus agitur de legato, vel donatione ad studium. fol. 418.

Cap. XLIII. Differentia inter Academicum Conseruatorem, & cæteros ad explicationem cap. 5. de reform. Sess. 14 in Concil. Trident. fol. 421.

Cap. XLIV. Studiosus an possit reos coram Scholæ Magistro in criminali causa trahere, & de iurisdictione Conseruatoris Academici in criminalibus, & de studioso & laico simul delinquentibus. fol. 423.

Cap. XLV. In tribus iudicijs familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quis sit iudex, si studiosus prouocet, vel prouocetur, & in cæteris mixtis. f. 427.

Cap. XLVI. De potestate Rectoris in causis obedientiæ, vel reuerētiæ sibi nō exhibitæ, an possit studiosos cogere sub pœna præstiti, quòd è gymnasio exeant. De multa, & an imponi possit ab Academico Concilio, quis possit Cathedris priuare. De salutatione Rectori intranti debita. An ad eam iureiurando possit constringere, & Cathedra vacāte an possit aliquid statui super eius prouisione. fol. 428.

Cap. XLVII. Ob spolium vel vim a iudice incompetenti illatam studioso, posse studiosum vltra diætas trahere,

& vbicunque, licet agat, partes rei sustinet, vt in l. diffamari & alijs. fol. 434.

Cap. XLVIII. Si diœcesis, vel territorij loca diuisa existant, quædam intra dietas, quædam extra, & alia intermedia diœcesi, separata, an ratione eorum, quæ intra diætas sunt, veniant quoque loca extra diætas existentia? & in specie de Prioratibus Ordinum D. Ioan. Alcantaræ, & D. Iacobi fol. 235.

Cap. XLIX. Vbi de criminibus studiosi, vel cõtractibus ante studium gestis, vel admissis agi oporteat. Rursus vbi de criminibus, vel contractibus tempore studij commissis, vel celebratis, finito studio agi debeat, quando pater, curator, vel similes ex contractu studiosi in foro studij conueniantur, ad interpretationem l. 4. ti. 7. lib. 1. l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. fol. 437.

Cap. L. Tractatur diffusè de studioso successore quoad forum, & an litem cum defuncto cœptam auocet ad sum iudicem, quid in clerico, fisco, legato, & alijs, & si vir insignis eruditionis cogatur ad studium ire, vt in eo doceat, an lites pendentes auocet. fol. 452.

§. I.

De censu emphyteusi, & caeteris similibus, Vbi pro eis studiosus conueniatur. fol. 457.

§. II.

De feudo, & Regijs redditibus, seu vectigalibus à studioso soluendis, vel exigendis, an cognoscat Scholæ Magister, & quid in iudicibus temporalibus Episcoporum fol. 458.

§. III.

De studioso maioratus successore, vbi possessionem ipsius, vel hæreditatis petere debeat, & de possessione cũ clausula; Saluo iure tertij. fol. 460.

§. IIII.

De studioso successore illi qui publica officia, vel administrationem exercuit, & quid si ipse exerceat, vbi conueniatur, & quid in Clerico, & Religioso, & Equitibus Ordinum Militarium. fol. 462.

§. V.

De eo qui studioso succedit, & an sententia lata per Scholæ Magistrum possit executio coram alio iudice peti saltim priuilegio studij finito fol. 463.

Cap LI. De studioso singulari successore. De alienatione rei litigiosæ, vel iudicij mutandi causa facta in studiosum. De probatione fraudis, & coram quo iudice. fol. 464.

Cap. LII. De cessionibus ad studiosi fauorem factis quando valeant, & quæ requirantur. fol. 466.

Cap. LIII. Vbi studiosus venditor de euictione conueniri debeat, de retractu, de recognitione, de actione ad exhibendum. fol. 467.

Cap. LIV. An studiosi forus litis consortibus prosit. De indiuiduitate seu connexitate causarum. Quid in pluribus filiisfamilias reis debendi, iudicijs duplicibus, concursu creditorum, dilatione quinquennali, remissione debiti per maiorem creditorum partem. Quid in eisdem casibus in clerico & fisco. De accumulatione acto-

rum

rum, & ad quem ex tabellionibus, vel notarijs remittenda. fol. 469.

Cap. *LV.* De foro studiosi cum alio priuilegiato concurrentis, veluti alterius Academiæ studioso, fiscoEcclesiastico, vel sæculari. Aut si de Regijs redditibus agatur, aut si cum legato, milite, Inquisitore, agricola, Religioso, pupillo, vel vidua, alijsve similibus contendere velit de studioso ab alio Regno extrahendo. fol. 476.

Cap. *LVI.* In quibus casibus forus Academicus amittatur, de renũtiatione & summissione, de hæresi, de iniuria, vulgo resistencia Regio iudici facta, & de studioso delinquente contra professionem vel constitutiones, & alijs.

APPEN.

APPENDIX EORVM quæ è memoria exciderunt dum opus prælo dabatur, vel quæ postmodum animadversa sunt.

CAPVT PRIMVM.

NVM. 1. cap. 1. post n. 3. adde plura doctè congesta à Nicolao Caustino in eloquentia lib. 4. cap. 33. 34. 36. vbi librum Zoar, & Rabbinorum opinionem naturam cœlestem nominibus tribuentem exagitat, & nominalium Scholam ab hac nominum superstitione ortam, itē & phylacteria, siue nominum antidota aduersus maleficia, & cap. 35. in fine, quòd Synodus Antiochena dā nat in his phylacterijs astrorum influxus obseruantes, denique infantibus nomen superstitiosè imponi, & refert D. Chrysostomum, & alios; & vide omnino eundem Caustinum lib. 8. cap. 37. vbi tatè de superstitione litterarum numeralium, hoc est de valore numeri, quod nomen habet litteris pro numeris computatis, & cap. 38. de Anagrāmate, & 39. de Etymologia.

Eodem cap. 1. n. 61. ante vers. vides.

Plura alia, non tamen hæc Pichard. de nobilitat. cōmun. n. 14.

Eodem c. n. 71. post fin. probatur hęc ampliatio eleganter in l. relegatores 7. §. si quis eam de interd. & relegato, vid. infrà, c. 29. n. 44. & seqq.

Eod. c. n. 92. post fin. adde, quòd Scholaris natus in loco, in quo legit pater, non amittit originem patris, Rebuf. priuil. 65. vbi etiam in nato tempore pestis.

Cap. II.

N. 59. ibi patrimonialia, accipe si aliud nō impediat.

Cap. VI.

N. 7. post fin. idem Reb. priuil. 152. in princ. ibi eisdem fere casibus Parisiensem refert iurisdictionem exercere ac Salmanticensis noster exercet.

N. 34.

APPENDIX.

N.34.in fin.post illa verba vers.restat adde expressi, Bonacin.1.tom.tract.de censur.disp.1.q.1 punct. 2.n. 7. Alterius de censur.disp.7.lib.3.c.6.col.7.vers.5.n.66.post.fin.Pet.Lenauder.de priuileg.doct.q.82.n.149.

Cap.VII.

N.fin.post fin.Villad.2.p.sum.tract.8.dif.9.n.fin.

Cap.VIII.

N.30.post.fin.probatur quartò ius patronatus Regium Vniuersale esse,ex eo quod per possessionẽ,vel quasi præsentandi in Cathedralibus,& dignitatibus erectis conseruarunt Principes, imò & quæsierunt ius in Cathedralibus,& dignitatibus similibus nouiter erigẽdis,l.si stillicidis 8.§.1.cũ seqq.ff.quẽ admodũ seruit.amitt.iunct.summar.Bart.l.is qui vsumfructũ 20.vers. & si quidem quibus mod.vsusfr.amitt.vbi Bart.not.l. 3.vers. non vtique de acq.pos.expendo ego tex.in c.ex parte 27.de decim. c.quia circa 22.de priuil.vbi priuilegium decimas percipiendi extenditur ad noualia,quibus non ditant textus in cap.cum cõtingat 29.de decim.l. 23.tit. 20.p.1.quia ea iura loquuntur in præscriptione aut priuilegio certi fũdi,seu Ecclesiæ,& sic taxati ue,non cum absolutum, & generale ius conceditur.doctè.Glos. d.c.cum contingat verb.noualium:vnde est,vt etiamsi alius possideat,nil vlli possessio prosit aduersus Regiũ ius patronatus,ni si immemorialis sit possessio: fuse Castillo de tertijs, c. 33.per tot.Salgad.de Reg.protect,tom. 2.p.3.c.10.ex n.98.vsque ad 136.Lara de antiquitat.lib.1.c.10.a nu. 15.Oldrado cons. 171. n. 24.& cons.274.n.17.Gratian.c.425.forens.à n. 45. Garcia de nobil.Glos.1.§.1.Molin.de primog.lib. 2,c.6,n.17 & 18.

Eod.c.n.53.ibi centum quatuor,adde, vel centum sex.

N.61.ante vers.quis igitur,& licet antea studentibus in Cathedrali præesset, vt alibi diximus,id tamen erat absque vlla iurisdictione aut priuilegio aliquo Scholastico, nàm hæc solis studijs generalibus concessa sunt,Garc.de benef.3.p,c.2.n. 117. Barbos.de potestate Episcop.alleg 56.n.22.& quod dicatur studium generale vltra prædictos Immol. Clem.dudũ à n.22.de sepultur.

N.84.post verb.legitimè,& non nisi immemorialem sufficere probauimus,ex pluribus.sup.hac appendice,n.9.ad fin.

Cap. X.

Post n.fin.dum prius moneam esse alios nostræ Salmanticæ,

qui

qui Conseruatores Regij appellantur, quos nullam iurisdictionem exercere palam est, protectionisque tantùm & honoris gratia Academiæ dantur, magisque imaginem honorarij tutoris quàm iudicis referunt. Vide Gutierr. de tutel. 1. par. cap. 17. in princ. hos Conseruatores foro Academico non gaudere, nec familiares eorũ cauetur l. 18. §. 3. tit. 7. lib. 1. Recop. nisi in causis ipsius Academiæ protectionem respicientibus.

Cap. XIV.

Post num. 15. notandum est, Author Syluæ nuptialis piè minùs, ne dicam turpiter scribens lib. 5. n. 55. quòd licèt cæteri expelli possint à domo ob id quòd meretrices in ducant, non tamen scholares.

Eodem cap. num. 22. vide infrà cap. 54. num. 22. & addita in hac appendice eisdem locis. Et an vnius libri studiosus esse debeat, Seneca epist. 2. negat acriter, contrà Causinus in eloquent. lib. 3. cap. 12.

Eodem cap. num. 28. post illa verba à num. 25. adde alia etiam ratione id procedere, nimirum quia priuilegium in studiosi fauorem introductum non debet in eius odium retorqueri, latè in priuilegio conducendi domum, & expellendi fabrum, & alijs, Rebuf. priuil. 178. vers. Ex quo infertur.

Cap. XV.

Num. 2. ibi, Ex criminalibus, addc, Vt explicamus c. 43.

Cap. XVI.

Statum, post finem capitis, Et sine dubio est, cessante priuilegio, aut consuetudine, tam à Rectore, quàm à cæteris iudicibus studiorum appellationem dari iuxta iuris communis formã, quod latè scriptũ reliquimus suprà c. 14. nũc addimus Cõseruatores, & delegatos Academicos appellationi deferre debere, nisi eis causæ committantur cum clausula Appellatione remota, vel summariè, & de plano, ex l. 1. §. interdum, ff. à quibus appell. non lic. cap. pastoralis, cap. super quæstionum, de offic. deleg. Scaccia de appeltationib. quæst. 16. num. 1. Speculator de appellat. vers. Restat videre lib. 2. l. 17. tit. 23. part. 3. vbi Gregor. latè: quod limita, nisi executor merus sit, vt dixi infrà cap. 18. num. 12. Rursus limita in Conseruatoribus à notorijs iniurijs, iuxta cap. 1. de offic. legat. in 6. nam hi iudices ex natura causarum appellationem non incipiunt. Vide etiã pro materia Barbosam de potestate Episcopi à numer. 32. Zeuallos

quæst.897.à num.779. Monet.de conseruator. cap.9. à numero 154.

Cap.XVII.

Num.4. ibi de verbor.signific.adde,vbi gloss. & paulò inferiùs ibi,de appellationibus inter,de offic.delegati, & inferiùs ibi.3.tom.var.cap.3.lege cap.13. & post finem numeri adde,Giurba decis.74.num.12.Salgado de Reg.protect part.2. cap.13.num.39.& 112. & 134.cum Baldo in l.nulla, & l. quod fauore,C.de legibus.

Eodem cap.num.5.post finem leg.iuris gentium 7.§.adeò, ff de pact facit eleganter l.3.de milit.test. vbi in specie Bald. Salgado dicta 2.part.cap.13.num.98.Et licèt ipse Author ibidem per plures pag nas defendat contrarium in executore,qui extraiudicialiter procedere poterat,& iudicialiter cœpit cognoscere,hæc alia quæstio est(quam nunc non disputo)& à nostra valde distat,cùm difficiliùs de iudiciali ad non iudicialem ordinem reuerti,quàm de plenaria ad summariam cognitionem: quam differentiam ipse Author innuit num.125.

Eodem cap.num.6. post finem,adde & num.97. vbi latè quando ad petitionem partis re assumi possit iurisdictio, & de alijs limitationibus,de quibus prolixè Salg.3.p.c.18.& 1.p. c.3.à n.4.& 5.à num.32.& num.39.cap.significantibus, cap.in literis,de officio deleg.Azeued.l.10.num.64.tit.1.lib.4.Recopilat.

Eodem cap.num.7 post illa verba effect.erit, adde, Rursus declara,nisi pars,in cuius fauorē summaria cognitio commissa est, contradicat, nam tunc tenebitur iudex summariè procedere, aut si fauore vtriusque partis sit data iurisdictio, summaria sufficiet,si illa contradicat,cuius interest,text.est in accipiend.in d.Clement.sæpe,§.si tamen,vbi glos.faciunt tradita à Salgado de Reg.protect.part.3.cap.18.num.23.

Cap.XVIII.

Num.2.post fin. Et casus,in quibus executor excedit, illiq; obuiam iri ab Ordinario potest,latè congessit Salgad.de Regia protect.4.part.cap.3.vsque ad 10.

Eod. c.n.18.adde Salg.de Reg. prot.4.p.c.3.vsque ad 10.

Eodem cap.num.21.adde Gutierrez lib.1 practic. q.28. vbi latè quis iudex sit competens quando de viribus & valore priuilegij dubitatur.

Cap.

APPENDIX,

Cap. XIX.

Num. 18. post finem, quòd clausulæ exuberantes restringendæ sint ad ius commune, nisi in casibus expressis, Valascus consult. 52. num. 8. & 9. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 106 num. 17.

Eod. c. ad n. 19. vide Emian. Rodrig. tom. 3. R g. q. 51. art. 9. & sequentib. & alios, quos refert Moneta de conseruat. cap. 17. num. 151.

Cap XX.

Num. 2. post illa verba, iudicis generalis, Abbas cap. cæterum, num. 7. de iudic. Surd. cons. 1. num. 73. lib. 1. Pax. in prax. tom. 2. præl. 1. num. 9. Gutierr. lib. 3. pract. c. q. 24. à num. 21 argum. l. vltim. vers. ita tamen, C. de iurisdict. omnium iudic. l. si in aliquam, l. neque 9. de offic. Proconsul. l. in prouinciali 3. de nou. oper. nuntiat. l. solemus 61. §. latruncular. de iudic. quæ, & alia pro cumulatiua iurisdictione congerit Barbosa de potest. Episc. allegat. 124.

Eodem cap. & num. 2. post finem, optimè Barbosa dicta allegat. 124. numer. 5. Et quòd in dubio priuatiua iurisdictio videatur concessa. reg. generi, de reg. iur. in 6. bonus textus in cap. 2. de offic. leg. iunct. cap. 2. eod. tit. in 6. cap. auditis, de præscript. vbi Abbas num. 7. Felin. num. 9. Auend. c. 5. prætor. 1. part. num. 25.

Cap. XXI.

Num. 24. adde Petr. Lenauder. de priuileg. Doctor. q. à num. 149.

Eodem cap. num. 39. Adde Barbos. de potest. Episc. alleg. 56. num. 22.

Eodem cap. ad numer. 48. idem etiam circa Latinę linguæ præceptores cauit Philippus IV. pragmat. sanctione an. 1623. §. 22.

Eodem cap. num. 55. doctè Abbas cap. nullus. 2. num. 9. & sequentib. de for. competent.

Eodem cap. num. 59. vers. nec credas, post illa verba, vt ex eius verbis constat, adde, Et ita intelligunt plures relati à Barbosa de potest. Episc. alleg. 75. à num. 16.

Eodem cap. num. 74. adde Doctissimum virum, eximiumque Principis Consiliarium Conchensis nostri Collegij alumnum D. D. Ioannem de Larrea decis. Granatens. 1. à num. 19. & per tot.

APPENDIX.

Eodem cap. post num. 118. vide l. 2. versic. la ōnzena. tit. 9. part, 1. Archidiac. Rebuf. & alij, quos refert Salzed. in addit. ad Diez in praxi c. 59. in prin. Marta de iurisdict. 4. p. casu 168. Et quòd prohibitio canonica in docentibus quoque procedat verissimum credo, quidquid Abbas sentire videatur in dicto cap. super specula num. 16. constat ex text. in dict. capit. super specula 28. de priuileg. qui textus de docentibus loquitur, & nota iungendum esse cum dict. cap. super specula, ne clerici vel monachi, nam sunt eiusdem Autoris & eiusdem Decreti fragmentum, vt ex epigraphe apparet, & notauit Rebuf. in tract. nominat. num. 18. versic. 1. qui latè de quæstione, & eum sequitur Menoch. de arbitrar. casu 425. Addo prohibitionem Concilij Turonensis, de qua in cap. 3. ne clerici vel monachi, licèt in solis monachis loquatur, eam tamen extendisse Honor. III. in dict. cap. super nauicula, eodem tit. ad presbyteros omnes, vt probat vertum quilquam, & clara ipsius verba, & pro hac nostra sententia plures refert Suar. de censuris disp. 23. sectio. 3. num. 17. quidquid ipse contra opinetur cum Tolet. in sum. lib. 1. cap. 38. num. 16. Bonacina de clausura quæst. 2, punct. 7.

Eodem cap. post n. 130. vid. Triden. cap. 1. de reform. in fine; vbi Barbosa à num. 7. & num. 14. in spōte legentibus, Barbosa de potestate Episc. alleg. 56. à num. 21, qui resoluit cum alijs sufficere quòd studium sit generale per Principem sæcularem erectum, imò etiamsi studium sit erectum à Papa, dummodò non sit generale, non competit hoc priuilegium. Idem scribit Garcia supr. Denique nota iure ciuili studij causa absentem pro præsente haberi, l. quæ totum, de legat. 3. l. Seiæ, §. Pamphilæ, ff. de fund. instruct. plura Petr. Gregor. de Republic. lib. 8. cap. 7. num. 3.

Eodem cap. post num. 137. Bobad. lib. 2. cap. 18. nu. 99. Borrel. de Reg. præst. cap. 71. num. 34. vsque ad 44. Diana 1, tomo tract. 12. de immunit. Eccles. resol. 18.

Eodem cap. post num. 138. Benedict. cap. Rainūtius verb. & vxorem. 2. nn. 155. vsque ad 165. Bouadilla dict. lib. 2. c. cap. 18 num. 99. lit. H.

Eodem cap. num. 144. ad finem. adde Cened. in Collect. ad Decretales collectan. 2. Castillo de tertijs c. 8. per tot.

Eodem cap. post num. 184. adde, Dubitari posse, an Scholæ Magister cessationem à diuinis imponere possit, & sine dubio est,

est,tã vt Ordinarium,quàm vt Conseruatorem:primò, quia qui potest excommunicare, & interdicere, potest etiam cessare, quamuis sit iudex delegatus,Auila de censuris 6. part. disp. 2. dub. 1. concl. 3. Secundò, quia cessatio est actus iurisdictionis. Glos. verb. ex consuetudine in cap. 2. de offic. ordin. in 6. Tergloss. verb. ex consuetudine in cap. 2. de offic. ordin. in 6. Tertiò, quia licèt non fit propriè censura, aut pœna, est tamen accessio ad potestatem censurarum.

Eodem cap. post num. 186. adde Barbos. de iudic. l. 1. art. 5. n. 27. Borrel. de reg. præstant. c. 71. n. 352. & cap. 73. per totũ, & cap. 72. num. 12. & de Magistrat. lib. 1. cap. 9. Paz de tenuta cap. 63. n. 6. Lãcel. 3. par. var. cap. 13. n. 343. Barbos. l. competir. 6. n. 115. C. de præscrip. 30. vel 40. Narbona l. 20. glo. 22. nu. 4. n. 68. Renat. Chopin. lib. 4. Monast. tit. 3. num. 19. Pereir. cons. 15. num. 18. Felicianus de Vega cap. clerici, de iudic. nu. 18. Mar. Cut. in patrocin. 1. part. controu. num. 17. & num. vlt. verb. tertia. Leon. decis. 2. num. 27. Petegrin. cons. 1, lib. 1. nu. 12. Capiblanco de baron: pragmat. 1. num. 20. Besoldo de pace cap. 5. num. 5. faciunt latè adducta, sed eruditè profectò ac doctè, vt omnia, quæ in Hispanicarum literarum honorem scripsit vir doctissimus disertissimusque D. D. Ioannes de Solorçano Pereira lib. 2. de iure Indiar, cap. 2. n. m. 13.

Eodem cap. post nu. 207. C. de offic. legat. & in specie appellationis proponendæ Valasc. consult. 62. Caued. diuers. iur. arg. lib. 4. cap, 20. nnu. 11. Gouçalez reg. 8. gloss. 12. numer. 30. Barbos. de potest. Episc. alleg. 123. à num. 32.

Eodem cap. post num. 233, de cognitione leuato velo, Pãcirol. lib. 2. variar. cap. 247.

Eodem cap. num. 235. post illa verba cõclus. 393. & seqq. adde Nebris. in Chronic. Ferdinandi in præfatione & Tagi laudes, & encomia, apud Vasæũ in Chronic. tom. 1. cap. 3. Parlad. differ. 11. num. 12.

Eodem cap. post num. 244. adde hęc omnia quæ de Scholarum Magistro disseruimus toto isto, §. de Rectore quoque in causis ad eum pertinentibus intelligenda, de cæterisque studiorum Iudicibus. Adde vlterius, quod si Tagus flumen alueo mutato recesserit, quid iuris inuenies, apud Parlad. diff. 11. à num. 3. vbi alias quæstiones adnectit.

Eodem cap num. 271. adde Meres de maior. 4. p. quæst. 1. num. 260.

Eo-

APPENDIX.

Eodem cap post num. 281. hæc omnia constant. ex monumentis, quæ in Academia nostra seruantur relatis per Chacon in d. historia, & ex hac differentia inter temporariam, & perpetuam decimarum concessionem lucẽ afferre poteris varietati scriptorum circa tempus, quo concessæ Regib. fuerunt, de quo Marian. de reb. hisp. lib. 15 cap. 9. Marin. Siluest. lib. 8. cap. 13. Couar. cap. 35. pract. sub num. 2. latè Borell. de reg. præst. cap. 59. Gutier. 1, pract quæst. 14. 15. & 16.

Eodem cap. num. 289. Mart. de iurisdict. 2. p. cap. 23. & 4. p. casu 113. Lara de capel. lib. 2. cap. 1. a num. 5 Barbos. cum pluribus in remiss. ad Cõcil. cap. 8. sess. 22. de reform. num. 8. & 9. & Plinius Secundus in patria colegium in educationem ingenuorum instituit, annuis alimentis destinatis, vt ipse scribit lib. 1. epist. 8. & lib. 7. epistola 18.

Eodem cap. num. 295. latè Mart. d. 2 p. cap. 23. num. 8. & 25.

Eodem cap. post num. 297 Mart. d. 2. p. 1. 23.

Eodem cap. 300. post illa verba non habent, adde Borell. vbi proximè, num. 11.

Eodem cap. post 306 cum plurib. Dian. p. 3. tract. de immunit. Eccles. resolut. 5 Azeued. lib. 1. tit. 4. lib. 2. Recop. Germon. lib. 2. de sacror. immunit. cap. 6. num. 12. qui latè de hoc articulo.

Eodem cap. post num. 324. adde Bellus in specul. rubr. 14. §. veniamus num. 3. vbi Borell. in addit.

Eod. cap. num. 325. post illa verba seruandis cognita, Greg. XV. anno 1622. idem probauit, & extendit ad loca per quatuor millia passuum distantia, & quòd populi consensus requiratur, etsi nullus ibidem Religiosorum Conuentus existat, verba decreti refert Barbos. ad finẽ, lib. de potest. Episc. pag. 16.

Eodem cap. num. 327. cap. vlt. in princ. vers. nec aliquis de offic. deleg. in 6 exornant, ad plures quæstiones, Rebuf. in prax. p. 3. signat. à num. 61. refert plures Barbos. de potest. Episc. alleg. 75 num. 19. Couar cap. 36. pract num. 2.

Eodem cap. post num. 330. Hęc autoritatis Regis exquirendæ necessitas sine dubio procedit in Conuentuum, aut Collegiorum fundationibus, cum Principi conueniat examinare, an sub specie Religionis quid in remp. nostr. ordinetur vide, sup. n. 291, & seq. Si autem non de Conuentu, aut Collegio, sed de Ecclę-

cleſiæ ſolum, aut Capellæ filiove Sacro loco erigendo agatur; tunc non ita erit perſpicuum principalem approbationem requiri, niſi in loco ædificetur, cuius dominium, & proprietatẽ veluti patrimonium. Princeps habet, vide Bonac. tom. 3. de cenſur. in bull. Cœn. diſp. 1. quęſt. 16. ſect. 2. punct. 2. num. 10. cum Duard. in ead. Bull. quæſt. 19. a num. 68. & in Religioſis mendicantibus, nouas domos accipientibus contra prohibitionem, cap. 19. de exceſſ. prælator. in 6. & Clem. cupientes de pœnis, Bellug. in ſpecul. rubr. 16. §. ſed occurrit, per tot.

Eodem cap. poſt n. 420. extrauag. Ioan. 22. de torneament. tit. 9. in princ. auth. hæc conſtitutio coll. 9. cap. magnæ, c. ſi aliquid 22. diſt. facit eleganter, l. nonnunquam 8. de collat. quæ iura ptobant dicterium illud, ſapientis eſt mutare conſilium.

Cap. XXIII.

Poſt num. 36. Hoc quod dicimus Academicum Concilium Salmanticenſe poſſe ſtatuta à Principe confirmata reuocare virtute dicti priuilegij Pauli 4. accipe iuxta ſcripta ſupra nu. 16 ſi cõtigit id à Principe ſæculari approbatum aliàs ſolum in ſtatutis ſpiritualibus ius reuocandi habebunt.

Num. 68. reprehendendus Eſcobar, &c.

Cap. XXIV.

Num. 51. Monet. de conſeruat cap. 7. a num. 535.

Eodem cap. num. 60. adde quod durante officio ſuſpendi ſolet punitio criminis a iudice commiſſi, de quo latiſsimè, Barboſ. in l. ſiquis poſtea quam de iudicijs.

Eodem cap. poſt num. 102. ſi pater filium habeat Magiſtratum, vter vtri præcedat diſtingue cum Parlad. differ. 11. n. 12. Gellio 2. noct. cap. 2.

Et quod Scholę Magiſter, & Rector in Salmanticenſi Academia ſedes deſignare debeant, conſtit. 12. verſ. in ſuper, pertinet hoc quoque ad primicerium, conſtit. 7 & conſtit. 22. Y para el aſsiento de Corregidor, y Caualleros, ò otras perſonas de fuera de la Vniuerſidad, tit. 57. §. 6. 8 16. & 18. in ſtatutis.

Eodem cap. num. 125. poſt illa verba, cap. 9. addo doctiſsimum Larream noſtrum deciſ. Granat. 41. num. 6.

Eodem cap. poſt num. 126. hinc etiam pulchrè deduces Regni optimates, dum iitibus pro prijs adſunt in Senatu Regio, vel Cancellarijs ſedem habere inter ipſos Senatores; quia dignitas eorum talis eſt, vt ob eam Conſiliarij quoque Regij dican-

dicãtur, Parlador.dif.10.n.fin.Otalor.de nobil.5.p. c.vltim. num.15.

Eod.cap.poſt num.128.hinc etiam eſt,quòd concurrentibus Viſitatore Regiæ Cancellariæ,& Preſide,Præſes præferatur,dum in Senatu ſedent in forma Collegij:ſi autem extra Senatum concurrant,prefertur Viſitator.Parlador.differ,11.nu. 11.

Eodem cap.poſt num.134.poſt quam hæc ſcripta, & prælo mandata erant, Supremus maximuſque Senatus Regio diplomate ſedendi ordinem obſeruandum expreſsit,nempè,vt priori loco ſtatim iuxta ſuggeſtum Academicus Rector, poſtque eum Doctores quoque Academici ſederent, Seruatis quibuſdã locis Petro Valuo inter vltimum ex Doctoribus ſedentibus, & Rectorem Collegij, qui loco ſolito ſederet,prout fuſius in ipſo principali placito cauetur,cui omnino ſtandum eſſe, quidquid ſup.nos ſcripſerimus ante decreti promulgationem, nemo dubitabit,& facit in ſpecie d.leg.1.de albo ſcribendo, ibi: *Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet,vt lege cauetur.*

Cap. XXVII.

N.6.adde Vulrei.l.1.C.de iuriſdict.num.78.Oſſuald. lib. 17.com.Donel.cap.10.lit.O.vterque in Rectore ſtudiorum.

Eod.cap.num.16.latè de prorogatione Vulteius l.1.C.de iuriſd.a num.68.

Cap.XXVIII.

Gratias agamus ingenioloꝝ noſtro quòd abſque vllo, ruborenoſtra ſcripta retractamus,ſententiãque mutamus, ſi noua ad id ratio cõſtringat. Ergo ſcripta hoc cap.num.30.emendanda erunt iuxta ſcripta latius cap.32.num.41.vſque ad 47.infra.

Cap. XXIX.

Num.8.ibi,ſed ſolum Supremo Senatui Regio, adde,quòd Greg.impugnat Matienço lib.2.tit.1.lib.5.gloſ.3. Parlad.dif. 10.nu.19.quibus adſentior: in Regijs autem Auditorijs, Hiſpalenſi,& Gallico vera eſt Gregorij ſententia, idem Parlador. differ.11.n.8.

Eod.cap.poſt num.11.adde,quòd hanc diſtinctionem nõ percepit Matienç.l.2.tit.1.lib.5.Gloſ.3.num.2.

Eod.cap.poſt num.36.qui nimo etiam à Regalibus Cancellarijs Granatenſ.& Pinciana,ſicut à Regia Curiã relegatum videri cum iudicio aduertit Parlador.dif.10.num.17. vbi num.

5.

5.& 6. fur apud nos Curia Regia appelletur, *Corte*, in Regio Autem Prætorio Hiſpalenſi,& Galleco ſecus eſt, Parlad. diſ. 11.num.8.

Eodem cap.poſt nu.43.idem in Cancellarijs iuxta dicta ſupra hoc appendice,num.præcedenti.

Eodem cap.poſt num.63.adde,Oſſual.lib.3.com.cap.9. lit.T.

Cap. XXX.

Num.1.adde,Parlad.dif.10.num.8.& ſeqq.

Eodem cap.num.12.adde non malè Parlad.dif.10.aſſerere ex Cancellarij officio,& poteſtate,qui in vno erat Regis intimo, ampliatum officium ad Cancellariã Granatenſem, & Pinrianam,vnde eo nomine appellatas.

Eodem cap.num.15.de hac poteſtate cõferendi gradus videndus Petrus Gregor.de republic.lib.18.cap.9.per tot.

Eodem cap.num.25.in fin. & in ſpecie hanc ſententiam amplectitur Petrus Greg.de repub.lib.18.cap.7.num.6.

Eodem num.34.adde Concil. Conſtantienſ. relatum a Petro Greg.lib.18.de rep.cap.9.num.2.& num.7,aliam Conſtitutionem Iulij III.& videndus toto illo cap.adde quoque pro materia Segura in direct.c.3.1.p.

Eodem cap.num 38.hanc legem Regiam iuſtam ſcribit Segura d.1.p.c.3.n.22.in directorio.

Eodem cap.numer.41.Vt hodie fit in Religioſis,Vulgo, Maeſtros de la Orden.

Eodem cap.num 46 Vide addita in hoc appendice ſup.ad cap.14.num.22.& infra ad cap 54.num.12.& adde Seguram in director.1.p.cap.3 & omnes, hoc numero, vbi latè de graduatis per reſcriptum,& de veterani Doctoris prinilegio vulgo *inbilacion* adde lib. Petr.Gregor.de repub 18.c.3.a num. 9.& de honorarijs,ſiue ſtipendijs,fusè cap.4.& de priuilegijs, eod.lib.cap.7.vbi à num.10.latè de ſtudij Romani priuilegijs, & degradibus Religioſorum,& profeſſione fidei. Manuel Rodrig.in ſum verb.grados,cap.205 vbi alia de materia.

Eod.c.n.50.adde,Segur.d cap.3.num.18.

Eodem cap.poſt num.56.& in ſpecie, quòd ad officia nobilium non admittantur niſi iuxta d.l.8 &9.Segura in director. 1.p.c 3.n.4.

Eodem cap.poſt num.58.de hac officiorum diuiſione in-

ter plebeios, & nobiles diffusè noster D.D. Ioannes de Larrea dec. Granatens. 41. per tot.

Eod. cap. post num. 62. vide infra cap. 36. & supr. cap. 21. à num. 153.

Eodem cap. post num 70. sess. 5. cap. 1. de refor. vbi prędicti Canones denuo seruari iubentur, & in Ecclesiasticis tantum loquutos fuisse satis probat ipsum Tridentini decretum iuncta interpretatione Petri Greg. de Repub. lib. 18. cap. 2. num. 17. Rursus infertur, quęmadmodum sup. à num. 25. diximus Sęcularem Principem ratione dominij Supremi posse publica vtilitate suadente, Graduatos per Pontificem cogere intra suam ditionem, vt titulos exhibeant, & prouidere, vt ritè, & exactè examinentur, ita similiter, & fortiori ratione Pontifex ex causa Religionis nonnulla potest iubere in gradibus à Principe sæculari præstandis in quacumque scientia. Primum est circa professionem fidei, quam in quacumque facultate, & quocumque Regno Christiano Graduandi emittere tenentur iuxta Bullam Pij IV. quam refert, & explicat Petrus Gregorius d. lib. 18. de Rep. cap. 2. num. 16. forma autem ipsa professionis fidei extat in alio eius Pij IV. mot. prop. post Trident. incipit, Iniunctum, anno 1564. Vide Emanuel Rodrig. in sum verb. grados, c. 205. Secundò, in gradibus Theologiæ conferendis potest rectè Pontifex cauere ne aliter conferantur, quàm si ab Episcopo, & literatura examen fiat, ne sub specie pietatis impietas disseminetur, vt sanctissimè cauetur Trident. d. cap. 1 sess. 5. vers. in gymnasijs, iunct. Petr. Greg. dict. lib. 18. cap. 2. num. 17. cui Constitutioni hæreses ob illa Tridentini tempora obortæ occasionem dederunt. Nec obstat si dixeris, hęc cum ijs pugnare, quibus docuimus solum Principem, etiam in Theologia posse in suo territorio gradus conferre; nam hoc verum est regulariter, & iure communi inspecto: ex causa autem Religionis rectè poterit Pontifex certam qualitatem gradibus imponere, imò & sæculares Principes ad obseruantiam cogere, & iuxta hæc accipe quæ scribimus sup. cap. 21. num. 100 & seqq. & num. 417. Iuxta hanc quoque doctrinam accipiendus est Borell. de Reg. prętant. cap. 34. in fin. nisi mauis credere hunc autorem rem hanc non percaluisse. Facit optimè quod eruditissimus Petrus Greg. d. lib. 18. de Repub. cap. 5. num. 5. scribit in hac quęstione quasdam qualitates reperiri communes Pontifi-

ci-

APPENDIX,

cibus,& Principibus sæcularibus qui præsunt territorio,in quo Academia est, quasdam verò separatas vnicuique priuatim, spectantes,communes esse morum,& fidei docenti in consideratio,vt sana,& secura Religioni,& rei publicæ doceantur,& sic egent Pontificibus Principes in spiritualibus, & Pontifices Principibus in sæcularibus. Denique iuxta omnia superius dicta accipe quæ de gradibus Religiosorum latè scribit Emanuel Rodrig. 2.tom.regul.quæst.74.art. & seqq.

Cap. XXXI.

Num 26.adde,cap.statutum §. in nullo de rescript.in 6.

Cap XXXII.

Num. 1. quando præsumatur studiorum causa studijs existere, & quo pacto probetur, latè Rebuf.in auth. habita verb. causa studij.

Eodem c.post num. 13.adde, qui Auctores alias tractant quæstiones.

Eodem cap.num. 19.adde,Rebuf.d.auth.habita verborũ causa studij.

Eodem cap.num. 35.vide tradita infra, cap. 49. num. 1.& in appendice,ibidem.

Eodem cap.num.53.post illud verbum exeatur,addeSyluan. nuptial.lib.5.num.55.prope fin.sed contra expẽdi potest, l. 1. §.2.de verb.signif.

Cap. XXXIV.

Num.2.de exemptione Equitum Ordinum Militarium. Zeuallos de las fuerças,quæst.149.

Cap. XXXV.

Num.37.adde,Villalob.in sum.2.pract.8.dif.10. & quando possint Collegiati iniquę rei, vel iniquæ resolutioni consentire,si sciant eorum contradictionem nihil profuturam, & an teneantur ad restitutionem, vid Bon.2.tom.tract.de restit. disp.1.quæst.2.punct.8,Cordoba quæst. 191. Rebell. 2. quæst. 14.sect.5.num.30.Nauarr.in Manual.cap.17.num.21.Nauarr2 de rest.lib.3.cap.3.& 4.Molin.de iust.disp.732.Azor 1.p.lib. 4.cap.12.Bobadill.lib.3.cap.8.num. 64.

Curia Pisana lib. 2.cap.13.vbi Azeued.Et quid in scrutinio secreto,vid. Azor.& Molin.sup.& quòd nihil interfic,an ex primis, an ex vltimis suffragium emittat,Salon.2.2, quæst. 62.art.7.controuers. 1. conclus. 3. cuius sententia probabi-

lior videtur, si ob vitandum periculum, damnumve consentiat vel tacuit, & quid interfit inter tacentem, & suffragantem, vid. Azeued. & supra adductos.

Cap. XXXVI.

Num. 6. post illa verba infra repetemus, cap. 49. in principio.

Cap. XXXIX.

Num. 23. ipse tamen studiosus non cogitur locare, Rebuff. pripil. 178. vers. ex quo.

Cap. XL.

Post num. 2. hinc sanè oritur aliquorum opinio, quos refert Barbos. l. 2. §. legatis de indic. num. 334. & 336. & seqq. Vultei. relatus ab Ossuald. lib. 17. cap. 20 distinguentium inter contractus in studio, aut alibi, vel non studij causa gestos, quos improbat Barbos. vbi proximè, num. 342.

Cap. XLI.

Num. fin. adde in legato relicto si quis studieret legibus, quòd non debeatur nisi Doctoratus usque studium prosequatur, Dec. cons. 177. ad fin. facit Castillo tom. 6. cap. 173. num. 36. Barcius decis. 25.

Cap. XLVI.

Circa scripta num. 3. vsque ad subsistendum est, & ad monendum id quod dicimus in nullo peccasse eos qui Rectoris præcepto non obedierunt, accipiendum in ijs dumtaxat qui vel publicationem præcepti non audierunt, vel egregij, & docti viri, erantque vt Consultores, & quasi Iudices assistebant, prout & nos dicimus num 4. vers. quæ sententia: cæteri autem peccatum lethale incurrent, vel veniale, iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, vt tenent omnes Theologi, & Canonistæ quos ego perlegi, & adduxi d. c. 7.

Eod.

APPENDIX.

Eodem cap. circa scripta num. 16. & deinceps vsq; ad 22. nostram libentissimè retractamus sententiam, mouet enim nos ratio, & autoritas magni Consilij, cuius diplomate post hæc scripta pronuntiatum fuit Salmanticensi Rectori reuerentiam, salutationem, & cessationem exhiberi solitam, omninò seruandam pœnis additis aduersus contra facientes.

Cap. XLII.

Num. 18. ibi Collantes in pragm. lib. 3. t. 6. imò cap. 7. num 2.

Eodem cap. num. 20. in fine idem Rebuf. d. priuil. 77. vide quoque Barbos. l. 2. §. legatis, num. 306. 324. & 334. vbi contra Rebuffum, & doctè num. 342.

Cap. XLVII.

Num. 1. post illa verba, & nos alibi, adde, Rebuf. prinileg. 157

Eodem cap. post finem adde, idem dicendum in omnibus alijs casibus, in quibus vere reus est studiosus, licèt agat, vt in remedio legis diffamari, & leg. si contendat, de quo nos infra.

Cap. XLIX.

Num. 1. apud nos plures Salmantini studij Constitutiones, præcipuè conseruatoriæ Eug. IV. ad fin. fol. 80.

Eodem cap. num. 27. vide Anton. Fabr. in Rationali ad d. §. quod dicitur, vbi distinguit, an creditor sciat, aut ignoret voluntatem patris, ex leg. vlt. C. de negot. gest.

Eodem cap. post num. 42. hoc irridet Fabr. in Rationali ad §. quòd dicitur, quid enim commune habet honestas filij cum iure pecuniæ creditæ? Vnde sententiam communem accipere poteris in eo studioso, qui ob inertiã, vel aliam causam priuilegijs studij priuatus existit per sententiam, nam vsque ad sententiam bonus præsumetur. Rursus prudenter, & æquissimè Iudicem facturum credo, si quando de quantitate, vel alimentis studioso exhibendis agatur, vt maiorem, vel minorem adsignet, inter cæteras qualitates respiat & ingenium adolescentis.

Eodem cap. numer. 53. Valentia lib. 3. illustra. cap. 1. num. 8.

Cap.

APPENDIX.

Cap. L.

Num. 21. adde, aũt Fabr. in eod. lib. 3. titul. 12. defin. 6.
Eodem cap. num. 28. Ant. Fabr. in eod. lib. 3. tit. 12. defin. 6.

Cap. LV.

Num. 24. adde, de librorum priuilegijs trad. supr. cap. 14. num. 22. & in appendice, ibidem, Rursus adde, tit. 68. §. 10. in statutis Salmantinis, quibus cauetur, vt libri studiorum capi non possint pro debito ciuili, nisi studiosus probetur de fuga suspectus, quod intellige in libris necessarijs, aut saltim vtilibus studioso. Et denique procedet priuilegium, etiam si debitũ ex alimentis descendat: vide supracitatos, & quæ alibi adducemus.

DE

INDEX.

A.

ACademiæ generales subsunt immediatè Principi cap. 21. num. 198.

Academias exteras petere studij causa Hispani prohibentur, cap. 30. num. 38.

Academias Princeps destruere, & mutare potest, cap. 22. n. 116. & quid de priuilegijs, vel redditibus destructæ, vel translata ibi, n. 191. & 121. & de vnione a n. 125. vbi de reedificatione.

Academiæ corpus gaudet omnibus immunitatibus studiosorum, cap. 22. num. 111.

Actor qui notoriam accepit iniuriam vicem rei gerere videtur, cap. 53. num. 5.

Actor studiosus quãdo vltra dietas trahat reum coram academico, c. 41. n. 1. & cap. 42. num. 1.

Actor reuerentiæ facultatiuus est, & impræscriptibilis, cap. 46. num. 20.

Actor forũ rei an sequatur c. 12.

Actus voluntarij, an præscriptionem inducant, & inferentes cap. 30. n. 132.

Actus facultatiuus vid. præcedẽtia accesorium non sequitur naturam principalis, cap. 8. num. 61.

Administrarores academię iurisdictio, cap. 22. n. 95.

Administrator academicus c. 6. num. 37.

Alienatio bonorum vniuersitatis, vide vniuersitas.

Alimentorum sententiæ, an admittat appellationem, c. 141 n. 18. & 27. & 31.

Amaia laudatus, cap. 4. num. 21.

Antiqui vide præcedentia

Alfonsi Reges vide Salmanticẽse studium.

Appellationem tollit Princeps cap. 17. num. 12.

Appellatione rata ab studioso, cap. 21. num. 195.

Appellatio iure communi quando habeat locum in causis studiosorum, c. 14. per totum, & quid in executore, & conseruatore academico, cap. 15. num. 16. & 17.

Appellatio in causis studiosorũ, cap. 14. per totum, vbi an quãdo in eorum fauore denegatur, denegata videatur aduersus ipsos.

Appellatio ab academico, seu alio Ecclesiastico, cap. 2. n. 185. ad Ecclesiasticum inuito Rege nulla, c. 21. n. 193.

Appellari an possit ab studioso ad Pincianum, aut Granatense Prætorium cap. 21. num. 196.

Appellatio a ſententia qua dicitur, vt libros ſtudioſo tradat, c.14.nu.1.
Appellatio per viam violentiæ a Iudice delegato, ſcholæ magiſtri ſi in territorio Granatē ſi ſit, an ad Pincianum, an ad Granatenſe Prætorium, cap. 31.num. 34.
Appellatio per viam violentiæ, vide Regia protectio.
Appellationis Iudices in cauſis ſtudioſorum iure communi, cap.21.num.203. & an omiſſo medio, num.20.6.
Appellatione remota an procedatur aduerſus ſtudioſum reū cap.15.num.16.
Appellari quis debeat a ſententia Laici, & Eccleſiaſtici ſimul pronuntiantibus, cap. 21.num.200.
Appellatio a ſententia Rectoris ad quem.cap.21.num. 209.& a Rectore collegi, n.373.
Appellatio Vicarij academici, cap.31.num.38.
Approbatio tacita Pōtificis prę ſumitur in ſtudio, c.6.n.66.
Arma ſtudioſorū v.iuſiurandum
Archiepiſcopi Toletani in ſcholis Complutenſibus ſedes, c. 24.num.97.
Auocare cauſas ſtudioſorum ab eorum Iudice, an permiſſum, cap.25.num.1.& 2.
Auocare cauſas ſeculares ſtudioſorū poteſt Princeps, & Regius Senatus, cap.25.n.3.
Auocare cauſas Eccleſiaſticas a iudicibus ſtudioſorum Pontifex poteſt, cap.25.n.7. an Legatus, vel Nuntius, 8.
Azebedus notatur, c.30.n.50.

B.

Barboſa notatur circa l.4.tit.7. lib.3.Recop.cap.31.n.32.
Benficia patrimonalia v.oriūdus
Beneficia Eccleſiaſtica laicorū, v.redditus.
Beneficia Gallica, v.ſubſidium.
Beritenſe ſtudium, & eius iudices, n.3.in prolo.
Bononienſe ſtudium, ibi n.13.
Brachium ſeculare, c.2.n.34.
Bobadilla notatur, c.27.n.11.

C.

Carrança notatur latè, cap.2.n. 33.& ibi.paſsim.
Cancelarei dignitas, c.30.n.1.
Cancelarij, & Cancelariæ nomē quo tempore inductum, cap. 30.n.2. eorum ethimologia, num.4.
Cancelarius Pontificis, & eius dignitas, ibi, n.8.
Cancelarius Hiſpanus, & Gallus, quam poteſtatem habeāt, & eorum dignitas, cap.30. num.9.10. academici munus num.13. quis eos creet, num. 15.& quid a Pontifice, vel a Principe facta, n.17.
Candidatus omittens ſalutationem Rectori debitam deliquit, cap,46.num.6.

Capellania quomodo dicatur Sacerdotalis, c. 21. n. 384.
Capellaniæ Collegiorum an mutari possint, c. 21. n. 39. accessoriæ sunt, ibi.
Capellæ dedicatio in vniuersitate sæculari ad Pontificem pertinet, cap. 22. num 2. cap. sane 28 de decimis in 6.
Cap cum Ecclesia S. M. de constit. cap. 22. num. 16.
Cap. fi de reformatione sessione 14. in Tridentino, cap. 43. num. 18.
Cap. si duobus, §. idemq; de appellatio. cap. 21. n. 192.
C. 1. & 2. exponuntur c. 30. n. 63.
C. Romana, §. debet appell. in 6. c. 21. n. 185. c. decimas 39. c. quãuis de decimis c. 22. n. 74.
Cathedraum prouisionem ad studentium suffragia reuocare potest Princeps, c. 22. n. 16.
Camilus Borrellus notatur ibi.
Censuras qualiter exerceant Academici, cap. 21. n. 168. ogybi de consuetudine.
Censuras v. inhibitio.
Don Christophorus de Moscoso & Cordoua Collegij maioris Conchensis, alumnus & Regius consiliarius laudatur 21. 357. & c. 15. n. 13.
Cognitio v. summaria.
Contractus non studij causa factũ gaudẽt foro, c. 22. n. 23.
Contractus quando studij causa gestus dicatur.
Collegium Conchense gradus conferr, & in quos eius Rector & iudex Ecclesiasticus, c. 25. n. 21.
Collegium Conchense anno millesimo quingentesimo, fuit erectum 23. 68.
Collegiũ Cõchense nũquam sine tanta paritatis sanguinis vixit 23. 68.
Collegij Conchensis statutum circa paritatẽ sanguinis fuit primum & antiquus 23. 63. & 68. Abeo hoc laudabile statutum cętera Collegia, & cõmunitates acceperunt, ibid.
Collegij maioris Cõchensis cõstitutio expẽditur 1. 3. & cap. 21. 374 & 387.
Collegij maioris Cõchensis fundator D. Didacus Ramirez de Haro Episcopus Conchensis, fuit Salmãtinę academiæ Visitator, 1. 3. & c. 21. n. 70.
Collegium Obtense, nisi ordinatos non admittit, c. 21. n. 356. & an Ecclesiasticum.
Collegia non incorporata cuius fori ibi n. 7.
Collegia Salmanticensia valdè à Principe protegũntur, c. 21. n. 371. an debeant subsidia vel subsidium.
Collegia studiorum, cuius naturæ iurisdictionis, cap. 21. n. 283. vbi de cæteris societatibus, & quid iure communi in appẽdice 1. & de Collegio antiquissimo maiori, & de Collegio Paui, ibidem.

Collegia Ecclesiastica an possint sine Principe fundari cap. 21. num. 321.
Collegia eodem foro gaudent, ac vniuersitas cap. 35. n. 1. cum seqq. & cui subsint singuli collegæ ibi.
Collegiorum togas vendere an simonia cum c. 21. n. 356.
Collegiorum capellaniæ a quo mutari possint, c. 21. n. 379.
Collegiorum minorum cognitio visitatio ad quem pertineat, cap. 35. n. 31.
Collegarum delicta, & alia ad summum Senatum pertinēt, cap. 35 n. 23.
Collegæ contra statuta electi vide remissinè, an debeant restituere alimenta, & de alimentis Collegarū c. 35. n. 38.
Collectæ a discipulis exhibebāt præceptoribus, cap. 21. num. 278. & an licitè.
Collectas an imponat academia cap. 22. num. 68.
Claustrum reuocare potest constitutiones c. 32 n. 41.
Clericus coniugatus an gaudeat foro, cap. 33 n. 6.
Clericus successor laici vbi conueniendus c. 50. n. 5. & 10.
Clericus studiosus Episcopi forum declinare potest cap. 33. num. 12.
Clericus studiosus Ecclesiæ non inseruiens, an gaudeat priuilegio Ecclesiæ, c 33. n. 7.
Clericus Ecclesiæ mancipatus si ad studium cōmodè non gaudet Eugeniana, c. 33. n. 10.
Clerici studiosi inuito Prælato, an possint academias audire leges, & philicam audire, vel docere c. 21. n. 116.
Clerici, & Monachi non possunt exceptioni renuntiare, c. 34. n. 10. nisi consentiente Principe, & delimitationibus, ibi num. 12. & 13.
Clericus Salmanticensis si scholam ingrediatur fraudādi debitoris causa non gaudet foro, cap. 33. num. 30.
Clericorum coniugatorum exēptio c. 21. n. 153.
Ciuitas sæcularis est, licet omnes Clerici c. 21. n. 31.
Compromisso facto in scholasticum, ad quem appelletur, cap. 27. num. 26.
Compromitti in scholasticum a laicis, & Ecclesiasticis potest cap. 17. num. 17. non tribuit iurisdictionem, num. 18.
Concilium academicum non potest absente Rectore imponere multam, c. 26. n. 7.
Conchensis Collegij statutum cap. 23. num. 68. Escobar de purit. sang. reprehēditur ibi.
Constitutio Conllegij conchensis de iurisdictione Rectoris cap. 35. num. 22.
Constitutiones Salmanticenses licet a Mart. 5. editæ valent, vt Regię in pluribus, c. 24. num. 4.

Conseruatoria ad quas dietas extendatur.
Conseruator in eo solo delegatus in quo mutata est iurisdictio, cap. 19. n. 8.
Conseruatoris academici differentia a cęte. is, c. 41, n. 1.
Conseruatores Euorēses, Coimbricenses, Salmanticenses, Complutenses ordinarij, & conseruatores sunt, cap. 19. num. 28.
Conseruator an teneatur obseruare dietas, dum defendit iurisdictionem. c. 44. n. 1.
Conseruator academicus procedit contra non subditos obsedition em, c. 44. n. 14. 15.
Conseruator non cognoscit in non subditos nisi specialiter ei concedatur, ibi. n. 1.
Conseruator ad tuitionem non ad vindictam datur, ibi. n. 2.
Conseruator academicus, an in non subditos cognoscat, cap. 44. n. 3. & quid si causa inter studiosos versetur, ibi. n. 4.
Cōseruator an delegatus, an ordinarius, & in Archiepiscopo Toletano, & Episcopo Legionensi, c. 19. n. 19. vsq; ad 26.
Cōseruator an procedat appellatione remota, cap 16. per totum.
Conseruatoris appellatio ad quem, cap. 19. n. 27.
Conseruatores vt cognoscāt de causis iudicialem indaginem requirentibus, c. 43. n. 6.
Conseruator hodie Ordinarius c. 19. n. 8. & c. 21. n. 10.
Conseruator cuius iurisditionis sit c. 24. num. 19.
Conseruator, & ordinarius, & delegatus, c. 19. n. 8.
Conseruator in plerisque ordinarius, in plerisque delegatus, c. 27. n. 9.
Conseruatoris iurisdictio perpetua, & concedentis morte nō expirat, cap. 19. num. 13. & 16. sufficit vt dignitati concedatur, ibi. n. 14. per non vsum non amittitur, ibi. n. 18.
Conseruatoris priuilegium debet intelligi ad causas actorū cap. 43. num. 2.
Conseruatorum tres species c. 43. num. 3.
Crimen priuilegiatum trahit ad se non priuilegiatum, cap. 34. num. 36.
Ciuitas sęcularis est, licet omnes Clerici sint, c. 21. n. 3.

D.

Decimę ex prescriptione c. 22. num. 87.
Decimarum tertias quando Regibus concessas, & academiæ Salamantinæ donatas, cap. 21. num. 279. & cap. 22. & n. 26. & num. 24.
Decimæ in fæudatione, aut prescriptione a Laicis, cap. 22. a num. 69.
Decimarum exactio ad quem Iudicem pertineat, cap. 22. a num.

n.96. & quid de Salmanino administratore ibi.25.
Decimarum ius propriè non transfertur in laicum, c.22. num 24.
Decimas vulgo tertias quo tempore Regi concessas contra comm.c.22.n.86.
Decimas laicis donare, quo tẽpore prohibitũ contra comm. ibi.cap.22.n.74.
Decimas an possit academia alienare ibi.29.
Don Didacus de Espinosa Collega Conchensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Castellę Præses laudatur 498.
Doctores, & Magistri ijsdem priuilegijs gaudent, ac studiosi, cap.32.n.57.& si domi doceat n.58.
Diœcesis inclusa, an cęteras diœcesis partes comprehendat, cap.48.per totum.
Diœcesis quis restringere, aut extendere possit, c.40. n.10.
Diœcesi à quo loco computandę, c.48.n.1.
Doctores an admittantur ad officia, c.30.n.47.
Doctorum filij gaudent patris immunitate, c.30.n.61.
Decretum Supremi Senatus anno 1567.expeditum interpretatur, c.49.n.8.
Delegatus de injuria ipsi illata an cognoscat, cap. 6. nume 59.
Delegatus exequitur suam sententiam, cap.9.num.13.
Doli exceptionem studiosus non opponit aduersus Doctorem, c.6.n.109.
Dispensare in qualitatibus Rei & ris, solus Princeps potest, non Pontifex, cap. 1. n.112.
Dispensatio statuti v. Collegium.
Domicilium inducit decennalis habitatio, cap. 29. num. 82. limitatur in Collegialibus Salmanticensibus 85.
Donatio facta studioso fraudulenta præsumitur, nisi ab exempto fiat, & quis sit exemptus, cap. 52. per totum.
Donatio non præsumitur, c.21. n.257.
Donatio iurisdictionis à Principe Ecclesiæ factæ, quomodo dicatur, & de præsumptionibus, & quid in studiosorum laicorum iurisdictione per Scholę Magistrum exercita, c.24.
Donatio Principis quando reuocari possit, c.22.n.

E

Ecclesiastici Prælati temporalem iurisdictionem habentes, qualiter eam exerceant censuris, cap. 21. num. 168. & sequent.
Ecclesiasticus iudex qualiter possit

fit a Principe puniri cap. 24. vsque ad 33.
Eligi non debet Prælatus Principi suspectus, cap. 8. num. 35.
Episcopus circa Sacramenta, & alia superior est scholę magistro, vide scholæ magister.
Episcopatus maior Ecclesiæ dignitas, cap. 24. n. 90.
Episcopus Salmantinus D. Christophorus de Murga & Camara, c. 24. n. 93.
Episcopus cum Rectore studiorum concurrens, cap. 24. num. 106.
Episcopi Tribunal territorium & sententiæ executionem habet, cap. 9. n. 115.
Episcopi sedes in scholis, c. 24. num. 94.
Episcopo reuerentia debetur, cap. 4. num. 91.
Episcoporum familia vide familia.
Episcopi reuerentia, & obsequium impræscriptibilia sunt, cap. 24. num. 98.
Episcopa, & Præsbytera, c. 21. num. 155.
Escobar de puritate sanguinis reprehenditur, 23. 68.
Eugeniana quomodo gaudeant studiosi, & Doctores, & qui, cap 32 num. 59.
Examen ad collationem graduũ, quo, & quomodo fiat, cap. 30. num. 97.
Excommunicatio de armis non portandis; vide iusiurandum.
Executoris Academici munus, quas causas addat ordinariæ iurisdictioni, cap. 11. & 12. eius potestas, cap. 18.
Executor Academicus, an Ecclesiastice, an ordidarię iurisdictionis, cap. 24.
Executoris iurisdictio, c. 17. & cap. 18. num. 2.
Exemptionem habent studiosi a Principe, non a Pontifice, cap. 26. n. 1. a quo exemptio Academiæ Ecclesiasticæ, ib. 3
Exemptio Pontificia, & Regia in Academia quid operętur, cap. 26. n. 5. 6.
Exemptio concessa, an censeatur ex eo quod approbata sit Academia, c. 26. n. 9.
Exilium quid, & qualis eius pœna cap. 29. num. 20.
Exilium vide relegatio.
Exulare verbum, quid significat? cap. 29. num. 27.
Expositus quod ad legata, Collegia beneficia oriundis destinata, cap. 2. numer. 23. & an possint ordinari, ibi. 24. an nobiles, 29. & quid in statuto puri sanguinis, cap. 27. num. 31.

F.

Familia Episcopi, an gaudeat foro, c. 294. n. 1661.
Faber expellitur ab studioso ex domo, cap. 24. n. 13.

Familiares studiosorum an foro gaudeant. cap.21.num.166.
Familiares sanctę Inquisitionis cuius iurisdictionis cap.21. num.268.
D.Ferdinandus Arias laudatur cap.21.num.163.
Fęudi domino qualiter vassallus iurer,cap.7.num,5.
Fideiussor studiosi non gaudet foro, cap.39. num.4. coram suo iudice conueniendus,ibi. nu.5.de iudicio sistendo, vel iudicato soluendo vbi conueniendus,ibi.num.11.
Fideiussor,quin intra dietas domicilium habet.
Forum academicum sentitur, ibi, num.15.
Foro an renunciet studiosus, c. 21.num.165.
Fideiussor studiosi an gaudeat foro,cap.39.num.1.
Filius quando sequatur patris originem,cap.1.per totum.
Filius fam.parentis priuilegius gaudet,cap.36.num.52.
Fori priuilegiati, non priuilegiato succedentes vbi conueniendus,cap.50.num.41.
Flumina distinguere solent limites, cap.21.num.235.
Flumen Tagus limen Granarensis,& Pinciani prętoris, cap. 21.num.234.
Finis studiorum, an polliticus, an Ecclesiasticus sit, cap.21. num.161.
Fructus beneficij,vt presēs per cipit studiosus,c.21.n.129.
Fiscus successor an gaudeat priuilegijs, cap,50.u.6.& 10.

G.

Gabella, solu itur ex decimis, laicis, concessis,c.22.n.294
Gabellam an debeāt Academię & Collegia,cap.22.n.102.
Gradus vbi conferendi, c.30. num.91.& quæ eorum collationem præcedant,num.97.
Gradum collatio vt certo loco fiat, an consuetudine induci possit,cap.30.num.108.
Graduum collatio licet certo loco fieri debeat valet alibi, cap.30.num.110.
Gradus conferendus in Ecclesia Salmantina,ibi.num.122. & de contrarijs fundamentis ibi.num.15.
Gradus conferendi potestas, c.30.n.19.& 71.in quos possint conferri, ibi.23.& 30.
Gradus potest Princeps examinare, ibi.num.25.
Gradus conferendi potestatē datam Regi,an possit Pontifex reuocare, ibi.40.
Gradus conferendi potestas a quo sit,ibi.64.
Gradus conferendi potestatem an habeat scholæ magister, ibi.72.
Gradus qua iurisdictione conferantur,c.30.num.82.
Gradus conferre potest scholasticus extra territoriū,ibi.85.

Gra-

Gradus doctoratus a Pontifice ad quæ prosint, c. 24. n. 108.
Gradus falsus, vel iniquè prouectus, & alia, cap. 4. a num. 32. & pag. 355. a num. 50.

H.

Hæreditate vendita, vel restituta non transit ius heredis, c. 22. n. 37. quod venditori, & ei qui restituit obstat exceptio ibi.
Hæretici, & descendentes eorũ vide statutum.
Hæresim si committat scholæ magister quis iudex, cap. 24. num. 15.

I.

Illegitimi vnde oriundi. cap. 2. num. 42. conuersi ad Fidem, ibi. num. 39.
Indulgentiarũ concessio vniuersitati, cap. 22. n. 2.
Inhibere potest scholæ magister Regios Senatus, c. 21. n. 244.
Inhiberi an possit iudex studiosorum, c. 25. n. 13.
Immunitates Doctorum, & Licẽtiatorum, c. 30. n. 46.
Iudex ad exigendas decimas, vide decimæ, quoad censuras, vide Ecclesiasticus Prælatus.
Iudex Ecclesiasticus circa pœnã sanguinis, c. 6. n. 60. & 249. c. 24. nu. 30. quomodo possit a Principe puniri, n. 24.
Iudex studiosorum an gaudeat foro studij: c. 16. n. 48.
Iudex del studio, vide Vicarius.
Iudex an possit detrahere studiosum ex Ecclesia, cap. 24. num. 156.
Iudex in iudicijs mixtis. c. 45.
Iudex Ecclesiasticus, vide brachium secular.
Iudices ordinarij, vel Episcopi an possint in iudices studiosorũ animaduertere, c. 6. n. 26.
Iudices exempti, vt priores Ordinũ Militarium auocare ꝯ possunt scholasticos suę iurisdictionis, c. 33. n. 25.
Iudices studiosorum varij, par. 1. n. 1. in prolo. an inter iudices auth. habita comprehensi iudices loci, pag. 2. nu. 7. in prolo.
Iudices studiosorum, an ordinarij, & de territorio, cap. 9.
Iudex del estudio, & eius potestas, cap. 31. num. 1. vide Vicarius Academicus.
Iudice speciali dato, an videatur iurisdictio priuatiuè, an cumulatiuè concessa, cap. 20. per totum.
Iudæi, & eorum descendentes, an capaces dignitatum iure veteri, & varia de hac prouisione, cap. 23. num 43. & 51. quid in Toletano Concilio.
Iurisdictio non potest irreuocabiliter alienari a Principe, & quid si non subdito eam donet, vel Ecclesiæ, c. 21. n 270.
Iurisdictio contenciosa quibus solemnitatibus exerceatur, &

quid in voluntaria, cap. 30. num. 85.
Iurisdictionem scholastico concessam potest Princeps auocare, cap. 25. num. 6.
Iurisdictio vnita, vide vnio
Iurisdictio studiorum, an Ecclesiastica, an secularis sit, c. 21.
Iurisdictio quando possit rea sumi ad petitionem partum cap. 1. num. 6.
Iurisdictio sæcularis ab Ecclesiastico exercita præsumitur a Principe concessa, c. 21.
Iurisdictio scholæ Magistri in exemptos, cap. 34. nu. 1. per totum.
Iurisdictionem in scholæ Magistrum vnitam poterunt ad libitum Pontifex, & Princeps separare dummodo forma ne mini sit pernitjosa, c. 24. n. 5.
Iurisdictionem potest Princeps Ecclesiæ concedere ea lege, ne confundatur cum Ecclesiastica, cap. 21. n. 267.
Iurisdictionis ordinariæ insignia ca. 6. num. 25.
Iuramentum studiosi quod comilito cursum expleuerit quãdo licitum, c. 4. n. 32.
Ius Patronatus Regium, cap. 8. nu. 7. vbi late, an futuras prælatias pertineat.
Ius Canonicum, & cathedram ad quam potestatem pertineat, cap. 21. num. 2. & 6. cum sequentib.
Iuramenti Rectori præstiti ius, & natura, cap. 7. num. 1. an impediat oprionem iudicnum ibi. num. 8. eius transgressio quando lethalis, unm. 9. vide quid de armis non portandis, & alijs.
Iuramentum in cursibus præstãdis, cap. 4. num. 32.
Interdictum & relegatio, quomodo diferant, ca. p. 29. numer. 31.

Li

Dón Iuannes Baptista Larrea Collegi Conchensis alumnus diui Iacobi Eques, & Regius Consiliarius laudatur, 50. 37.
Lateranense Concilium quando congregarum, 22. 77.
Legé iustam quando posit Princeps ad nutū reuocare, 24. 6.
Lex Ecclesiastica si indigeat approuatione Principis, nō Ecclesiastica, sed secularis manet, 21. 156.
L. 2. §. quid si a Fisco, cū l. seq. de Rebus eorū. 5. 16.
L. 2. ff. de quibus rebus, ad eūdē iudicem eatur. 54, 15.
L. Relegatorum, 7. de interd. & Releg. 29. 12. 34. §. si cui plane, 40.
L. 1. §. penult. de officio præfecti vrbi, 29. 54. 67. §. initio, 60.
L. 1. C. de fideiussoribus, 29. 27.
L. Si communem. 10. quem admodum seruitutes amittātur, 21. 179.
L. 1. C. de Captiuis, 36. 43.
L. 5. §. Immunitati, de iure immunitatis. 36. 29.
L. Quod Principi. 56. §. de leg. 2. explicatur contra Barbosam, 36. 33.
L. 17. §. in Adoptiua ad Municipalem, 1. 17.
L. Si is qui duos, 29. de liberatione legata, 2. 180.
L. Cum sententiam C. de sententijs, & inter locut. 2. 236
231.
L. Fin. C. de iurisdictione, 35. 14. nicibus
L. 5. §. Si Magister cum sequent. ad legem Aquiliam iuncta l. 43. §. 4. ff. locati, in Prologo. 19.
L. 2. Familiæ erciscundæ, 45. 4.
L. Inter Cohæredes. §. 1. familiæ erciſc. 45. 4.
L. Iudicium, 10. finium Regundorum, 45. 4.
L. 7. tit. 6. p. 1. 30. 63.
L. 18. §. 2. in fine tit. 7. lib. 1. Recop. 28. 28.
L. 5. titu. 7. libr. 1. Recopill 30. 28.
L. 25. titul. 27. libr. 1. Recop. 10. 38.
L. 8. 18. 29. tit. 11. lib. 1. Recop. 30. 43.
L. 18. tit. 7. libr. 1. Recop. §. Y que lo semejante, 32. 24.
L. 18. §. 7 libr. 1. Recopill. abstulit priuilegium fori studiosorum Familiaribus, sed abrrogatur Martini constitutione 37. 16. & sequentibus.
L. 4. titu. 7. lib. 1. Recop. 49. 25. 65.
Legatum studioso, ad studendum relictum, vbi solui, & quibus expensis debeat, 41. 4. & cap. 42. 27.
Legatus, vide Nuncius.
Legata pia oriundis ex certo loco relicta, vide oriundus.

Legatus hæres institutus, vbi sit conueniendus, 50.5.
Lite Cum studioso cepta semper trahendus est, studiosus ad studi forū. 49.6. & quid si lis non sit cepta studi tempore. ibid.
Lis à defuncto cepta ab hærede studioso debet continuari in foro defuncti, 50.2.
Lis Agitata inter Ecclesiam, & Academiam Salmantinā discutitur, 30.108.
Licentiati admituntur ad officia Nobilium, 30.47.57.
Librorum priuilegia, 14.7.zz. & cap.30.46. & cap,54.zz.

M.

Marcus Antonius Præfectus Athenien. Gymnasij in Prol.2.
Doctor Martinus de Bonilla in Granatensi Prætorio Regius Cōsiliarius laudatur, 21.196
Maruetinorum, antiquorum, Valor, 21.76.
Matrimonium, aut nuptialis benedictio patria potestate eximit, 1.36.
Magistri Societatum, & Artiū, Iudices subditorum in Prologo, 15.
D. Mendus de Benauides Episcopus Segouiensis, Collegiorum Salmanticentium Visitator, 21.208.
Muliones, & Nunti studiosorū cōueniuntur corā Scholastico quocunq; loco degeant, 42.17
Monachorum decimas, vide Religiosi.
Molina notatur, zz.30.
Motus proprius Gregorij decimi quinti, 48.1.
Moratoria exceptio, an noceat studioso, 24.37.
Mulier mariti domicilium sequitur, 1.65.

N.

Nicolaus Garcia notatur, zz. 90. nominis proprij honor, & memoria, 1.z.
Naruona notatur, 21.192.268.
Nuncius Apostolicus, venit nomine Sædis Apostolicæ, 24. 61.
Nuncius Apostolicus, an appelletur ab Academico, 24.190. & an id annuente Principe, 197. & 26.

O.

Officium exercens in eo foro punitur in quo officium habet, 56.44.
Origo expositi Infantis, aut cōuersi, 1.79.
Origo, an matrimonio amittatur, 1.34.
Origo, an extendatur vltra Patrem, aut Auum, 1.zz.
Origo eius qui in transitu nascitur, 1.93.
Origo, aut domicillium, in eo qui admitendus est ad Collegium, 1.96.
Oriundi, vnde sint, serui, & liberti, 1.7z.
Oriundi significatio, 85. & cap.76.

Ortus, & oriundus, an diferant 7.7.
Oriundus ad Collegia beneficia Patrimonialia, & legata pia, adquẽ nisi certo loco oriũdus admititur, admiti potest, 2.1.
Origines plures quis habere possit, cap. 1.n.25.§.d.Post-humi origine.
Oriundi plures concurrentes, quis præferendus, 2.49.

P.

Palentica Academia, 22.117.
Papiro sygillato, an vti debeat, qui ad scholastici Tribunal venit, 33.34.
Pater; Curator, & similes personæ, an queniantur in foro studij, 49.12.
Paz, notatur, 32.26.
Plebis citũ Toletanũ reprobatur, 23.62.
Præfectus vrbi, vbi iurisdictionem habeat, 29.60.
Præcedentiarnm materia, 24. a num.61. d. transact. renuntiatione actibus facultatibus & alijs, & quid inter pares, ibidem, latissimè, & d. Præcedentia Collegiorum, & Vniuersitatis.
Personas plures potest quis representare 15.13.
Præscriptio decimarum, 22.87.
D. Garcia de Porres, & Sylua Collegij maioris Conchensis alumnus Doctor laudatur, 21.421.
Prior, & Consules, de Burgos, y Viluao 6.6.47.
Priuilegium dubium, quis interpretari possit, 13.20.
Priuilegiũ ratione ministerij cõcessũ ministerio, siuè causa cessante expirat, 36.36.
Priuilegium generale quomodo speciali præferatur, 34.19.
Priuilegium exrrahendi reum, quando Ecclesiasticum, quãdo verò sæculare sit, 40.16.
Priuilegium Viduis studiosorum concessum per totum viduratis spatium durat, 36.60. idem in Doctorum viduis, 61.
Priuilegia officialium, Notariorum Familiarium Academiæ ad eorum vxores, filiosque extenduntur, 36.65.
Priuilegium securitatis quid sit, 37.3.
Priuilegium fori extenditur ad studiosorum famulos, item ad Academiæ officiales, 37.8.
Priuilegia studiosorum, quæ nõ transeunt, ad eorum Familiares, 37.31.
Priuilegio fori studiosorum, nõ gaudent, qui officium aliquod principaliter, in Academijs exercent, licet in matricula describantur, 37.37.
Priuilegia studiosorum ad eorũ Iudices, an extendantur, 38.1. cum sequent.
Priuilegiatũ, cõtra priuilegiatũ an gaudeat priuilegio, 55.3.

Princeps, cõcẽsiente claustro, potest dispensare statuta, 32. 46.
Princeps, & Pontifex, quid possint in studijs creandis, 21.90.
Princeps habet fundaram intẽtionem, 21.50.
Priuceps potest Religiosos Cathedris priuare, 22.90.
Princeps sęcularis iurisdictionem, quo pacto habeat in Clericos studiosos, 21.111.
Princeps solus potest dispensare deffectum Matriculæ, 32. 5. nisi probetur errore, non esse factam, quia tnnc Rector, & Academiæ consiliũ dispensant, ibidem. 8.
Princeps donationes, quomodo reuocare possit, 22.49.
Principum liberi, propriam, & minorem patres mensam habent, 6.13.
Principi asserenti per Senatum creditur, 8.33.
Pincianum studium in Prologo. 12.
Pontifex Beati Petri vtramque potestatem habet, 21. 192.
Pontifex non potest, Laicos eximire, 21.93.
Pontifex potest, tertias Laicis concessas subsidio onerare, 22.45.
Prorrogatio iurisdictionis scholasticæ, 26. 1.
Prorrogare iurisdictionem scholasticam, Ecclesiasticam cõsenciente Episcopo Clericus potest, 27. 2.
Prorrogare iurisdictionem scholasticam, Regiam, Clericus non potest, 27. 3. limitatur in Clerico primæ Tonsuræ, 4.
Prorrogare iurisdictionem scholasticam Regiam potest Laicus, non Ecclesiasticam, 27. 6. 11.
Prorrogationem iurisdictionis Ecclesiasticæ a Laico faciendam, potest Princeps prohibere, 27.8.
Prorrogare iurisdictio Ecclesiastica, a Laico iure communi potest, 27.9.
Prorrogata censetur Regia iurisdictio, si Laicus ad scholasticum confugiat, si vero Ecclesiasticus Ecclesiastica, 27.12.14.
Prorrogata scholastici iurisdictione eodem modo, & forma procedi debet, ac si procederetur contra subditum, 27.21.
Prorrogari iurisdictionem scholasticam, in criminalibus, quando inteligatur, 44.23.

Q.

Qualitas Clericatus necessaria, non est in studioso, 33.1. & in eo non præsumitur, 33.2. & quis dicatur Clericus studiosus, 4.

R-

R.

Recaredus primus ius Patronatus Regium meruit hæresi Arriana damnata Eccleasiasticos restituit, 8. 1,4.
Religiosus duplici vinculo tenetur prælato. 7. 6.
Rector cur in die S. Martini eligatur, vide oriundus.
Rector Complutensis, 24.97.
Rector Academicus, an debeat esse Regnigena, 3. 1.
Rectoris Salmanticensis officiũ quo tẽpore institutum. 6. 101.
Rector qualiter exẽptus a Põtifice, & qualiter a Principe 24 24. 36. & 39. quid si, vt priuatus delinquat.
Rector, quis eligatur, & an cõiungi possint interualla, 4. 20 cum sequent.
Rector, punit inobedientiam, 6. 83. potest requirere cæteros iudices, vt sibi auxilium præstent, 85.
Rector quãdo extra causas professionis cognoscat, & quando censuris citatur, 6. 29.
Rector, & Scholæ, Magister, Iudices priuati, 34. 2.
Rector, quomodo subest scholæ Magistro, 21. 109. 21 1. 32.
Rector oriundus, eligi potest iure communi, 1. 104. & an *Princeps*, vel *Papa* dispenset statutum, ne oriundus eligatur, 110.
Rector, intra quos limites ius dicat, 28. 1. 11.
Rector habet potestatem indicendæ mu'tæ, vel solus, vel dum præst Concilio Academico, 46. 8. & an exequi debeat ibidem.
Rector, Scholæ, Magistet, vel Academiuũ Conciliũ, an possint priuare Cathedris semel optentis, 46. 10.
Rector, & Academicũ Conciliũ possunt, studiosos matriculis cõpellere, & priuilegijs studijpruare, 46. 15.
Rector Iudex ordinarius, in *Proemio*, 19 Salmanticensis de quibus causis cognoscat, ibidem.
Rector, & Consiliarij, an Clerici, & qua ætate, 4. 1. cum sequentibus, & c. 21. 37.
Rectoris, quæ sit potestas, in causis inobedientiæ, vel reuerentię non exhibitę, 46. per totum.
Rector, an sub pœna præstiti iurare possit, vt Candidatum, legentem studiosi deferant, propter omissam salutationem, 46. 1.
Rector, an possit multam pecuniarum indicere, his qui de Acedemiæ gromio sunt ob reuerentiam non exhibitam, vel Cathedra eos priuare, 46. 1. cum sequentibus.
Rectoris iurisdictio, an ordinaria, 6. 1. & sequentibus, an possit excommuiaare, & an comfirmari debeat, 2.

Re-

Rectoris recusatio, 6.40. punit crimina aduersus suam iurisdictionem commissa; & pro iniurijs sibi gestis ibidem, 41. cum sequent. & an pœnam corporalem imponere, & an mærum, & mixtum Imperium habeat, 46. d. pœna corporali, & alijs pœnis, 58. ibidem.
Rectori subsunt studiosi, vt cũque exempti, 6.110.
Rectoris potestas, iure communi, 24.61.
Rector Collegi, an habeat in Collegas iurisdictionem, 35. 10. cum sequent.
Recusatio Iudicum studiosorũ, 24.17.
Reges, vide *Princeps*.
Reges Hispani, sunt Canonici Ecclesiæ Legionensis, & eorum Sedes, 24, 107.
Regis officiales, à Residentia beneficiorũ excusantur, 4.146.
Regia protectio, vulgõ via de fuerça in causis studiosorum, 21. 215. & quę Cancellaria sit adeunda, 273.
Regia dignitas semper exempta 22.46.
Religiosa res, an transeat in emptorem fundo vendito, 21. 30.
Religiosi decimas a Laicis percipere non possunt, 22.74.
Relegatus ab studij loco, a quibus locis relegatus cẽseatur, 29.12.78 & 89.
Relegationis in insulam, & Relegationis in certum locum differentia, 29.16.
Relegationis, & exilij pœna eadem, 29.20.
Relegatio, & interdictio quomodo diferant, 29.31.
Relegare a *Prouintia*, quam regit, potest Magistratus, non ab alia, 29.34.

FINIS

Numero *Guia.*



Almoxarifazgo Mayor.

En la de años, parecio de de de a dias del mes de mil y seiscientos y sesenta y vezino pidio Guia para la Aduana adonde dixo lleuaua

Numero

Guia.

Almoxarifazgo

Mayor.

a dias del mes

de mil y feiscientos y ochenta y

años, parecio

de

de

vezino

pidio Guia para la Aduana

adonde dixo llevava

600156264
i24531947